This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Anc. Philos. Plato

REESE LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.
Received. May 1884
Accessions No. 25507 Shelf No.

PROLEGOMENA

AD

PLATONIS REMPUBLICAM

SCRIPSIT

GEORG. FRED. REITTIG.



Bernae
sumptibus HUBERI ET SOCIORUM (KÖRBER)
MDCCCXLV.

B383
R4

25507

MM

Helvetiae decori

Io. Casp. Orellio

defuncti fratris amico

et suo

pie colendo

hunc librum

dedicat

auctor.

B383
R4

25507

MM

Helvetiae decori

Io. Casp. Orellio

defuncti fratris amico

et suo

pie colendo

hunc librum

dedicat

auctor.

Praefatio.

Operis Platonici de Republica argumentum, finem, constructionem, artem his prolegomenis illustrare propositum nobis fuit. Quod vix aliter fieri poterat quam ut totum opus ab initio usque ad finem, strenue sequentes ipsius auctoris vestigia, perlustraremus, singularum partium argumentum et nexum expenderemus, virorum doctorum de iis rebus sententias examinaremus, falsa refelleremus, vera defenderemus, quorsum spectarent et pertinerent omnia ostenderemus. Nam ut in pictorum excellentium tabulis ad unum eundemque finem vergunt omnia; ut suo quaeque loco posita sunt; ut opaca collustrata se invicem adiuvant, nec quidquam aut addi aut demi posse prudentes intelligunt: sic in hoc Opere ad unum eundemque finem collineare omnia videntur, et tanta arte disposita et ordinata esse minima maxima, ut nihil addi possit, nihil revelli, nihil aliter collocari sine magna praestantissimi Operis labe. In tanta igitur re summa nos cura et diligentia, ut par erat, versatos esse, vix est quod moneamus; optamus tantum ut inde aliquid bonae frugis ad Platonem recte intelligendum redundet.

Timaei Platonici initium explicatur.

Magnam de librorum Platonis de Republica consilio et argumento inter viros doctos controversiam esse constat. Quare nos, quoniam suorum dictorum unusquisque sit ipse optimus interpres, Platonem Timaei initio de hac re dicentem audiemus. *Χθὲς που τῶν ὑπ᾽ ἐμοῦ ῥηθέντων λόγων περὶ πολιτείας ἦν τὸ κεφάλαιον, οἵα τε καὶ ἐξ οἵων ἀνδρῶν ἀρίστη κατεφαίνετ᾽ ἄν μοι γενέσθαι.* Cf. p. 17. C. et: *Ἆρ᾽ οὖν δὴ διεληλύθαμεν ἤδη καθάπερ χθές, ὡς ἐν κεφαλαίοις πάλιν ἐπανελθεῖν; ἢ ποθοῦμεν ἔτι τι τῶν ῥηθέντων, ὦ φίλε Τίμαιε, ἀπολειπόμενον; Τι. Οὐδαμῶς, ἀλλ᾽ αὐτὰ ταῦτ᾽ ἦν τὰ λεχθέντα, ὦ Σώκρατες.* Cf. p. 19. A. St. 1) Audis quod dicit «hesterni sermonis nostri *de civitate* caput hoc erat, quae quibus viris optima videretur fieri» h. e. hesterni sermonis argumentum in optima civitate versabatur. Haec aliter intelligi neque possunt, neque debent. 2) Audis porro quod non «capita» solum «hesterni sermonis percensuisse se» dicit, sed etiam «nihil praetermisisse.» Quod verum. 3) Quemadmodum ii qui pulchra animalia quiescentia viderint desiderio teneantur gradientia videre, ita ut hanc civitatem agentem videre possit optat Socrates. Cui voluntati satisfacturus Critias veterum Athenarum instituta, colonias, praeclara in bello facinora commemorat; denique hanc Platonis Rempublicam et veteres illas Athenas in sermone easdem ponere suadet. Cf. p. 19, B. sqq. St. Non igitur iustitiae illustrandae causa, sed sua causa perfecta civitas est condita, quippe quae non solum

fieri possit, sed magnam adeo vim habitura sit in alias civitates atque populos. 4) Si vera sunt ea quae de Timaei et Critiae argumento hoc loco afferuntur, quae vera esse nemo negat, item vera sint necesse est, quae de Politia hic dicuntur. Cf. p. 27, A. B. St. 5) Timaeus, Respublica, Critias ita inter se connectuntur, ut coniuncti inter se unum quoddam corpus efficiant. Ut vero animus noster admiratione quadam repletur, cum haec egregia opera ita connexa esse sentit, ut in unum quasi corpus coniuncta divina et humana omnia complectantur, ita haec omnis res ad nihilum plane reditura est, si haec vera non sint, si argumentum Politiae non vere versetur in Republica, si per lusum haec confinxerit philosophus *).

Tamen fuerunt, qui quum Socrates nihil plane dicat hoc loco de iustitia eiusque dignitate et praemiis, nec de iniustitia eiusque turpitudine et poenis, de quibus rebus tamen in Politia libro primo usque ad quartum, et postea libro nono et decimo uberrime disseruerit; nihil porro de philosophis et philosophia, nihil ne de magistratibus quidem civitatis, studiisque quibus hos operam dare oporteret, nihilque de permultis aliis rebus, de quibus copiosissime atque accuratissime disputaverit, hanc recensionem eorum quae pridie disseruisset, valde mancam minimeque plenam esse arbitrati, non de accurata hic agi capitum omnis disputationis, quae Politia continetur, enumeratione, sed simulasse Socratem iudicaverunt, hesterni sermonis finem argumentumque in civitate versatum esse, eo quidem consilio, ut tres dialogos Politiam Timaeum Critiamque, argumento quadam ex parte se invicem adiuvantes, externa etiam forma concinne posset coagmentare **). Sed erraverunt. Nam verbis οἷα τε καὶ ἐξ οἵων ἀνδρῶν ἀρίστη κατεφαίνετ' ἄν μοι γενέσθαι non solum iustitiae et ideae boni — quae tamen, quum non sint partes Reipublicae, sed tantum fundamentum in quo illa extruatur, singillatim commemoranda non fuerunt, quum capita tantum he-

*) Cf. de tota hac re commentationem nostram a. 1836 editam, quam nos pluribus mutatis aut omissis hic repetivimus.

**) Cf. Morgenstern. de Plat. Republ. p. 31.

sterni sermonis de Republica in memoriam revocare vellet — sed etiam omnium institutorum civitatis, quae ut optima fiat efficiunt, igitur etiam philosophorum magistratuum et studiorum quibus hos operam dare oporteret, inclusa est mentio. Philosophi tamen magistratus et studia quibus hos dare operam oporteret singillatim commemorantur, illi pag. 19. E. *τὸ δὲ τῶν σοφιστῶν γένος αὖ πολλῶν μὲν λόγων καὶ καλῶν ἄλλων μάλα ἔμπειρον ἥγημαι, φοβοῦμαι δὲ μή πως, ἅτε πλανητὸν ὂν κατὰ πόλεις οἰκήσεις τε ἰδίας οὐδαμῇ διῳκηκὸς, ἄστοχον ἅμα φιλοσόφων ἀνδρῶν ἢ καὶ πολιτικῶν, ὅσα ἄν οἷά τε ἐν πολέμῳ καὶ μάχαις πράττοντες ἔργῳ καὶ λόγῳ προσομιλοῦντες ἑκάστοις πράττοιεν καὶ λέγοιεν.* haec p. 18, A. *Τί δὲ τροφήν; ἆρ' οὐ γυμναστικῇ καὶ μουσικῇ μαθήμασί τε, ὅσα προσήκει τούτοις, ἐν ἅπασι τεθράφθαι.* — Nihil vero dixit Socrates hesternum sermonem repetens de optimae Reipublicae reliquarumque civitatum commutatione et interitu; nihil de poëtis in civitatem non admittendis; nihil de animorum immortalitate et migratione, quod capita tantum hesterni sermonis, qui in perfecta Republica versabatur, repetere vellet. Falsum autem est, quod Morgensternius dicit, Platonem de rebus cum iustitia coniunctis libro primo usque ad quartum uberrime disseruisse. Nam si conferre volueris, singula hesterni sermonis capita in Timaeo commemorata cum Reipublicae locis, multo maiorem partem libri secundi, totum librum tertium, versari in rebus politicis intelliges*). Quid de reliquis libris statuendum sit, serius docc-

*) Cf. Timaei locum p. 17. C. *Ἆρ' οὖν — προπολεμησόντων;* cum Pol. lib. II. p. 369, E. — p. 374, E.; Tim. p. 17, C. *Καὶ κατὰ φύσιν — Παντάπασι μὲν οὖν.* p. 18, A. cum Pol. p. 375. C. St.; Tim. p. 18, A. *Φύσιν γὰρ κ. τ. ἑ.* cum Pol. lib. II. p. 374, D. — 376, E., de quibus rebus tamen etiam lib. V. p. 474, sqq. et lib. VI. pluribus disseritur; Tim. p. 18, A. *Τί δὲ τροφήν;* sqq. cum Pol. II. p. 375, E. — lib. III. p. 412. ed. St.; his tamen addendus lib. VI. extr. et lib. VII; Tim. p. 18, B. cum Pol. III. 415. D. — 417. B.; Tim. p. 18, C. *Καὶ μὲν δὴ* sqq. cum Reipubl. lib. V, p. 451. — 457, C.; Tim. p. 18. C. *Τί δὲ τὸ περὶ τῆς παιδοποιίας; κ. τ. ἑ.* cum Pol. lib. V. p. 457—466. St.; Tim. p. 18. extr. cum Pol. lib. V, p. 458 sqq.; Tim. p. 19. in. cum Pol. lib. III. p. 415. A. B. C. lib. V. p. 461. lib. VII. p. 537. 540.

fieri possit, sed magnam adeo vim habitura sit in alias civitates atque populos. 4) Si vera sunt ea quae de Timaei et Critiae argumento hoc loco afferuntur, quae vera esse nemo negat, item vera sint necesse est, quae de Politia hic dicuntur. Cf. p. 27, A. B. St. 5) Timaeus, Respublica, Critias ita inter se connectuntur, ut coniuncti inter se unum quoddam corpus efficiant. Ut vero animus noster admiratione quadam repletur, cum haec egregia opera ita connexa esse sentit, ut in unum quasi corpus coniuncta divina et humana omnia complectantur, ita haec omnis res ad nihilum plane reditura est, si haec vera non sint, si argumentum Politiae non vere versetur in Republica, si per lusum haec confinxerit philosophus *).

Tamen fuerunt, qui quum Socrates nihil plane dicat hoc loco de iustitia eiusque dignitate et praemiis, nec de iniustitia eiusque turpitudine et poenis, de quibus rebus tamen in Politia libro primo usque ad quartum, et postea libro nono et decimo uberrime disseruerit; nihil porro de philosophis et philosophia, nihil ne de magistratibus quidem civitatis, studiisque quibus hos operam dare oporteret, nihilque de permultis aliis rebus, de quibus copiosissime atque accuratissime disputaverit, hanc recensionem eorum quae pridie disseruisset, valde mancam minimeque plenam esse arbitrati, non de accurata hic agi capitum omnis disputationis, quae Politia continetur, enumeratione, sed simulasse Socratem iudicaverunt, hesterni sermonis finem argumentumque in civitate versatum esse, eo quidem consilio, ut tres dialogos Politiam Timaeum Critiamque, argumento quadam ex parte se invicem adiuvantes, externa etiam forma concinne posset coagmentare **). Sed erraverunt. Nam verbis *οἷα τε καὶ ἐξ οἵων ἀνδρῶν ἀρίστη κατεφαίνετ' ἄν μοι γενέσθαι* non solum iustitiae et ideae boni — quae tamen, quum non sint partes Reipublicae, sed tantum fundamentum in quo illa extruatur, singillatim commemoranda non fuerunt, quum capita tantum he-

*) Cf. de tota hac re commentationem nostram a. 1836 editam, quam nos pluribus mutatis aut omissis hic repetivimus.

**) Cf. Morgenstern. de Plat. Republ. p. 31.

sterni sermonis de Republica in memoriam revocare vellet — sed etiam omnium institutorum civitatis, quae ut optima fiat efficiunt, igitur etiam philosophorum magistratuum et studiorum quibus hos operam dare oporteret, inclusa est mentio. Philosophi tamen magistratus et studia quibus hos dare operam oporteret singillatim commemorantur, illi pag. 19. E. *τὸ δὲ τῶν σοφιστῶν γένος αὖ πολλῶν μὲν λόγων καὶ καλῶν ἄλλων μάλα ἔμπειρον ἥγημαι, φοβοῦμαι δὲ μή πως, ἅτε πλανητὸν ὂν κατὰ πόλεις οἰκήσεις τε ἰδίας οὐδαμῇ διῳκηκὸς, ἄστοχον ἅμα φιλοσόφων ἀνδρῶν ᾖ καὶ πολιτικῶν, ὅσα ἄν οἷά τε ἐν πολέμῳ καὶ μάχαις πράττοντες ἔργῳ καὶ λόγῳ προσομιλοῦντες ἑκάστοις πράττοιεν καὶ λέγοιεν.* haec p. 18, A. *Τί δὲ τροφήν; ἆρ' οὐ γυμναστικῇ καὶ μουσικῇ μαθήμασί τε, ὅσα προσήκει τούτοις, ἐν ἅπασι τεθράφθαι.* — Nihil vero dixit Socrates hesternum sermonem repetens de optimae Reipublicae reliquarumque civitatum commutatione et interitu; nihil de poëtis in civitatem non admittendis; nihil de animorum immortalitate et migratione, quod capita tantum hesterni sermonis, qui in perfecta Republica versabatur, repetere vellet. Falsum autem est, quod Morgensternius dicit, Platonem de rebus cum iustitia coniunctis libro primo usque ad quartum uberrime disseruisse. Nam si conferre volueris, singula hesterni sermonis capita in Timaeo commemorata cum Reipublicae locis, multo maiorem partem libri secundi, totum librum tertium, versari in rebus politicis intelliges*). Quid de reliquis libris statuendum sit, serius doce-

*) Cf. Timaei locum p. 17. C. *Ἆρ' οὖν — προπολεμησόντων;* cum Pol. lib. II. p. 369, E. — p. 374, E.; Tim. p. 17, C. *Καὶ κατὰ φύσιν — Παντάπασι μὲν οὖν.* p. 18, A. cum Pol. p. 375. C. St.; Tim. p. 18, A. *Φύσιν γὰρ κ. τ. ἑ.* cum Pol. lib. II. p. 374, D. — 376, E., de quibus rebus tamen etiam lib. V. p. 474, sqq. et lib. VI. pluribus disseritur; Tim. p. 18, A. *Τί δὲ τροφήν;* sqq. cum Pol. II. p. 375, E. — lib. III. p. 412. ed. St.; his tamen addendus lib. VI. extr. et lib. VII; Tim. p. 18, B. cum Pol. III. 415. D. — 417. B.; Tim. p. 18, C. *Καὶ μὲν δὴ* sqq. cum Reipubl. lib. V, p. 451. — 457, C.; Tim. p. 18. C. *Τί δὲ τὸ περὶ τῆς παιδοποιίας; κ. τ. ἑ.* cum Pol. lib. V. p. 457—466. St.; Tim. p. 18. extr. cum Pol. lib. V, p. 458 sqq.; Tim. p. 19. in. cum Pol. lib. III. p. 415. A. B. C. lib. V. p. 461. lib. VII. p. 537. 540.

bimus. — Quod autem Morgensternius putat, non magnopere verendum fuisse Socrati, ne sibi e pridiana narratione nonnisi ea recensenti, quae optimam illam rempublicam spectarent, ab aliquo eorum qui aderant obiiceretur, alia, eaque potius etiam, quam ista de republica, heri disputata esse, id magnopere verendum fuisse arbitramur. Nam etiamsi politica quae commemorat, ut plane inaudita et παράδοξα auditorum animis quam altissime adhuc inhaerere probabile esse concedimus, multo tamen παραδοξότερα fuerunt de philosophis magistratibus placita. Cf. Reipbl. lib. V. p. 473, St. Et quis, nisi indignus qui talia audiret, oblivisci potuisset ea, quae de idea boni disputata erant? Idem de aliis etiam rebus statuendum.

Postremo quaeras, cur coniungere Plato voluerit hos libros, Timaeum, Rempublicam, Critiam, si non vere, sed tantum quadam ex parte argumento se invicem adiuvarent? Cur in alio opere, de argumento librorum de Republica quasi historice loquens mentitus sit Plato, et falsam ita de operis fine speciem excitaverit, quod Morgensternius et qui eum sequuntur coguntur statuere?

Quae si vera sunt, stare non potest Schleiermacheri sententia, qua eos, quibuscum Socrates Timaei initio colloquatur, de civitate tantum habitos sermones audire voluisse sumit*). Cuius sententiae quasi ansam dedisse videntur Platonis verba: *διὸ καὶ χθὲς ἐγὼ διανοούμενος ὑμῶν δεομένων τὰ περὶ τῆς πολιτείας διελθεῖν προθύμως ἐχαριζόμην.* Sed quid, quaeso, his verbis inest, ex quo colligere possis, eos quibus narraverit hesternum sermonem Socrates, omissis reliquis, de civitate tantum dicta audire voluisse? Quid tum fiet hoc Platonis loco, *Ἆρ' οὖν δὴ διεληλύθαμεν ἤδη, καθάπερ χθές, ὡς ἐν κεφαλαίοις πάλιν ἐπανελθεῖν; ἢ ποθοῦμεν ἔτι τι τῶν ῥηθέντων ἀπολειπόμενον; Τι. οὐδαμῶς, ἀλλ' αὐτὰ ταῦτ' ἦν τὰ λεχθέντα, ὦ Σώκρατες.* Porro ad hoc etiam mihi animum

*) Cf. introd. in Rpbl. p. 68. Diese nun hatten, wie aus den dortigen Aeusserungen hervorgeht, ganz eigentlich Sokrates Reden vom Staate zu hören begehrt; und wenn er gleich deshalb die ganze Verhandlung erzählen muss, so blieb für sie doch der Staat die Hauptsache.

REESE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

PROLEGOMENA AD PLATONIS REMPUBLICAM.

Reipublicae liber primus.

Ἀλλὰ τόδε γε οἶμαί σε φάναι ἂν δεῖν πάντα λόγον ὥσπερ ζῷον συνεχάναι σῶμά τε ἔχοντα αὐτὸν αὑτοῦ, ὥςε μήτε ἀκέφαλον εἶναι μήτε ἄπουν, ἀλλὰ μέσα τε ἔχειν καὶ ἄκρα, πρέποντ' ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα. Plat. Phaedr. p. 264. C.

SECTIO I.

Initium sermonis, cuius artem et simplicitatem omnes mirantur*), quasi scenam *τοῦ δράματος* ob oculos ponit. Narratur eo, quo modo factum sit, ut Socrates cum Glaucone Polemarcho reliquisque personis dialogi Cephali domum pervenerit. Describitur probi senis ingenium, commemorataque pietate erga deos, voluptate quam ex sermonibus capiat, ne cervical quidem cum sella addere oblitus est Plato. Commodissime ex his ipsis sermonis origo ducitur, interrogante Socrate: *καὶ δὴ καὶ σοῦ ἡδέως ἂν πυθοίμην ὅ τι σοι φαίνεται τοῦτο, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἤδη εἶ ἡλικίας, ὃ δὴ ἐπὶ γήραος οὐδῷ φασὶν εἶναι οἱ ποιηταί, πότερον χαλεπὸν τοῦ βίου, ἢ πῶς σὺ αὐτὸ ἐξαγγέλλεις.* p. 328. E. Non philosophorum de rebus reconditis disputationem, sed vulgi sermonem

*) Cf. Diogenes Laërt. III, 37. Dionys. Halicarn. de comp. Verb. c. 25. Quintilian. VIII, 6.

De operis titulo et inscriptione.

C. E. Ch. Schneiderus ad initium Reipublicae haec adnotavit: «Inscriptionem fecimus qualem et ipse facere potuisse et antiquissimorum codicum atque Aristotelis et Theophrasti auctoritas a Proclo εἰς τὴν Πολιτείαν p. 350. l. 8. sqq. ed. Bas. 1534. prodita commendare videretur», et paullo serius: «Quod in nonnullis codicibus additum est ἢ περὶ δικαίου id mihi cum Diogene Laërtio L. III. 57. Thrasyllo potius, quam cum Olympiodoro comment. in Alcib. p. 75. ed. Creuzer. ipsi Platoni tribuendum videtur.» Vere autem de hoc omni negotio Schleiermacherus iudicat: «Ohnstreitig sind alle solche zweite Ueberschriften, die sich bei mehreren platonischen Gesprächen finden, von später Hand vielleicht zufällig entstanden, und fast überall haben sie die nachtheilige Wirkung hervorgebracht, die Leser auf eine unrechte Spur zu führen, und so von der Absicht des Philosophen und der Bedeutung des Werkes theils viel zu beschränkte theils ganz falsche Ansichten zu begünstigen.» Cf. introd. in Phaedrum p. 55. His addantur quae Stallbaumius introd. p. XIX. verissime monuit. Cf. etiam Excursum nostrum II.

REESE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

PROLEGOMENA AD PLATONIS REMPUBLICAM.

Reipublicae liber primus.

Ἀλλὰ τόδε γε οἶμαί σε φάναι ἂν δεῖν πάντα λόγον ὥσπερ ζῷον συνεστάναι σῶμά τε ἔχοντα αὐτὸν αὑτοῦ, ὥστε μήτε ἀκέφαλον εἶναι μήτε ἄπουν, ἀλλὰ μέσα τε ἔχειν καὶ ἄκρα, πρέποντ' ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα. Plat. Phaedr. p. 264. C.

SECTIO I.

Initium sermonis, cuius artem et simplicitatem omnes mirantur *), quasi scenam τοῦ δράματος ob oculos ponit. Narratur eo, quo modo factum sit, ut Socrates cum Glaucone Polemarcho reliquisque personis dialogi Cephali domum pervenerit. Describitur probi senis ingenium, commemorataque pietate erga deos, voluptate quam ex sermonibus capiat, ne cervical quidem cum sella addere oblitus est Plato. Commodissime ex his ipsis sermonis origo ducitur, interrogante Socrate: *καὶ δὴ καὶ σοῦ ἡδέως ἂν πυθοίμην ὅ τι σοι φαίνεται τοῦτο, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἤδη εἶ ἡλικίας, ὃ δὴ ἐπὶ γήραος οὐδῷ φασὶν εἶναι οἱ ποιηταί, πότερον χαλεπὸν τοῦ βίου, ἢ πῶς σὺ αὐτὸ ἐξαγγέλλεις.* p. 328. E. Non philosophorum de rebus reconditis disputationem, sed vulgi sermonem

*) Cf. Diogenes Laërt. III, 37. Dionys. Halicarn. de comp. Verb. c. 25. Quintilian. VIII, 6.

audire tibi videaris, nec quidquam hic serium quaeri, sed fortuito sermones ultro citroque fluere credas. Facile adeo aliquis, ignarus artis dialogicae Platonis, si reliqua non spectet, in solvenda hac quaestione, *πότερον χαλεπὸν τοῦ βίου κ. τ. ἑ.* dialogi finem positum esse suspicetur. Cur igitur non in ea, quippe a qua oriatur dialogus, sermonis finem quaerendum esse putaverunt interpretes? Haud dubie, quia graviores aliae sequuntur. Viderunt enim Platonem, quo sermonis vulgaris consuetudinem retineret, nec in sermonem irrueret, sed accederet, ex re haud ita recondita, sed facile cuivis obvia, sermonis initium repetere debuisse. Quod de hoc loco omnes valere consentiunt, idem nos de aliis valere docebimus.

Cephalus senex festivus et locuples, qui senectutem satis commode ferebat, prudenter ac vere respondet ad ea quae Socrates ex eo quaesiverat, interrogatusque quid boni maxime divitiis se consecutum esse existimet, facilius sibi iis factum esse respondet *iustitiam tueri et colere, ob eandemque causam meliorem se spem habere de vita post mortem futura*, qua peccatorum poenae iniuste agentes maneant. Tam apta est huic loco haec senis sententia, ut ea nihil aliud quaesivisse videri possit auctor, praesertim quum obiter tantum pronunciata sit, nec in statim sequentibus sermo ad eam redeat. Sed eadem haec sententia, qua introitum operis ornari videmus, sub finem recurrit, cf. lib. X. p. 614, A. sqq., ut iam hic semina spargi videamus eorum quae postea dicentur, et ad idem redeat sermo unde profectus sit, et quasi orbem suum absolvat oratio. Haec igitur, licet obiter tantum commemorata, tamen fortuita esse non possunt, et ipsius senis personam hanc ob causam inductam esse putamus.

Oritur deinde quaestio de eo quid iustitia sit: *τοῦτο δ' αὐτὸ, τὴν δικαιοσύνην, πότερα τὴν ἀλήθειαν αὐτὸ φήσομεν εἶναι ἁπλῶς οὕτω καὶ τὸ ἀποδιδόναι, ἄν τίς τι παρά του λάβῃ κ. τ. ἑ.* Cephalus autem Polemarcho sermonem tradens ad procurandum sacrificium discedit. Ad hunc locum Cicero in epistolis ad Atticum IV, 16: «Quod in iis libris, quos laudavi, desideras personam Scaevolae, non eam temere demovi, sed feci idem quod in *Πολιτείᾳ* deus ille noster Plato. Quum in Piraeeum Socrates

venisset ad Cephalum locupletem et festivum senem, quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex; deinde quum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem divinam dicit se velle discedere, neque postea revertitur. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id aetatis in tam longo sermone diutius retinuisset.» Verum vidisse Ciceronem vix mihi persuaserim. Nam paulo ante Cephalus dixerat ὡς εὖ ἴσθι, ὅτι ἔμοιγε ὅσον αἱ ἄλλαι αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται, τοσοῦτον αὔξονται αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι τε καὶ ἡδοναί. p. 328, D. His addas quod secundum Platonem seniores maxime circa philosophiam versari debent; cf. lib. VI, 498, B. C. VII, p. 540, A. B. Videtur igitur de iustitia ac pietate dictorum dicendorumque veritatem, hoc iusti piique senis exemplo comprobare voluisse Plato, quemadmodum etiam in Phaedone iis quae de animorum immortalitate disputentur, quasi cumulum accedere recte iudicant Socratis personam, et simul innuere, primae quasi scenae huius prooemii hic finem esse. Ita ipsa ea quae adhuc extra rem posita esse videntur, ipsius rei haud contemnenda pars sunt.

Fortasse quis quaerat hoc loco, cur non in invenienda iustitiae definitione dialogi finem positum esse putandum sit? Fuisse multos antiquitus in ea sententia dialogi inscriptio, de qua supra diximus, declarat. Nec iniuria, si rem ut proposita est, in dialogo accipere semper liceret. Hodie *non in ea sola re* dialogi finem versari volunt, quoniam aliae quaestiones sequantur graviores, et quod sanae rationi repugnaturum sit, scripsisse Platonem tantum opus, iustitiae explicandae gratia, quod multo brevius fieri potuerit. Id autem concedi debet, hoc saltem loco nondum quidquam aliud quaeri.

SECTIO II.

Polemarchus Simonidis auctoritate iustitiae definitionem qualem accipere videbatur Cephalus, ὅτι τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι δίκαιόν ἐστι, tuetur. Variae deinceps a Polemarcho proponuntur sententiae de huius effati sensu, omnes tamen ex eodem quasi fonte profectae, quod sit iustum prodesse amicis,

damnum afferre inimicis, et reiiciuntur ut parum verae. Postremum disputatio inter Polemarchum et Socratem eo redit, ut *si quis iustum esse dicat, reddere cuique quod cuique debeatur, idque ita intelligat, ut inimicis damnum, βλάβην, a iusto viro debeatur, amicis utilitas, eum sapientem non esse*, inter se conveniant, *quia parum vera pronunciet, quoniam iustum non esse demonstratum sit, cuiquam damnum afferre. Non esse igitur id Simonidis dictum, neque Biantis et Pittaci, potius id videri Περιάνδρου εἶναι ἢ Περδίκκου ἢ Ξέρξου ἢ Ἰσμηνίου τοῦ Θηβαίου, ἤ τινος ἄλλου μέγα οἰομένου δύνασθαι πλουσίου ἀνδρός.* Cf. p. 336, A. Docet hic locus, disputationem huc usque deductam pertinere ad evertendam de iustitiae vi et natura sententiam, qualis non virum iustum, sed *tyrannum* deceret, et id saltem sine ullâ dubitatione concedi debet, hanc de iustitiae vi et natura disputationem, *reipublicae ratione habita*, institutam videri. His autem quae modo ex Platone disputavimus accedit etiam illud, quod secunda huius prooemii quasi scena, hac Socratis sententia finitur, quod indicatur etiam personarum colloquentium vicibus.

SECTIO III.

Prodit quasi in scenam Thrasymachus. Is Socratis cum Polemarcho sermonem saepius interpellare conatus erat, sed prohibitus est a reliquis, totum sermonem audire cupientibus. Quum vero disputandi finem fecissent illi, non amplius quietem egit, sed colligens se, quasi fera quaedam bestia, involavit in eos, tanta vehementia, ut eos discerpere velle videretur. Socrates et Polemarchus metu perculsi diffugerunt. Tum Thrasymachus in medium proclamans, quae vos, inquit, dudum nugae tenent? et quid stulte agitis cedentes vobis ipsis? Deinde flagitat a Socrate, ut non solum interroget gloriolam captans, sed etiam ipse respondeat, nec falsas iustitiae definitiones, quarum plures enumerat, in medium proferat; se enim tales nugas non esse admissurum. Socrates haec audiens perturbatus est, et Thrasymachum intuens pertimuit, ac nisi eum prior conspexisset, quam ille Socratem, mutus factus esset prae timore. Nunc autem, quum ille sermone excandescere inciperet, eum prior intueba-

tur, ut respondere posset, et tremens; o Thrasymache, inquit, ne irascaris, nam si peccamus in disputando ego atque hic, probe scito quod inviti peccamus. Noli enim credere, nos aurum quaerentes, nobis invicem voluntarie non cedere et perdere eius inventionem, *iustitiam vero quaerentes, rem omni auro potiorem*, tum ita stulte nobis cedere, neque omnem operam impendere ut appareat. Credas, o amice. Sed opinor non valemus. Aequum est igitur, ut vos viros fortes nostrum misereat, non pigeat. Quibus auditis ille in Sardonium risum profusus, mehercules, inquit, haec est notissima illa Socratis ironia, idque et ipse noveram et his praedicebam, quod respondere ipse nolles, et dissimulares, et omnia potius faceres quam responderes, si quis quid ex te quaereret. Ad haec Socrates, laudans cum ironia Thrasymachi sapientiam, qui id facile praevidere potuerit, quum iam ante disputationis initium has atque illas responsiones se non admissurum esse minatus sit. Tum Thrasymachus: Quid, inquit, si aliam responsionem praeter omnes istas, meliorem his, ostendero? Quid vis perpeti? Quid aliud, inquit Socrates, quam quod convenit perpeti nescientem? Convenire autem, discere ab eo qui sciat. Se igitur id perpeti paratum esse. Tum Thrasymachus: Dulcis enim es, inquit. Sed praeterea quod discis expende etiam pecuniam. Cui rei cum ab iis qui intererant sermoni consultum esset, Thrasymachus tamen, etiamsi cupidus dicendi, quippe qui egregiam responsionem se habere putaret, tergiversari, et Socratem, ut diceret, urgere. Tandem vero, precibus eorum qui aderant exoratus, dicere coepit. Ponit igitur iustitiam esse *τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον**). Tum Socrates quid haec sibi velint, interrogat. Nam procul dubio eum non hoc dicere: Si Polydamas athleta nobis fortior sit, eique boum carnibus vesci conducat, eundem cibum nobis illo debilioribus utilem iustumque esse. Tum Thrasymachus Socrati obiicit, quod

*) Esse id vere politicum praeceptum apparebit ex hoc legum loco; IV. p. 714. B. l. Schneidero: *οὔτε γὰρ πρὸς τὸν πόλεμον οὔτε πρὸς ἀρετὴν ὅλην βλέπειν δεῖν φασὶ τοὺς νόμους, ἀλλ' ἥτις ἂν καθεστηκυῖα ᾖ πολιτεία, ταύτῃ ἰδεῖν τὸ ξυμφέρον, ὅπως ἄρξει τε ἀεὶ καὶ μὴ καταλυθήσεται, καὶ τὸν φύσει ὅρον τοῦ δικαίου λέγεσθαι καλλισθ' οὕτω. Κλ. Πῶς; Ἀθ. Ὅτι τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον ἐστίν.* Cf. sqq.

sermonem ita accipiat, quomodo ei quam facillime iniuriam infligere possit. Socrates, id ita esse negans, rogat, ut clarius dicat quod velit. Tum ille: *Εἶτ' οὐκ οἶσθα, ἔφη, ὅτι τῶν πόλεων αἱ μὲν τυραννοῦνται, αἱ δὲ δημοκρατοῦνται, αἱ δὲ ἀριστοκρατοῦνται; Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν τοῦτο κρατεῖ ἐν ἑκάστῃ πόλει, τὸ ἄρχον; Πάνυ γε; Τίθεται δέ γε τοὺς νόμους ἑκάστη ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ αὑτῇ ξυμφέρον, δημοκρατία μὲν δημοκρατικούς, τυραννὶς δὲ τυραννικοὺς καὶ αἱ ἄλλαι οὕτω. θέμεναι δὲ ἀπέφηναν τοῦτο δίκαιον τοῖς ἀρχομένοις εἶναι, τὸ σφίσι ξυμφέρον, καὶ τὸν τούτου ἐκβαίνοντα κολάζουσιν ὡς παρανομοῦντά τε καὶ ἀδικοῦντα. τοῦτ' οὖν ἐστὶν, ὦ βέλτιστε, ὃ λέγω, ἐν ἁπάσαις ταῖς πόλεσι ταὐτὸν εἶναι δίκαιον, τὸ τῆς καθεστηκυίας ἀρχῆς ξυμφέρον. αὕτη δέ που κρατεῖ· ὥστε ξυμβαίνει τῷ ὀρθῶς λογιζομένῳ πανταχοῦ εἶναι τὸ αὐτὸ δίκαιον, τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον.* Cf. p. 338. E. *Itaque nescis, inquit, quod civitatum aliae a tyrannis, aliae a plebe, aliae ab optimatibus reguntur? Cur non? Qui autem in imperio sunt ii potestatem habent in unaquaque civitate? Omnino. Ponit autem leges unumquodque imperium respiciens id quod sibi commodum, democratia democraticas, tyrannis tyrannicas, et reliquae in hunc modum. Ponentes vero declarant id iustum esse subditis quod sibi commodum, atque id migrantem puniunt, tanquam peccantem contra leges iniusteque agentem. Hoc igitur est, mi optime, quod dico, in omnibus civitatibus idem esse iustum, id quod constituto imperio commodum. Id vero potestatem habet, ut eveniat recte consideranti ubique esse idem iustum, τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον.* p. 338, E.

Vividissimis usus coloribus in his descripsit Thrasymachi imaginem Plato. Huius feritati apte ex adverso ponitur Socratis fictus timor atque modestia, nec facile pictor aut statuarius diversam utriusque virini dolem melius tabula aut aere exprimere potuisset. Num haec ornatus tantum causa, et ut lectorum animi exhilararentur, ita composita putemus? Muretus quidem, laudato Aristotele rhetoric. II, 23. adnotavit, Herodicum solitum dicere de Thrasymacho, eum semper Thrasymachum esse. Nos etiam gravius quid huic loco subesse putamus. Indicari nobis videtur hac Thrasymachi ferocia, exacerbatum eum fuisse disputatione Socratis cum Polemarcho habita, quod sua effata de iustitiae vi ac natura ea peti putaret. Nam postrema Polemarchi sententia,

qua statuit *iustum esse, prodesse amicis, damnum afferre inimicis*, haud multum discedit a Thrasymachi de iusto opinionibus; et ratio a Polemarcho defensa quasi pars est eorum, quae magis *γενικῶς* a Thrasymacho ponuntur. Ut Socrates in disputatione cum Polemarcho iustum esse negat, *τοῖς μὲν ἐχθροῖς βλάβην ὀφείλεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου ἀνδρὸς, τοῖς δὲ φίλοις ὠφέλειαν* p. 335, E. ita contrarium affirmat serius Thrasymachus p. 343, C. *ἀγνοεῖς, ὅτι ἡ μὲν δικαιοσύνη καὶ τὸ δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι, τοῦ κρείττονός τε καὶ ἄρχοντος ξυμφέρον, οἰκεία δὲ τοῦ πειθομένου τε καὶ ὑπηρετοῦντος βλάβη κ. τ. ἑ.* Atque ut illam iustitiae definitionem Periandri, aut Perdiccae, aut Xerxis, aut Ismeniae Thebani esse dixerat Socrates, ita ex sola imperantium voluntate Thrasymachus omne iustum repetit. p. 338, E. Quae si vere disputavimus, non solum hanc Thrasymachi de iustitiae vi et natura disputationem, sed priora etiam illa, arctissime connexa esse apparebit cum quaestione de Republica; quod per se iam verisimile videri debet, apud Platonem, summum scribendi artificem, intercedere nexum quendam arctissimum inter singulas partes disputationis, nec saltuatim quodammodo ab una ad alteram perveniri. Non negamus autem, imo dicimus, Platonem vividissime delineanda Thrasymachi ferocia, avaritia, superbia, cui opposuit Socratis prudentiam et humanitatem, simul iam istis innuere voluisse, vera esse non posse, quae tam rudis et vanus homo de iustitia, summo reipublicae fine ac fundamento, dicat*). Est autem hic locus ad cognoscendum dialogi nostri finem gravissimus, ob eamque causam paulo diligentius explorandus. Iustitiae enim natura hic ita explicatur, ut e civitatum variis formis quod ubique iustum sit pendere appareat. Est igitur quaestio vere politica, et agitur hoc

*). Cf. aliter de his iudicantem Schleiermacherum Einl. p. 9, 10. Is enim sumit, Platonem etiam similitudine artis, priora opera in memoriam revocare voluisse legentibus, et sedatiore sequentium librorum sermone indicare, quam fieri potuerit planissime, hanc venustatem artis parum aptam esse atque adeo contrariam inveniendo vero. Horum alterum nobis nimis *quaesitum* videtur, alterum ita comparatum est, ut, si verum sit, non intelligam, cur non ominem istum artis splendorem atque apparatum in hoc opere prorsus abiecerit Plato.

sermonem ita accipiat, quomodo ei quam facillime iniuriam infligere possit. Socrates, id ita esse negans, rogat, ut clarius dicat quod velit. Tum ille: *Εἶτ' οὐκ οἶσθα, ἔφη, ὅτι τῶν πόλεων αἱ μὲν τυραννοῦνται, αἱ δὲ δημοκρατοῦνται, αἱ δὲ ἀριστοκρατοῦνται; Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν τοῦτο κρατεῖ ἐν ἑκάστῃ πόλει, τὸ ἄρχον; Πάνυ γε; Τίθεται δέ γε τοὺς νόμους ἑκάστη ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ αὑτῇ ξυμφέρον, δημοκρατία μὲν δημοκρατικούς, τυραννὶς δὲ τυραννικοὺς καὶ αἱ ἄλλαι οὕτω. Θέμεναι δὲ ἀπέφηναν τοῦτο δίκαιον τοῖς ἀρχομένοις εἶναι, τὸ σφίσι ξυμφέρον, καὶ τὸν τούτου ἐκβαίνοντα κολάζουσιν ὡς παρανομοῦντά τε καὶ ἀδικοῦντα. τοῦτ' οὖν ἐστὶν, ὦ βέλτιστε, ὃ λέγω, ἐν ἁπάσαις ταῖς πόλεσι ταὐτὸν εἶναι δίκαιον, τὸ τῆς καθεστηκυίας ἀρχῆς ξυμφέρον. αὕτη δέ που κρατεῖ· ὥστε ξυμβαίνει τῷ ὀρθῶς λογιζομένῳ πανταχοῦ εἶναι τὸ αὐτὸ δίκαιον, τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον.* Cf. p. 338. E. *Itaque nescis, inquit, quod civitatum aliae a tyrannis, aliae a plebe, aliae ab optimatibus reguntur? Cur non? Qui autem in imperio sunt ii potestatem habent in unaquaque civitate? Omnino. Ponit autem leges unumquodque imperium respiciens id quod sibi commodum, democratia democraticas, tyrannis tyrannicas, et reliquae in hunc modum. Ponentes vero declarant id iustum esse subditis quod sibi commodum, atque id migrantem puniunt, tanquam peccantem contra leges iniusteque agentem. Hoc igitur est, mi optime, quod dico, in omnibus civitatibus idem esse iustum, id quod constituto imperio commodum. Id vero potestatem habet, ut eveniat recte consideranti ubique esse idem iustum, τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον.* p. 338, E.

Vividissimis usus coloribus in his descripsit Thrasymachi imaginem Plato. Huius feritati apte ex adverso ponitur Socratis fictus timor atque modestia, nec facile pictor aut statuarius diversam utriusque virini dolem melius tabula aut aere exprimere potuisset. Num haec ornatus tantum causa, et ut lectorum animi exhilararentur, ita composita putemus? Muretus quidem, laudato Aristotele rhetoric. II, 23. adnotavit, Herodicum solitum dicere de Thrasymacho, eum semper Thrasymachum esse. Nos etiam gravius quid huic loco subesse putamus. Indicari nobis videtur hac Thrasymachi ferocia, exacerbatum eum fuisse disputatione Socratis cum Polemarcho habita, quod sua effata de iustitiae vi ac natura ea peti putaret. Nam postrema Polemarchi sententia,

qua statuit *iustum esse, prodesse amicis, damnum afferre inimicis*, haud multum discedit a Thrasymachi de iusto opinionibus; et ratio a Polemarcho defensa quasi pars est eorum, quae magis *γενικῶς* a Thrasymacho ponuntur. Ut Socrates in disputatione cum Polemarcho iustum esse negat, *τοῖς μὲν ἐχθροῖς βλάβην ὀφείλεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου ἀνδρὸς, τοῖς δὲ φίλοις ὠφέλειαν* p. 335, E. ita contrarium affirmat serius Thrasymachus p. 343, C. *ἀγνοεῖς, ὅτι ἡ μὲν δικαιοσύνη καὶ τὸ δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι, τοῦ κρείττονός τε καὶ ἄρχοντος ξυμφέρον, οἰκεία δὲ τοῦ πειθομένου τε καὶ ὑπηρετοῦντος βλάβη κ. τ. ἑ.* Atque ut illam iustitiae definitionem Periandri, aut Perdiccae, aut Xerxis, aut Ismeniae Thebani esse dixerat Socrates, ita ex sola imperantium voluntate Thrasymachus omne iustum repetit. p. 338, E. Quae si vere disputavimus, non solum hanc Thrasymachi de iustitiae vi et natura disputationem, sed priora etiam illa, arctissime connexa esse apparebit cum quaestione de Republica; quod per se iam verisimile videri debet, apud Platonem, summum scribendi artificem, intercedere nexum quendam arctissimum inter singulas partes disputationis, nec saltuatim quodammodo ab una ad alteram perveniri. Non negamus autem, imo dicimus, Platonem vividissime delineanda Thrasymachi ferocia, avaritia, superbia, cui opposuit Socratis prudentiam et humanitatem, simul iam istis innuere voluisse, vera esse non posse, quae tam rudis et vanus homo de iustitia, summo reipublicae fine ac fundamento, dicat*). Est autem hic locus ad cognoscendum dialogi nostri finem gravissimus, ob eamque causam paulo diligentius explorandus. Iustitiae enim natura hic ita explicatur, ut e civitatum variis formis quod ubique iustum sit pendere appareat. Est igitur quaestio vere politica, et agitur hoc

*) Cf. aliter de his iudicantem Schleiermacherum Einl. p. 9, 10. Is enim sumit, Platonem etiam similitudine artis, priora opera in memoriam revocare voluisse legentibus, et sedatiore sequentium librorum sermone indicare, quam fieri potuerit planissime, hanc venustatem artis parum aptam esse atque adeo contrariam inveniendo vero. Horum alterum nobis nimis *quaesitum* videtur, alterum ita comparatum est, ut, si verum sit, non intelligam, cur non omnem istum artis splendorem atque apparatum in hoc opere prorsus abiecerit Plato.

loco, de principio et fundamento depravatarum civitatum omnium, *quod primum evertendum erat ei, qui perfectam civitatem extruere vellet, ut, novis fundamentis iactis, opus rite extrueretur.* *ἀλλὰ δὴ τίνα λέγεις τρόπον τῆς διαγραφῆς; Λαβόντες, ἦν δ' ἐγὼ, ὥσπερ πίνακα πόλιν τε καὶ ἤθη ἀνθρώπων πρῶτον μὲν καθαρὰν ποιήσειαν ἄν, ὃ οὐ πάνυ ῥᾴδιον· ἀλλ' οὖν οἶσθ', ὅτι τούτῳ ἂν εὐθὺς τῶν ἄλλων διενεγκεῖν, τῷ μήτε ἰδιώτου μήτε πόλεως ἐθελῆσαι ἂν ἅψασθαι, μηδὲ γράφειν νόμους, πρὶν ἢ παραλαβεῖν καθαρὰν ἢ αὐτοὶ ποιῆσαι.* lib. VI. p. 501, A. Quid igitur habet quod improbari possit, si in describenda optima civitate ponendisque principiis, Platonem viam eandem ingressum videmus, quam in condendis civitatibus philosophos sequi dicit, *ut, antequam vera principia proponat, solum purget falsaque evertat,* quae tum tantam vim in animos hominum exercere coeperant? Pertinere autem volumus haec dicta ad omnem de eo quid iustitia sit, usque ad hunc locum agitatam controversiam. Quae quum ita sint, et quum haec Thrasymachi sententia, in qua defendenda omnis Thrasymachi, refellenda Socratis versatur oratio, gravissima primi libri pars sit, sequitur, *iam primo libro de iustitia agitatam quaestionem ad Rempublicam pertinere.*

Socrates igitur primum docet fieri posse ut magistratus, quorum imperio parere subditis iustum sit, errore ducti ea fieri iubeant, quae ipsis damno sint, tum vero nihil magis *τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον* iustum esse, quam *τὸ μὴ ξυμφέρον.* Hanc argumentationis necessitatem ita vitat Thrasymachus, ut neminem magistratum, quatenus vere magistratus sit, erroni obnoxium esse dicat. Socrates igitur eandem veri magistratus definitionem secutus, rem tandem eo deducit, *ut omnes magistratus, vosque qui civitatibus praesint, quatenus sint magistratus et praesint, non suum ipsorum sed subditorum commodum curare probet.* p. 339–342, E. Quum huc deductus esset sermo omnibusque pateret, sermonem de eo quod iustum esset in contrarium abiisse, tum Thrasymachus non amplius respondens, Dic mihi, inquit, o Socrates, nutricemne habes? Interrogante Socrate, cur non responderet, sed ista potius quaereret, id ideo fieri dicit, quod *κορυζῶντα* non animadvertat, nec emungat cui opus sit, quum neque gregem neque pastorem dignoscat. Comparans igitur eos qui

civitatibus praesint cum pastoribus gregum, his non id quod gregi optimum sit curae esse affirmat, sed quod ipsis, eandemque rationem inter subditos principesque civitatum intercedere ait. *Nam iustitiam esse revera alienum bonum, qua iusti sibi incommodum pararent, iniustorum vero et imperantium commodo servirent.* Iustum virum semper inferiorem esse iniusto, idque facillime intelligi posse, si quis summam iniustitiam consideret, quae iniuste agentem beatissimum reddat, miserrimos autem, qui iniuste tractentur et iniuste agere nolint, *εἶναι δὲ τοῦτο τὴν τυραννίδα.* Quam sententiam ita refellit Socrates, ut Thrasymachum sibi non constare doceat. Omnes enim qui praesint, quatenus praesint, non suum ipsorum sed subditorum commodum spectare *). Eam ob causam *mercedem adesse debere iis qui civitates recturi sint, vel argentum, vel honorem, vel poenam, si imperare quis nolit.* Negante tum Glaucone, se intelligere, quam poenam dicat Socrates, mercedis loco habendam, optimorum igitur, Socrates inquit, mercedem non novisti, si imperare velint. Nam honoris aut argenti cupidum esse turpe et dici et esse. Hanc ob causam, neque pecuniae gratia velle imperare bonos, neque honoris ergo; neque enim palam imperii gratia mercedem postulantes mercenarios velle nominari, neque clam ipsi ex imperio auferentes fures; neque etiam honoris gratia: non enim esse honoris cupidos. Oportere vero iis necessitatem adesse et poenam, si imperare velint. Unde sponte sua ad imperium accedere, neque necessitatem exspectare, turpe haberi. Poenarum vero gravissimam esse subditum esse nequiori, si ipse imperare nolis: quam timentes videri imperare, quando imperent, bonos. Tum eos accedere ad imperium non tanquam ad bonum aliquod euntes, neque tanquam bene iis futurum sit in eo, sed tanquam

*) Cf. cum his Cicero pro Plancio c. 25. Ut nos in mancipiis parandis quamvis frugi hominem, si pro fabro aut pro tectore emimus, ferre moleste solemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus, forte nesciverit; sin autem emimus, quem vilicum imponeremus, quem pecori praeficeremus, nihil in eo nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam esse curamus: sic populus Romanus deligit magistratus quasi rei publicae vilicos; in quibus si qua praeterea est ars facile patitur; sin minus virtute eorum et innocentia contentus est.

ad necessarium aliquid, neque habentes quibus deferant melioribus se aut similibus. *Nam urbs bonorum virorum si fieret, non minore studio expetitum iri, ne quis imperet, quam nunc ut imperent, et tum palam fore, quod re vera verus princeps natura non suum commodum spectet, sed subditorum, ut quivis intelligens alios sibi prodesse potius eligat, quam ut ipse aliis consulens negotia habeat.* *ἐπεὶ κινδυνεύει, πόλις ἀνδρῶν ἀγαθῶν εἰ γένοιτο, περιμάχητον ἂν εἶναι τὸ μὴ ἄρχειν ὥσπερ νῦν τὸ ἄρχειν, καὶ ἐνταῦθα ἂν καταφανὲς γενέσθαι, ὅτι τῷ ὄντι ἀληθινὸς ἄρχων οὐ πέφυκε τὸ αὑτῷ ξυμφέρον σκοπεῖσθαι ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ, ὥστε πᾶς ἂν ὁ γιγνώσκων τὸ ὠφελεῖσθαι μᾶλλον ἕλοιτο ὑπ' ἄλλου ἢ ἄλλον ὠφελῶν πράγματα ἔχειν.* p. 347, D. Cf. lib. VII, p. 520, C. sqq.

Intelligitur ex his iam primo libro quaestionem de iustitia ita tractari, ut cum quaestione de Republica arctissime cohaereat; nec falso nos ante decrevisse videbimur, haberi hanc de perversis iustitiae definitionibus disputationem, ut eversis, quae vulgo poni soleant, civitatum principiis, tanquam purgato solo, perfecta Civitas rite extrui possit. Ac recte ex his nobis colligere videmur errare eos, qui iustitiae illustrandae causa de Republica disputari sumunt. Nam primum naturae rei magis consentaneum est, iustae Reipublicae explicandae causa de iustitia agi, quae, non explicata iustitiae vi et natura, explicari ipsa non poterat, deinde, ut illud factum sit, secundo demum libro p. 368, C. factum est. Unde igitur iam hoc loco civitatis perfectae mentio, *πόλεως ἀνδρῶν ἀγαθῶν*? Cur iam hoc loco tam accurata philosophorum magistratuum descriptio, *qui coacti tantum ad Rempublicam accedere velint*, quae tamen quaestio sexto demum libro explicatur? lib. VI. p. 599, B. *). Mihi igitur sermonis in Republica occupati hic semina spargi videntur, et praeparari quodammodo disputatio de Republica. Quod sensisse

*) Parum recte tamen hunc primum librum a reliquo Reipublicae corpore separatum fuisse, et tum demum additum esse sumunt, quum Socratica Iustitiae notio in principium, quo societas humana regeretur, a Platone commutata esset. Cf. C. F. Hermann Geschichte und System d. plat. Phil. p. 539. Nam interna quadam necessitudine haec nostra cum ipso Operis corpore coniuncta sunt, et eadem in toto Opere iustitiae notio obtinet.

videtur etiam Schleiermacherus. Cf. Einl. p. 11: «Der zweite Punkt ist die von den Mitunterrednern sehr leicht, ja ohnerachtet mancher damaligen der Sache günstigen Umstände doch zu leicht zugestandene Behauptung, dass nämlich die, welche am meisten geeignet sind zu regieren, sich doch damit nur deshalb befassen, weil eine Strafe darauf steht, und wenn auch keine andere doch die, dass sie widrigenfalls selbst von Schlechteren regiert werden. Indess dürfen wir die Leichtigkeit, mit welcher dieser für den platonischen Staat höchst bedeutende Satz hier im Allgemeinen durchgeht, ihm nicht zum Fehler anrechnen, da die besondere Art, wie er hernach in Anwendung gebracht wird, sich in einer höchst glänzenden Darstellung rechtfertiget.»

SECTIO IV.

Huic quaestioni alia gravior subiungitur: *Τοῦτο μὲν οὖν ἔγωγε οὐδαμῇ συγχωρῶ Θρασυμάχῳ, ὡς τὸ δίκαιόν ἐστι τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν δὴ καὶ εἰσαῦθις σκεψόμεθα· πολὺ δέ μοι δοκεῖ μεῖζον εἶναι ὃ νῦν λέγει Θρασύμαχος τὸν τοῦ ἀδίκου βίον φάσκων εἶναι κρείττω, ἢ τὸν τοῦ δικαίου.* p. 347, E. Indicatur his dicendorum ordo ac dispositio. Opponuntur autem iam dicenda iis, quae Thrasymachus defenderat, esse iustitiam *τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον*, contraque ostenditur, quot bona habeat, esse iustum, *ὅσα αὖ ἀγαθὰ ἔχει τὸ δίκαιον εἶναι.* — Ne autem his et similibus locis in errorem adducamur statuamusque, defensionem iustitiae a falsis criminationibus esse id quod hoc opere praecipue quaeratur, tenendum est ei, qui iustitiam principium iustae civitatis facere vellet, probandum fuisse, *iustitiam esse prae omnibus aliis rebus appetendam*, et aut aperte profitendum se Reipublicae causa id docere, aut dissimulandum cur id fieret, quod dialogo sponte et fortuito nascenti convenientius videri debebat. Hac igitur quasi veste ipsum dialogi corpus induit Plato. Valere hoc saltem de ea sermonis parte, in qua cum maxime versamur, res ipsa demonstrabit.

1. Non pudet autem Thrasymachum pronunciare, virtutis loco habendam esse iniustitiam, iustitiam contra esse *πάνυ γενναίαν εὐή-*

θειαν, iniustitiam vero εὐβουλίαν, prudentes atque adeo bonos esse perfecte iniustos, *qui civitates atque populos sibi subiicere valeant.* Οἵ γε τελέως, ἔφη, οἷοί τε ἀδικεῖν, πόλεις τε καὶ ἔθνη δυνάμενοι ἀνθρώπων ὑφ' ἑαυτοὺς ποιεῖσθαι. Cf. p. 348, D. Nec dubitat affirmare iniustitiam esse καὶ καλὸν καὶ ἰσχυρόν. Concedit deinde iniustum plus habere velle cum iustis tum iniustis, iustum vero iniustis tantum. His concessis ita utitur Socrates ut doceat, omnes qui artis alicuius gnari et prudentes sint, i. e. boni quod attinet ad hanc rem, non quidem gnaris et prudentibus plus habere velle, sed ignaris et imprudentibus. Contrarium plane accidere artis alicuius ignaris et imprudentibus. Bonis igitur similes esse iustos, malis iniustos. Cumque concessisset Thrasymachus, cui quis similis esset talem eum esse, bonos esse iustos demonstrat Socrates, malos qui iniusti. p. 350, C. Valent autem haec non tam ad probandam iustitiae praestantiam, *sed gradum his fieri putamus ad veriorem iustitiae definitionem. Nam demonstratum saltem est, esse eam in virtutis numero reponendam.* Cf. Schleiermacher. Einl. p. 11.

2. Post haec Socrates, quamquam facile refellere poterat Thrasymachum, qui iniustitiam fortiorem validioremque iniustitia esse diceret, eo quod concessum iam esset, esse eam inscitiam, tamen accuratius se rem explorare velle declarat. Ita igitur pergit: «*Dicisne civitatem aliquam iniustam esse et velle in servitutem iniuste redigere alias civitates et redegisse, multasque in potestate sua habere devictas? Cur non? inquit, idque optimam et iniustissimam maxime factura.* Intelligo, Socrates inquit, hanc tuam fuisse orationem. Sed de his haec tantum specto: *Num civitas, quae superior facta sit, sine iustitia hanc potentiam habitura sit, an cum iustitia necessario?* Si, inquit, quemadmodum tu paulo ante dixisti iustitia sapientia est, cum iustitia; sin, ut ego dixi, cum iniustitia. Omnino delector, inquam, o Thrasymache, quod non solum annuis et abnuis, sed optime etiam respondes. Tibi enim, inquit, gratificor. Bene agis. Sed hoc etiam mihi gratificare et dic: *putasne civitatem aliquam* aut exercitum aut latrones aut praedones, aut quam aliam multitudinem, coniunctis viribus iniuste aliquam rem suscipientes, aliquid efficere posse, si iniuria se invicem affligerent? Minime vero, in-

quit. Quid si id non fieret? nonne melius? Omnino. *Turbas enim o Thrasymache, iniustitia et odia et proelia excitat, iustitia vero concordiam et amicitiam. Nonne? Esto, inquit, ne a te dissentiam.* Recte agis, optime. Sed hoc etiam mihi dicito: si hoc iniustitiae sit, odium gignere ubicunque sit, nonne, in liberis servisque si fuerit, faciat ut se mutuo odio habeant, turbasque excitet et parum aptos omnino reddat, quo quid communiter agant? Omnino. Quid autem, si in duobus fuerit, nonne dissentient odioque se habebunt, et inimici sibi invicem erunt atque iustis? Erunt, inquit. Quid vero, o mirifice, *si in uno fuerit, num amittet vim suam, an habebit? Non minus habeat, inquit.* Talem igitur vim habere videtur, *ut si in civitate aliqua aut natione aut exercitu aut quoquam alio fuerit*, efficiat ut id secum nihil agere possit, propter turbas et discordias, et inimicum sit sibi et cuivis adversario atque iusto? Nonne ita? Omnino.» Quod si in uno fuerit, eadem omnia efficere magis innuit, quam docet. p. 352, B. *Καὶ ἐν ἑνὶ δή, οἶμαι, ἐνοῦσα ταῦτα πάντα ποιήσει, ἅπερ πέφυκεν ἐργάζεσθαι· πρῶτον μὲν ἀδύνατον αὐτὸν πράττειν ποιήσει στασιάζοντα καὶ οὐχ ὁμονοοῦντα αὐτὸν ἑαυτῷ, ἔπειτα ἐχθρὸν καὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς δικαίοις. ἦ γάρ; Ναί.* Non facile quem fore arbitror, qui hunc locum plene intelligat, nisi cognita iam habeat ea, quae postea de iustitiae vi ac natura a Platone libro potissimum quarto et nono dicentur. Nam subest ei iam vera iustitiae notio, ex facultatibus animi earumque mutua ratione repetita, quam praeparat. Potest igitur argumento esse, *non quaeri iustitiam demum in Republica*, quod libro secundo se facere velle Socrates profitetur. Cf. lib. II, p. 369. Nam id si esset, non iam hoc loco vera iustitiae notio indicaretur. Praecipue tamen in his Reipublicae rationem haberi intelligitur. Nobis igitur omnia ea quae de iniustitiae effectu inde a p. 351, D. — p. 352, D. dicta sunt, eo pertinere videntur, ut probetur, *iniustitiam, quae omnem communionem tollat, societatis civilis principium et fundamentum esse non posse*, quod Thrasymachus affirmaverat.

Sed pergamus. Pagina 352. C. haec habentur: *ὅτι μὲν γὰρ καὶ σοφώτεροι καὶ ἀμείνους καὶ δυνατώτεροι πράττειν οἱ δίκαιοι φαίνονται, οἱ δὲ ἄδικοι οὐδὲν πράττειν μετ' ἀλλήλων οἷοί τε, — — — ἐπεὶ οἵ γε παμπόνηροι καὶ τελέως ἄδικοι τελέως εἰσὶ*

videor, priusquam quod initio quaerebamus invenissem, iustum quid esset, relicto illo cupide quaesivisse de eo, num pravitas sit et inscitia, an sapientia et virtus, *et incidente postea sermone quod utilior iniustitia quam iustitia*, non abstinui quin ad hoc accederem ab illo, ut mihi nunc acciderit per dialogum ut nihil sciam. Quando enim iustum quid sit nescio, profecto nesciam, num virtus sit an non, et num qui habeat eam non beatus sit an beatus.» *Ταῦτα δή σοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, εἰσιάσθω ἐν τοῖς Βενδιδείοις. Ὑπὸ σοῦ γε, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, ἐπειδή μοι πρᾶος ἐγένου καὶ χαλεπαίνων ἐπαύσω. οὐ μέντοι καλῶς γε εἰσίαμαι, δι' ἐμαυτόν, ἀλλ' οὐ διὰ σέ· ἀλλ' ὥσπερ οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες, πρὶν τοῦ προτέρου μετρίως ἀπολαῦσαι, καὶ ἐγώ μοι δοκῶ οὕτω, πρὶν ὃ τὸ πρῶτον ἐσκοποῦμεν εὑρεῖν, τὸ δίκαιον ὅ τι ποτ' ἐστὶν, ἀφέμενος ἐκείνου ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ σκέψασθαι περὶ αὐτοῦ, εἴτε κακία ἐστὶ καὶ ἀμαθία, εἴτε σοφία καὶ ἀρετή. καὶ ἐμπεσόντος αὖ ὕστερον λόγου, ὅτι λυσιτελέστερον ἡ ἀδικία τῆς δικαιοσύνης οὐκ ἀπεσχόμην τὸ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀπ' ἐκείνου, ὥστε μοι νυνὶ γέγονεν ἐκ τοῦ διαλόγου μηδὲν εἰδέναι. ὁπότε γὰρ τὸ δίκαιον μὴ οἶδα ὅ ἐστι, σχολῇ εἴσομαι, εἴτε ἀρετή τις οὖσα τυγχάνει, εἴτε καὶ οὔ, καὶ πότερον ὁ ἔχων αὐτὸ οὐκ εὐδαίμων ἐστὶν, ἢ εὐδαίμων.*

Non fastidiosi hominis instar egit Socrates, *ὥσπερ οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες*, nec dimisit quod primum quaesiverat, iustitia quid esset, sed multa contulit quae valent ad recte iudicandum de vi ac natura iustitiae, et ordine hic omnia procedunt, totusque sermo inde a p. 347, E. quasi ex adverso respondet iis quae adhuc defenderat Thrasymachus, iustitiam esse *τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον, οἰκείαν δὲ τοῦ πειθομένου τε καὶ ὑπηρετοῦντος βλάβην*, et praeparatur eo vera iustitiae notio. Quod etiam vidit Schleiermacherus: Drittens ist noch zu beachten, dass schon die lezte Verhandlung des Sokrates mit dem Thrasymachus die Wendung nimmt, die Gerechtigkeit nicht darzustellen als etwas nur zwischen zwei von einander gesonderten stattfindendes, sondern auch als etwas inneres, und so auch die Ungerechtigkeit als etwas innerlich Zwiespalt und Zerstörung anrichtendes, wenn sie den Theilen eines

REESE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

und desselben Ganzen gegen einander einwohnt. Durch welche Betrachtung nun auch der Weg gebahnt ist zu der Art und Weise, wie die Frage von der Gerechtigkeit im folgenden behandelt wird.

Falsum est autem quod hoc loco dicit Socrates casu incidisse sermonem, quod sit vita iusti potior quam vita iniusti, *καὶ ἐμπεσόντος αὖ ὕστερον λόγου, ὅτι λυσιτελέστερον ἡ ἀδικία τῆς δικαιοσύνης.* Nam id iam inde a p. 347, E. se docere velle declaraverat, nec praestitit. Haec igitur operis pars totum efficit et in se absoluta est. Exemplo igitur satis luculento esse poterit haec extrema primi libri pars, finxisse Platonem multa de dicendorum dictorumque fine ac dispositione, docebitque quanta arte in pangendis dialogis ita versatus sit, ut, quum alia omnia agere videatur, tamen ad finem suum pergat, et per speciem nullo usus ordine tamen quam optime omnia disponat. Nam in hoc loco, in quo versamur, *nihil aliud veri inest, quam nondum inventam esse iustitiam.* Qua confessione Socrates *λιχνείαν* suam accusando, largissimam disputandi occasionem ita quaesivit ut non quaesita, sed sponte illapsa esse videretur.

Nam ad ipsam de eo quid iustitia vere esset quaestionem, in quo tanquam fundamento optima civitas extruitur, optime sibi aditum aperiebat ita, ut iis quae adhuc disputata sint nihil se didicisse et desultorie in omnibus se egisse diceret. Rem ita esse quemadmodum nos dicimus facile inde perspicitur, quod ne mediocris quidem scriptor rectum ordinem omniumque sermonis partium dispositionem tam parum curaturus esset, quantopere sermonis recte dispescendi praecepta se hic neglexisse profitetur divinus Plato. Debuit autem, quum in dialogis ad vulgarem sermonem, desultorie ad quaecunque obvia devolantem, se accommodaret Plato, hanc quoque eius consuetudinem imitari, ita tamen, ut per speciem neglecto omni ordine, ordine omnia procederent. Nam non attendentem tantum talia fallunt, attendentem vero stimulant, ut partium dispositionem et ordinem, quem celando indicat auctor, ipse investiget atque inveniat. Quam vere haec a nobis moneantur, ipso secundi libri initio declaratur: *Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν ᾤμην λόγου ἀπηλλάχθαι, τὸ δ' ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, προοίμιον.*

videor, priusquam quod initio quaerebamus invenissem, iustum quid esset, relicto illo cupide quaesivisse de eo, num pravitas sit et inscitia, an sapientia et virtus, *et incidente postea sermone quod utilior iniustitia quam iustitia*, non abstinui quin ad hoc accederem ab illo, ut mihi nunc acciderit per dialogum ut nihil sciam. Quando enim iustum quid sit nescio, profecto nesciam, num virtus sit an non, et num qui habeat eam non beatus sit an beatus.» *Ταῦτα δή σοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, εἰσιάσθω ἐν τοῖς Βενδιδείοις. Ὑπὸ σοῦ γε, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, ἐπειδή μοι πρᾶος ἐγένου καὶ χαλεπαίνων ἐπαύσω. οὐ μέντοι καλῶς γε εἰσίαμαι, δι' ἐμαυτόν, ἀλλ' οὐ διὰ σέ· ἀλλ' ὥσπερ οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες, πρὶν τοῦ προτέρου μετρίως ἀπολαῦσαι, καὶ ἐγώ μοι δοκῶ οὕτω, πρὶν ὃ τὸ πρῶτον ἐσκοποῦμεν εὑρεῖν, τὸ δίκαιον ὅ τι ποτ' ἐστὶν, ἀφέμενος ἐκείνου ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ σκέψασθαι περὶ αὐτοῦ, εἴτε κακία ἐστὶ καὶ ἀμαθία, εἴτε σοφία καὶ ἀρετή. καὶ ἐμπεσόντος αὖ ὕστερον λόγου, ὅτι λυσιτελέστερον ἡ ἀδικία τῆς δικαιοσύνης οὐκ ἀπεσχόμην τὸ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀπ' ἐκείνου, ὥστε μοι νυνὶ γέγονεν ἐκ τοῦ διαλόγου μηδὲν εἰδέναι. ὁπότε γὰρ τὸ δίκαιον μὴ οἶδα ὅ ἐστι, σχολῇ εἴσομαι, εἴτε ἀρετή τις οὖσα τυγχάνει, εἴτε καὶ οὔ, καὶ πότερον ὁ ἔχων αὐτὸ οὐκ εὐδαίμων ἐστὶν, ἢ εὐδαίμων.*

Non fastidiosi hominis instar egit Socrates, *ὥσπερ οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες*, nec dimisit quod primum quaesiverat, iustitia quid esset, sed multa contulit quae valent ad recte iudicandum de vi ac natura iustitiae, et ordine hic omnia procedunt, totusque sermo inde a p. 347, E. quasi ex adverso respondet iis quae adhuc defenderat Thrasymachus, iustitiam esse *τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον, οἰκείαν δὲ τοῦ πειθομένου τε καὶ ὑπηρετοῦντος βλάβην*, et praeparatur eo vera iustitiae notio. Quod etiam vidit Schleiermacherus: Drittens ist noch zu beachten, dass schon die lezte Verhandlung des Sokrates mit dem Thrasymachus die Wendung nimmt, die Gerechtigkeit nicht darzustellen als etwas nur zwischen zwei von einander gesonderten stattfindendes, sondern auch als etwas inneres, und so auch die Ungerechtigkeit als etwas innerlich Zwiespalt und Zerstörung anrichtendes, wenn sie den Theilen eines

REESE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

und desselben Ganzen gegen einander einwohnt. Durch welche Betrachtung nun auch der Weg gebahnt ist zu der Art und Weise, wie die Frage von der Gerechtigkeit im folgenden behandelt wird.

Falsum est autem quod hoc loco dicit Socrates casu incidisse sermonem, quod sit vita iusti potior quam vita iniusti, *καὶ ἐμπεσόντος αὖ ὕστερον λόγου, ὅτι λυσιτελέστερον ἡ ἀδικία τῆς δικαιοσύνης.* Nam id iam inde a p. 347, E. se docere velle declaraverat, nec praestitit. Haec igitur operis pars totum efficit et in se absoluta est. Exemplo igitur satis luculento esse poterit haec extrema primi libri pars, finxisse Platonem multa de dicendorum dictorumque fine ac dispositione, docebitque quanta arte in pangendis dialogis ita versatus sit, ut, quum alia omnia agere videatur, tamen ad finem suum pergat, et per speciem nullo usus ordine tamen quam optime omnia disponat. Nam in hoc loco, in quo versamur, *nihil aliud veri inest, quam nondum inventam esse iustitiam.* Qua confessione Socrates *λιχνείαν* suam accusando, largissimam disputandi occasionem ita quaesivit ut non quaesita, sed sponte illapsa esse videretur.

Nam ad ipsam de eo quid iustitia vere esset quaestionem, in quo tanquam fundamento optima civitas extruitur, optime sibi aditum aperiebat ita, ut iis quae adhuc disputata sint nihil se didicisse et desultorie in omnibus se egisse diceret. Rem ita esse quemadmodum nos dicimus facile inde perspicitur, quod ne mediocris quidem scriptor rectum ordinem omniumque sermonis partium dispositionem tam parum curaturus esset, quantopere sermonis recte dispescendi praecepta se hic neglexisse profitetur divinus Plato. Debuit autem, quum in dialogis ad vulgarem sermonem, desultorie ad quaecunque obvia devolantem, se accommodaret Plato, hanc quoque eius consuetudinem imitari, ita tamen, ut per speciem neglecto omni ordine, ordine omnia procederent. Nam non attendentem tantum talia fallunt, attendentem vero stimulant, ut partium dispositionem et ordinem, quem celando indicat auctor, ipse investiget atque inveniat. Quam vere haec a nobis moneantur, ipso secundi libri initio declaratur: *Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν ᾠμην λόγου ἀπηλλάχθαι, τὸ δ' ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, προοίμιον.*

Reipublicae liber secundus.

SECTIO I.

Extrema primi libri parte demonstratum iverat Socrates, quantum iustitia iniustitiae praestaret, ipse tamen confessus, argumentatione sua nihil effectum videri, quoniam explicatum non sit, quid sit iustitia. Rem igitur eo iam inclinare videmus, ut quid iustitia vere sit quaeratur. Secundus autem liber hoc initium habet: Quae quum dixisset Socrates se a sermone liberum putabat, *τὸ δ' ἦν ἄρα ὡς ἔοικε, προοίμιον.* Glauco enim non persuasisse Socratem aiebat, quod omni modo melius sit esse iustum quam iniustum, et velle se audire *τί τ' ἔστιν ἑκάτερον καὶ τίνα ἔχει δύναμιν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐνὸν ἐν τῇ ψυχῇ, τοὺς δὲ μισθοὺς καὶ τὰ γιγνόμενα ἀπ' αὐτῶν ἐᾶσαι χαίρειν.* Cf. p. 358, B. Sermonem pro iustitia, quod sit melior iniustitia a nemine adhuc se audivisse quemadmodum velit: velle se eam per se laudatam audire a Socrate; ob eamque causam se laudaturum quam possit maxime vitam iniustam, eaque re declaraturum, quemadmodum ipse iniustitiam vituperari, laudari iustitiam velit. — Dici igitur, bonum esse iniuriam facere, iniuriam perpeti malum, maius autem malum iniuriam perpeti, quam bonum iniuriam facere; propterea utile visum esse iis, qui alterum vitare, eligere alterum non potuerint, pacisci invicem, ut iniuriam neque inferant neque patiantur. Inde coepisse leges ferri et pacta, imperium legis coepisse appellari legitimum et iustum, eamque esse originem iustitiae, in medio positae inter optimum, si quis iniuste agens poenam non luat, et pessimum, si quis accepta iniuria ulcisci non valeat, iustitiamque in medio amborum positam amari, non

tanquam bonum, sed propter imbecillitatem. Nam qui iniuste agere possit et sit vere vir, eum certe non pacisci cum alio, neque inferre iniuriam neque perpeti, nisi insaniat. — Quod autem ii qui iustitiam exerceant id propter imbecillitatem inviti faciant, id optime tum perspici, si iusto atque iniusto facultas detur faciendi quod velit. Utrumque enim idem persecuturum, cupiditate plus habendi, quod omnis natura persequatur ut bonum, lege autem et vi traduci ad colendam aequalitatem. — Iudicium autem ipsum vitae illorum recte fieri posse, si iustissimus atque iniustistissimus disiungatur. Vult igitur Glauco ut nihil detrahatur iniusto de iniustitia, neque iusto de iustitia, sed perfectus uterque sit in suo officio. Primum igitur iniustus non deprehendatur, nam perfectissimam iniustitiam esse eam, ut quis videatur esse iustus, etiamsi non sit. Itaque perfecte iniustus, iniustissima agens, opinionem maximam iustitiae sibi acquirat. Ei ex adverso opponatur iustus vir simplex et probus, qui non videri, sed esse bonus velit; nec videatur is esse iustus; nam si videatur, futuros ei honores et praemia, quia talis esse videatur; non conspicuum igitur fore, utrum iustitiae, an praemiorum et honorum gratia talis sit. Nudandum igitur omnibus praeter iustitiam, et in contraria priori conditione ponendum. Nihil igitur iniuste faciat, et maximam tamen iniustitiae opinionem de se excitet, ut sit probatus quoad iustitiam, quod non moveatur falsa fama et iis quae inde oriantur; sed sit immutabilis usque ad mortem; videatur esse iniustus per vitam, sit vero iustus, ut uterque ad extremum venientes, hic iustitiae ille iniustitiae, iudicentur, uter eorum felicior. Miserrimam deinde vitam iusti qui videatur esse iniustus describit, beatam contra iniusti qui videatur esse iustus. — Adimantus Glauconis sermonem excipiens, primum laudes vulgares iustitiae, vituperationes iniustitiae, persequitur, quae non tam ad ipsas, quam ad commoda et damna inde provenientia, pertineant; deinde exponit iustitiam plerumque laudari tanquam pulcrum aliquid, sed difficile et molestum, iniustitiam vero ut iucundum et facile, et opinione tantum ac lege turpe. Utiliora autem iniusta iustis plerumque dici, et beatos praedicari et honorari malos, divites et aliis facultatibus ornatos, contemni et negligi eos qui infirmi et pauperes sint, etiamsi

Reipublicae liber secundus.

SECTIO I.

Extrema primi libri parte demonstratum iverat Socrates, quantum iustitia iniustitiae praestaret, ipse tamen confessus, argumentatione sua nihil effectum videri, quoniam explicatum non sit, quid sit iustitia. Rem igitur eo iam inclinare videmus, ut quid iustitia vere sit quaeratur. Secundus autem liber hoc initium habet: Quae quum dixisset Socrates se a sermone liberum putabat, τὸ δ' ἦν ἄρα ὡς ἔοικε, προοίμιον. Glauco enim non persuasisse Socratem aiebat, quod omni modo melius sit esse iustum quam iniustum, et velle se audire: τί τ' ἔστιν ἑκάτερον καὶ τίνα ἔχει δύναμιν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐνὸν ἐν τῇ ψυχῇ, τοὺς δὲ μισθοὺς καὶ τὰ γιγνόμενα ἀπ' αὐτῶν ἐᾶσαι χαίρειν. Cf. p. 358, B. Sermonem pro iustitia, quod sit melior iniustitia a nemine adhuc se audivisse quemadmodum velit: velle se eam per se laudatam audire a Socrate; ob eamque causam se laudaturum quam possit maxime vitam iniustam, eaque re declaraturum, quemadmodum ipse iniustitiam vituperari, laudari iustitiam velit. — Dici igitur, bonum esse iniuriam facere, iniuriam perpeti malum, maius autem malum iniuriam perpeti, quam bonum iniuriam facere; propterea utile visum esse iis, qui alterum vitare, eligere alterum non potuerint, pacisci invicem, ut iniuriam neque inferant neque patiantur. Inde coepisse leges ferri et pacta, imperium legis coepisse appellari legitimum et iustum, eamque esse originem iustitiae, in medio positae inter optimum, si quis iniuste agens poenam non luat, et pessimum, si quis accepta iniuria ulcisci non valeat, iustitiamque in medio amborum positam amari, non

tanquam bonum, sed propter imbecillitatem. Nam qui iniuste agere possit et sit vere vir, eum certe non pacisci cum alio, neque inferre iniuriam neque perpeti, nisi insaniat. — Quod autem ii qui iustitiam exerceant id propter imbecillitatem inviti faciant, id optime tum perspici, si iusto atque iniusto facultas detur faciendi quod velit. Utrumque enim idem persecuturum, cupiditate plus habendi, quod omnis natura persequatur ut bonum, lege autem et vi traduci ad colendam aequalitatem. — Iudicium autem ipsum vitae illorum recte fieri posse, si iustissimus atque iniustistissimus disiungatur. Vult igitur Glauco ut nihil detrahatur iniusto de iniustitia, neque iusto de iustitia, sed perfectus uterque sit in suo officio. Primum igitur iniustus non deprehendatur, nam perfectissimam iniustitiam esse eam, ut quis videatur esse iustus, etiamsi non sit. Itaque perfecte iniustus, iniustissima agens, opinionem maximam iustitiae sibi acquirat. Ei ex adverso opponatur iustus vir simplex et probus, qui non videri, sed esse bonus velit; nec videatur is esse iustus; nam si videatur, futuros ei honores et praemia, quia talis esse videatur; non conspicuum igitur fore, utrum iustitiae, an praemiorum et honorum gratia talis sit. Nudandum igitur omnibus praeter iustitiam, et in contraria priori conditione ponendum. Nihil igitur iniuste faciat, et maximam tamen iniustitiae opinionem de se excitet, ut sit probatus quoad iustitiam, quod non moveatur falsa fama et iis quae inde oriantur; sed sit immutabilis usque ad mortem; videatur esse iniustus per vitam, sit vero iustus, ut uterque ad extremum venientes, hic iustitiae ille iniustitiae, iudicentur, uter eorum felicior. Miserrimam deinde vitam iusti qui videatur esse iniustus describit, beatam contra iniusti qui videatur esse iustus. — Adimantus Glauconis sermonem excipiens, primum laudes vulgares iustitiae, vituperationes iniustitiae, persequitur, quae non tam ad ipsas, quam ad commoda et damna inde provenientia, pertineant; deinde exponit iustitiam plerumque laudari tanquam pulcrum aliquid, sed difficile et molestum, iniustitiam vero ut iucundum et facile, et opinione tantum ac lege turpe. Utiliora autem iniusta iustis plerumque dici, et beatos praedicari et honorari malos, divites et aliis facultatibus ornatos, contemni et negligi eos qui infirmi et pauperes sint, etiamsi

sint illis meliores. — Maxime autem mirabiles videri sermones qui de diis habeantur, quod dii multis bonis miserias et malam vitam tribuerint, contrariis autem contrariam sortem. Praeterea ἀγύρτας καὶ μάντεις persuadere, esse sibi facultatem a diis datam, sacrificiis et carminibus, si quis quid iniustum commiserit, id expiandi cum voluptatibus et festis, et, si damnum afferre inimico velit, nocendi cum iusto tum iniusto, inductionibus et vinculis persuadentes diis servire ipsis. Non mirum igitur si adolescentes, qui ex dictis quae sequantur recte colligere sciant, ad iniustitiam, specie iustitiae ornatam deferantur, quum iustum esse, nisi etiam videaris, nihil omnino prosit. Vincendas ita videri iniusto difficultates omnes ut lateat, coniurationes et societates ineundas, addiscendam artem persuasionis in concione et in iudiciis; deos, si non sint, parum curandos, si sint, placandos sacrificiis et muneribus, initiationibus aliisque modis. Quae quum ita sint, non mirum, si omnes summam iniustitiam iustitiae praeferant. Eius autem rei causam esse, quod nemo unquam iustitiam laudaverit alio modo, quam ut gloriam, honores, praemia quae inde oriantur, respexerit; αὐτὸ δ' ἑκάτερον τῇ αὑτοῦ δυνάμει ἐν τῇ τοῦ ἔχοντος ψυχῇ ἐνὸν καὶ λανθάνον θεούς τε καὶ ἀνθρώπους οὐδεὶς πώποτε οὐτ' ἐν ποιήσει οὔτ' ἐν ἰδίοις λόγοις ἐπεξῆλθεν ἱκανῶς τῷ λόγῳ, ὡς τὸ μὲν μέγιστον κακῶν ὅσα ἴσχει ψυχὴ ἐν αὑτῇ, δικαιοσύνη δὲ μέγιστον ἀγαθόν. Postulat igitur ut non solum doceat sermone quod sit iustitia iniustitia potior, sed quam vim exserens utraque in eum qui habeat illas, ipsa per se altera malum, altera bonum sit, τί ποιοῦσα ἑκατέρα τὸν ἔχοντα αὐτὴ δι' αὑτὴν ἡ μὲν κακὸν, ἡ δὲ ἀγαθόν ἐστι· opiniones vero auferat. Nam id nisi faciat eum laudare videri non iustitiam ipsam, sed iustitiae speciem. Cf. etiam p. 367, E.

Etiamsi concedatur, quod concedimus, ea quidem mente quam iam aliquoties significavimus, primum librum in iustitia versari, ex secundi tamen libri initio recte colligetur, non pendere ex primo libro de totius Operis argumento, consilio, fine iudicium. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν ᾤμην λόγου ἀπηλλάχθαι. τὸ δ' ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, προοίμιον. De vocabuli προοίμιον significatione cf. lib. VII. p. 531, D. ἀλλὰ παμπολὺ ἔργον

λέγεις, ὦ Σώκρατες. Τοῦ προοιμίου, ἦν δ' ἐγὼ, ἢ τίνος λέγεις; ἢ οὐκ ἴσμεν, ὅτι πάντα ταῦτα προοίμιά ἐστιν αὐτοῦ τοῦ νόμου, ὃν δεῖ μαθεῖν; οὐ γάρ που δοκοῦσί γέ σοι οἱ ταῦτα δεινοὶ διαλεκτικοὶ εἶναι. Hoc loco *τὸ προοίμιον* sunt eae artes atque disciplinae, quibus ingenium *τῶν φυλάκων* ita acuitur atque alitur, ut dialecticam discere possit; illis praeparantur solum custodum ingenia, appetendae disciplinae nihil iis inest. Cf. etiam p. 532, A. et D. et Timaeum p. 29, D. ad quem locum Proclus: *Ὁ δὲ νόμος εἴληπται ἀπὸ τῶν κιθαρῳδικῶν νόμων. οὗτοι δέ εἰσι μέλη τινά. πρὸ δὴ νόμων τούτων προοίμια προτάττειν εἰώθασιν, ἃ καὶ διὰ τοῦτο προψηλαφήματα ἐκάλουν.* Quod si hanc *τοῦ προοιμίου* significationem ad hunc locum transferamus, tum patet, primo libro agitatam quaestionem, non esse id quod vere quaeratur, sed praeparari iis quae ibi disputentur id quod vere quaeratur, adiuvari etiam rectam eorum cognitionem quae vere quaerantur.

De ipsis vero Glauconis et Adimanti orationibus haec tenenda: Pertinere eas ad quaestionem de iustitiae iniustitiaeve praestantia, qua tanquam forma totum opus includitur. Sed quum postulent Glauco et Adimantus ut iustitia ipsa sola laudetur, neglectis honoribus et praemiis, sequitur non esse id quod hic praecipue quaeratur laudem iustitiae, licet, totum opus contuentibus, magni momenti ea res videatur esse. Nam tum etiam praemia et honores commemorari recte poterant, nec, recte laudata iustitia, timendum erat, ne, non ipsa, sed honores et praemia laudata viderentur. *Volunt igitur doceri quid sit iustitia.* Ei enim, qui perfectam s. iustam civitatem condere vellet, ante omnia opus erat scire, quid esset iustitia, ut ad eam, tanquam exemplar animo propositum, iustam civitatem delineare posset. Hoc igitur nobis velle videtur cum Socratis extremo primo libro confessio, nondum inventam esse iustitiam, tum Glauconis et Adimanti tam severa et saepius repetita postulatio, ut iustitia per se laudetur. Iustitiae vero laudem non esse id in quo Platonis opus praecipue versetur, inde etiam colligitur, quod nono demum libro prima eius rei mentio denuo iniicitur. Comparentur cum his quae ad lib. I. p. 347, E. de dispositione postremae partis primi libri adnotavimus.

non esse facilem sed acute cernentis, ut mihi videretur. Quum igitur nos non simus validi, videri mihi, inquam, quaestionem ita instituendam esse, quemadmodum non acerrimis oculis praediti, si parvas literas e longinquo legere iuberentur, animadvertentes easdem literas etiam alibi maiores in maiori scriptas extare. Satis enim opportune id accidere arbitrarentur, et primum illas legentes, considerarent minores, utrum eaedem essent. Optime vero, inquit Adimantus: sed quid eiusmodi, o Socrates, in quaestione de iustitia animadvertis? Dicam tibi, inquam. Iustitia, dicimus, est unius viri, est etiam totius civitatis? Omnino, inquit. Igitur maius civitas uno viro? Maius, inquit. Fortasse igitur plus iustitiae in maiori inest et facilior cognitu. Si igitur placet, primum in civitatibus quaeramus quale sit, tum ita etiam consideremus in singulis quibusque, maioris similitudinem in minoris specie considerantes. Videris mihi, inquit, bene dicere. Nonne igitur, inquam, si nascentem civitatem consideraremus oratione, etiam iustitiam eius videremus nascentem et iniustitiam? Fortasse, inquit. Igitur hoc facto spes est facilius nos visuros quod quaerimus. Multo. Videturne igitur conandum esse id efficere? Puto enim non parvum id negotium fore. Considerate igitur. Consideravimus, inquit Adimantus, sed ne aliter facias. »

Tenendum est ante omnia: Iustitiam, quae sit animi virtus, et posse et debere inveniri in animo, non in Republica, nec opus esse ad eam inveniendam describere Rempublicam, falsumque esse omnino tanquam maioribus signis expressam videri iustitiam in Republica, quam in animo, quum in Republica nulla omnino reperiatur, nisi derivata ex animo. Nam quaestiones mere politicae, de civitatum origine, de diversis hominum classibus quae primam civitatem constituant, de opificibus, de agricolis, de mercatoribus, de militibus, de militum educatione per gymnasticam et musicam artem, de medicis, de mulieribus et infantibus, de magistratibus, de civitatum generibus et permutationibus, quid conferre possunt ad iustitiam aut illustrandam aut inveniendam? Haec autem sunt in quibus Socratis, qui sequitur, de civitate sermo versatur. In eadem sententia fuit Tiedemannus: «Haec si, prout verbis sunt exposita, accipiamus, totam de republica disputationem iustitiae tantum declarandae

causa institui facile nobis persuadeamus: id quod secus tamen revera se habet, cum absurdum sit, tam longum ordiri sermonem, adeoque prolixe de republica ordinanda disserere, aperiendae iustitiae, quae brevioribus potest exponi, gratia. Quod igitur quaeritur de iustitia, prologi tantum locum tenet.» Cf. Tiedemann. Argumm. Diall. Platt. in extr. tom. opp. Plat. ed. Bipont. p. 176. — Eorum quae diximus veritatem ii ipsi concedere coguntur, qui aliam de operis fine et consilio sententiam tuentur. Cf. Morgenstern. commentatt. tres de Platonis Republica. Halis Sax. 1794. p. 109. not. 55: «Illud a Socrate petunt, ut id, de quo sensui suo confidunt, certis rationibus evincat, eorumque persuasionem firmiorem reddat. Id quod ita facere Socrates conatur, ut ipsi quoque iam persuasum esse de illius rei veritate necesse sit, tum quum perfectae civitatis imaginem adumbrare incipit, sic conformatam, ut illa notio de animi humani virtute, cerni eam omnium virium concentu ad Rationis modos temperato, quam clarissime elucere possit.» Quae quum ita esse videret Morgensternius, iustitiae non inveniendae, sed illustrandae causa, civitatem perfectam describi voluit. — Stallbaumius adeo id ita esse, quemadmodum dicimus, negare non potest: «Hanc autem iustitiae consummataeque virtutis notionem quanquam ex animi humani natura repetiit; aliter enim eam vix potuit investigare» ct. Cf. Stallbaum. l. c. p. XXVIII. Is igitur secum ipse pugnat ibid. p. LV, ita scribens: «Atque hoc loco video aliquid dicendum esse de verbis libri II, p. 368, C. sqq., ex quibus fuerunt qui docere conarentur philosophum optimae civitatis imaginem ideo potissimum proposuisse, ut virtutis doctrina illustriore aliquo exemplo confirmaretur. Magnopere enim vereor, elegans haec ab una disputationis parte ad alteram transitio ne viros egregios in magnum errorem induxerit. Etenim verba illa, si quid video, non hoc indicant, civitatem hac maxime de causa fingi, ut iustitiae vis et natura in clariore luce collocetur, sed illud potius significant, futurum esse, ut in civitatis imagine, quippe uno homine ampliore atque grandiore virtus expressior cernatur eiusque vis et natura facilius perspiciatur.» Recte Stallbaumius loci sententiam expressit, si haec, uti dicta sunt, accipi possent. Quod tamen fieri non potest, ut ipsum

Quaerendam autem esse iustitiam in animo non in Republica, diserte nec semel flagitant Glauco et Adimantus*); ii contra, qui iustitiam omnem evertunt, originem eius ex pacto repetunt. *ὥστ' ἐπειδὰν ἀλλήλους ἀδικῶσί τε καὶ ἀδικῶνται καὶ ἀμφοτέρων γεύωνται, τοῖς μὴ δυναμένοις τὸ μὲν ἐκφεύγειν, τὸ δὲ αἱρεῖν δοκεῖ λυσιτελεῖν ξυνθέσθαι ἀλλήλοις μήτ' ἀδικεῖν μήτ' ἀδικεῖσθαι. καὶ ἐντεῦθεν δὴ ἄρξασθαι νόμους τίθεσθαι καὶ ξυνθήκας αὐτῶν καὶ ὀνομάσαι τὸ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐπίταγμα νόμιμόν τε καὶ δίκαιον, καὶ εἶναι δὴ ταύτην γένεσίν τε καὶ οὐσίαν δικαιοσύνης κ. τ. ἑ.* Cf. lib. II. p. 359, A.

SECTIO II.

Quae quum dixissent Glauco et Adimantus, hortati Socratem ut iustitiae patrocinium susciperet, hic, Dubito, inquit, quid faciam, nam non habeo quomodo auxilium feram, videor enim non posse: argumentum vero, quod quae contra Thrasymachum dicens comprobasse mihi videbar, meliorem esse iustitiam iniustitia, non accepistis**): neque, quomodo auxilium non feram, habeo. Timeo enim ne fas non sit despondere animum, cum vituperari iustitiam audias, neque auxilium ferre, quamdiu spires et vocem mittere valeas. Optimum igitur pro viribus ei opitulari. Tum Glauco et reliqui rogaverunt ut omni modo auxilium ferret neque dimitteret sermonem, sed investigaret quid utrumque sit, et de utilitate utriusque verum quomodo se habeat. *Ὅ τε οὖν Γλαύκων καὶ οἱ ἄλλοι ἐδέοντο παντὶ τρόπῳ βοηθῆσαι καὶ μὴ ἀνεῖναι τὸν λόγον, ἀλλὰ διερευνήσασθαι, τί τ' ἔστιν ἑκάτερον καὶ περὶ τῆς ὠφελείας αὐτοῖν τἀληθὲς ποτέρως ἔχει.* Dedita opera et priori sectione totam Glauconis atque Adimanti postulationem, de eo, quid et quomodo a Socrate dici velint, et nunc Socratis responsionem, cum lectore communicavimus, ne de fine atque consilio operis, quod secundum illa *in laudanda vera iustitiae praestantia* positum est, ullum

*) Cf. locos quos supra spatiosioribus litteris exscribendi curavimus.

**) Vide ipsum contraria profitentem primi libri fine.

dubium relinquatur. Et miramur sane haec scribere Stallbaumium: «Quamquam vero Plato ipse nusquam, quid potissimum spectaverit, claris verbis significavit, sed potius pro more suo, callidissima arte occultavit, quorsum summa universae disputationis contendat» cet. Cf. introd. in Pol. p. XXVII. Nam hoc quidem satis constat, Platonem dicere et velle, in laudanda vera iustitiae praestantia operis finem positum esse videri. Itaque duo tantum relinquuntur: *aut positum esse in ea re operis finem, aut simulare id Platonem.*

Iam pervenimus ad eum locum, in quo totius disputationis de Reipublicae fine et consilio tanquam cardo vertitur. Itaque ipsa Graeca verba cum lectore communicabimus: *Εἶπον οὖν*, Socrates inquit, *ὅπερ ἐμοὶ ἔδοξεν, ὅτι τὸ ζήτημα ᾧ ἐπιχειροῦμεν, οὐ φαῦλον, ἀλλ' ὀξὺ βλέποντος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. ἐπειδὴ οὖν ἡμεῖς οὐ δεινοί, δοκεῖ μοι, ἦν δ' ἐγώ, τοιαύτην ποιήσασθαι ζήτησιν αὐτοῦ, οἵανπερ ἂν εἰ προσέταξέ τις γράμματα σμικρὰ πόρρωθεν ἀναγνῶναι μὴ πάνυ ὀξὺ βλέπουσιν, ἔπειτά τις ἐνενόησεν, ὅτι τὰ αὐτὰ γράμματα ἔξι που καὶ ἄλλοθι μείζω τε καὶ ἐν μείζονι· ἕρμαιον ἂν ἐφάνη, οἶμαι, ἐκεῖνα πρῶτον ἀναγνόντας οὕτως ἐπισκοπεῖν τὰ ἐλάττω, εἰ τὰ αὐτὰ ὄντα τυγχάνει. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος· ἀλλὰ τί τοιοῦτον, ὦ Σώκρατες, ἐν τῇ περὶ τὸ δίκαιον ζητήσει καθορᾷς; Ἐγώ σοι, ἔφην, ἐρῶ. δικαιοσύνη, φαμέν, ἔξι μὲν ἀνδρὸς ἑνός, ἔξι δέ που καὶ ὅλης πόλεως; Πάνυ γε, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν μεῖζον πόλις ἑνὸς ἀνδρός; Μεῖζον, ἔφη. Ἴσως τοίνυν πλείων ἂν δικαιοσύνη ἐν τῷ μείζονι ἐνείη καὶ ῥᾷων καταμαθεῖν. εἰ οὖν βούλεσθε, πρῶτον ἐν ταῖς πόλεσι ζητήσωμεν, ποῖόν τί ἐστιν, ἔπειτα οὕτως ἐπισκεψώμεθα καὶ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ τὴν τοῦ μείζονος ὁμοιότητα ἐν τῇ τοῦ ἐλάττονος ἰδέᾳ ἐπισκοποῦντες. Ἀλλά μοι δοκεῖς, ἔφη, καλῶς λέγειν. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, εἰ γιγνομένην πόλιν θεασαίμεθα λόγῳ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτῆς ἴδοιμεν ἂν γιγνομένην καὶ τὴν ἀδικίαν; τάχ' ἄν, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν γενομένου αὐτοῦ ἐλπὶς εὐπετέστερον ἰδεῖν ἃ ζητοῦμεν; Πολύ γε. Δοκεῖ οὖν χρῆναι ἐπιχειρῆσαι περαίνειν; οἶμαι μὲν γὰρ οὐκ ὀλίγον ἔργον αὐτό ἐστιν. σκοπεῖτε οὖν. ἔσκεπται, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος, ἀλλὰ μὴ ἄλλως ποίει.* Cf. p. 77. l. 21. ed. Bekk. p. 368, C. ed. St.

«*Dixi igitur, quod mihi videbatur, quaestionem quam adiremus*

non esse facilem sed acute cernentis, ut mihi videretur. Quum igitur nos non simus validi, videri mihi, inquam, quaestionem ita instituendam esse, quemadmodum non acerrimis oculis praediti, si parvas literas e longinquo legere iuberentur, animadvertentes easdem literas etiam alibi maiores in maiori scriptas extare. Satis enim opportune id accidere arbitrarentur, et primum illas legentes, considerarent minores, utrum eaedem essent. Optime vero, inquit Adimantus: sed quid eiusmodi, o Socrates, in quaestione de iustitia animadvertis? Dicam tibi, inquam. Iustitia, dicimus, est unius viri, est etiam totius civitatis? Omnino, inquit. Igitur maius civitas uno viro? Maius, inquit. Fortasse igitur plus iustitiae in maiori inest et facilior cognitu. Si igitur placet, primum in civitatibus quaeramus quale sit, tum ita etiam consideremus in singulis quibusque, maioris similitudinem in minoris specie considerantes. Videris mihi, inquit, bene dicere. Nonne igitur, inquam, si nascentem civitatem considerauemus oratione, etiam iustitiam eius videremus nascentem et iniustitiam? Fortasse, inquit. Igitur hoc facto spes est facilius nos visuros quod quaerimus. Multo. Videturne igitur conandum esse id efficere? Puto enim non parvum id negotium fore. Considerate igitur. Consideravimus, inquit Adimantus, sed ne aliter facias. »

Tenendum est ante omnia: Iustitiam, quae sit animi virtus, et posse et debere inveniri in animo, non in Republica, nec opus esse ad eam inveniendam describere Rempublicam, falsumque esse omnino tanquam maioribus signis expressam videri iustitiam in Republica, quam in animo, quum in Republica nulla omnino reperiatur, nisi derivata ex animo. Nam quaestiones mere politicae, de civitatum origine, de diversis hominum classibus quae primam civitatem constituant, de opificibus, de agricolis, de mercatoribus, de militibus, de militum educatione per gymnasticam et musicam artem, de medicis, de mulieribus et infantibus, de magistratibus, de civitatum generibus et permutationibus, quid conferre possunt ad iustitiam aut illustrandam aut inveniendam? Haec autem sunt in quibus Socratis, qui sequitur, de civitate sermo versatur. In eadem sententia fuit Tiedemannus: «Haec si, prout verbis sunt exposita, accipiamus, totam de republica disputationem iustitiae tantum declarandae

causa institui facile nobis persuadeamus: id quod secus tamen revera se habet, cum absurdum sit, tam longum ordiri sermonem, adeoque prolixe de republica ordinanda disserere, aperiendae iustitiae, quae brevioribus potest exponi, gratia. Quod igitur quaeritur de iustitia, prologi tantum locum tenet.» Cf. Tiedemann. Argumm. Diall. Platt. in extr. tom. opp. Plat. ed. Bipont. p. 176. — Eorum quae diximus veritatem ii ipsi concedere coguntur, qui aliam de operis fine et consilio sententiam tuentur. Cf. Morgenstern. commentatt. tres de Platonis Republica. Halis Sax. 1794. p. 109. not. 55: «Illud a Socrate petunt, ut id, de quo sensui suo confidunt, certis rationibus evincat, eorumque persuasionem firmiorem reddat. Id quod ita facere Socrates conatur, ut ipsi quoque iam persuasum esse de illius rei veritate necesse sit, tum quum perfectae civitatis imaginem adumbrare incipit, sic conformatam, ut illa notio de animi humani virtute, cerni eam omnium virium concentu ad Rationis modos temperato, quam clarissime elucere possit.» Quae quum ita esse videret Morgensternius, iustitiae non inveniendae, sed illustrandae causa, civitatem perfectam describi voluit. — Stallbaumius adeo id ita esse, quemadmodum dicimus, negare non potest: «Hanc autem iustitiae consummataeque virtutis notionem quanquam ex animi humani natura repetiit; aliter enim eam vix potuit investigare» et. Cf. Stallbaum. l. c. p. XXVIII. Is igitur secum ipse pugnat ibid. p. LV, ita scribens: «Atque hoc loco video aliquid dicendum esse de verbis libri II, p. 368, C. sqq., ex quibus fuerunt qui docere conarentur philosophum optimae civitatis imaginem ideo potissimum proposuisse, ut virtutis doctrina illustriore aliquo exemplo confirmaretur. Magnopere enim vereor, elegans haec ab una disputationis parte ad alteram transitio ne viros egregios in magnum errorem induxerit. Etenim verba illa, si quid video, non hoc indicant, civitatem hac maxime de causa fingi, ut iustitiae vis et natura in clariore luce collocetur, sed illud potius significant, futurum esse, ut in civitatis imagine, quippe uno homine ampliore atque grandiore virtus expressior cernatur eiusque vis et natura facilius perspiciatur.» Recte Stallbaumius loci sententiam expressit, si haec, uti dicta sunt, accipi possent. Quod tamen fieri non potest, ut ipsum

einer andern, nicht wie mit einem Schleier, sondern wie mit einer angewachsenen Haut überkleidet, welche dem Unaufmerksamen, aber auch nur diesem, dasjenige verdeckt, was eigentlich soll beobachtet oder gefunden werden, dem Aufmerksamen aber nur noch den Sinn für den innern Zusammenhang schärft und läutert. Cf. introd. in Plat. opp. p. 19. Cum his ita dictis videtur coniungendus esse alius eiusdem summi viri locus, qui est ibidem p. 41.: « Zum inneren und wesentlichen der platonischen Form gehört alles, was für die Composition aus der Absicht die Seele des Lesers zur eignen Ideenerzeugung zu nöthigen folgt, jenes öftere Wiederanfangen der Untersuchung von einem anderen Punkte aus, ohne dass jedoch alle diese Fäden in dem gemeinschaftlichen Mittelpunkt wirklich zusammengeführt würden, jene dem Anschein nach oft willkührliche und nur aus der losen Haltung, die ein Gespräch haben darf, zu entschuldigende Fortschreitung, welche aber doch immer absichtsvoll und künstlich ist, *ferner das Verbergen des grösseren Zieles unter einem kleineren, das indirekte Anfangen mit etwas Einzelem*, der dialektische Verkehr mit Begriffen, worunter jedoch die Hinweisung auf das Ganze und auf die ursprünglichen Ideen immer fortgeht. » Nihil igitur reprehensionis habere puto, quod Plato quum Rempublicam praecipue spectaret, iustitiam se quaerere simulavit. Ad hanc difficultatis expediendae rationem vocat ipse Plato. Cf. lib. III, p. 402, A. St.: *Ὥσπερ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, γραμμάτων πέρι τότε ἱκανῶς εἴχομεν, ὅτε τὰ στοιχεῖα μὴ λανθάνοι ἡμᾶς ὀλίγα ὄντα ἐν ἅπασιν οἷς ἐστι περιφερόμενα, καὶ οὔτ' ἐν σμικρῷ οὔτ' ἐν μεγάλῳ ἠτιμάζομεν αὐτά, ὡς οὐ δέοι αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ πανταχοῦ προυθυμούμεθα διαγιγνώσκειν, ὡς οὐ πρότερον ἐσόμενοι γραμματικοὶ πρὶν οὕτως ἔχοιμεν. Ἀληθῆ. Οὐκοῦν καὶ εἰκόνας γραμμάτων, εἴ που ἢ ἐν ὕδασιν ἢ ἐν κατόπτροις ἐμφαίνοιντο, οὐ πρότερον γνωσόμεθα πρὶν ἂν αὐτὰ γνῶμεν, ἀλλ' ἔστι τῆς αὐτῆς τέχνης τε καὶ μελέτης; Παντάπασι μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν, ὃ λέγω, πρὸς θεῶν, οὕτως οὐδὲ μουσικοὶ πρότερον ἐσόμεθα, οὔτε αὐτοὶ οὔτε οὓς φαμεν ἡμῖν παιδευτέον εἶναι, τοὺς φύλακας, πρὶν ἂν τὰ τῆς σωφροσύνης εἴδη καὶ ἀνδρείας καὶ ἐλευθεριότητος καὶ μεγαλοπρεπείας καὶ ὅσα τούτων ἀδελφὰ καὶ τὰ τούτων αὖ ἐναντία πανταχοῦ περιφερό-*

μενα γνωρίζωμεν καὶ ἐνόντα ἐν οἷς ἔνεστιν αἰσθανώμεθα, καὶ αὐτὰ καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν, κ. τ. ἑ. Quod si quid video Plato ipse lectores, hac comparatione literarum maiorum minutiorumque in eam opinionem inductos, ut iustitiae fontem atque originem in civitate reperiri posse crederent, in rectam viam reducere voluit eo, quod hoc loco eadem comparatione literarum usus, disertis verbis affirmat, non posse literarum imagines cognosci, nisi quis ipsas literas cognitas habeat, eodem modo se rem habere innuens cum virtute, et iis rebus, quae virtutem, quasi imagines, repraesentent. Quid enim iustitia in civitate aliud esse potest, quam illius verae iustitiae, quae in hominum animis extat, quasi imago quaedam ex illa expressa?

Atque ita satis explicatum esse putamus, quod Schleiermacherus intelligi non posse putaverat, cur, si in republica versaretur oratio, contrariam speciem Plato excitaverit: Will man aber doch von diesem Punkt ausgehen, dass die Darstellung des Staates der eigentliche Hauptzweck sei, so wäre doch kaum zu begreifen, warum absichtlich der Schein des Gegentheils hervorgerufen wäre.» Cf. p. 64. et 65. introd.

Idem, quum praetervidisset iustitiae quaestionem ad extruendam perfectam civitatem necessariam esse, eamque adeo, mente saltem et cogitatione, praecedere debere, quippe in qua, tanquam fundamento aedificium, civitas cum omnibus partibus suis niteretur, sua tantum causa iustitiam explicari putans, rationem modumque qua iustitiae quaestio cum quaestione de civitate coniuncta sit, plane abhorrere a recta ratione existimavit. Cf. p. 65, introd. Nos infra docebimus, in his omnia rectissime se habere, partiumque operis dispositionem, si a primo libro, quod prooemii instar est, et a Glauconis atque Adimanti in priore secundi libri parte iustitiae vituperationibus, quibus aditus ad ipsum sermonem praeparatur, recesseris, et ipsum Operis corpus respexeris, plane eam esse, quam Schleiermacherus velit, licet aliam ob causam, quam ille velit. Nam tenendum, non potuisse doceri, in qua re civitatis prius conditae, id quod flagitat Schleiermacherus, iustitia et temperantia posita sit, nisi in condenda civitate earum virtutum exemplaria, quae sunt repetenda ex animo, ante oculos habeat conditor; virtutumque disci-

plinam, non ex fonte suo, h. e. animo, sed ex civitate sola, ut vult Schleiermacherus, repetitam, valde mancam futuram fuisse, nec ullius docti desiderio responsuram. Cf. Excursum nostrum I. quo argumenta, quibus Schleiermacherus docere voluit *Πολιτείας* finem non esse Rempublicam, refelluntur.

SECTIO II.

Deinde enarrat Socrates civitatis originem, quam inde repetit, quod unusquisque nostrum multis rebus indigeat, nec *αὐτάρκης* sit. Ita, quum aliorum auxilio nobis opus sit, plures unum in locum congregari et oriri civitatem. Iam in his Platonem animi rationem habuisse Schleiermacherus suspicatur, quem non solum hic, sed aliis etiam in locis, ex singulis partibus compositum esse Plato dicat, ita quidem, ut si vita humana futura sit, nulla pars aliarum partium auxilio carere possit. «Auch dieses aber ist auf der andern Seite nicht ohne bestimmte Beziehung auf die Seele, sofern sie nicht nur hier, sondern auch anderwärts bei Platon als ein Zusammengesetztes dargestellt wird, und zwar so, dass wenn ein menschliches Leben sein soll, keiner von ihren Bestandtheilen irgend eines von den andern entrathen kann.» Cf. Schleiermacherus introd. p. 13. — Non omnino vere. Nam si haec *non adversari* dixisset Schleiermacherus doctrinae Platonis de animi facultatibus, nihil contra dicerem. Sed quum nullum nostro loco vestigium insit, quod haec animi habita ratione dicantur, qui compositus sit ex pluribus partibus, quarum unaquaeque, *si quidem vita humana futura sit, aliarum auxilio carere non possit*, veram putare non possum Schleiermacheri sententiam. Verum autem est iam haec repetita esse ex iustitiae notione serius explicanda. Nam describitur in his tertia civium classis, respondens illa animi *τῷ ἐπιθυμητικῷ*. Quod ita esse, cum res ipsa docet, tum accuratius a nobis infra demonstrabitur. Praeterea dicit hoc loco Socrates unumquemque uni tantum negotio operam debere navare, quoniam id cum animi facultates, tum negotiorum perfectio ita postulent*). Quod cur ita instituerit, ipse explicat lib. IV, p.

*) Cf. p. 369, extr. ed. Steph.

433, A. ed. St.: ὃ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐθέμεθα δεῖν ποιεῖν διὰ παντὸς, ὅτε τὴν πόλιν κατῳκίζομεν, τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἢ τοῦτου τι εἶδος ἡ δικαιοσύνη. ἐθέμεθα δὲ δήπου καὶ πολλάκις ἐλέγομεν, εἰ μέμνησαι, ὅτι ἕνα ἕκαστον ἓν δέοι ἐπιτηδεύειν τῶν περὶ τὴν πόλιν, εἰς ὃ αὐτοῦ ἡ φύσις ἐπιτηδειοτάτη πεφυκυῖα εἴη. Ἐλέγομεν γάρ. Καὶ μὴν ὅτι γε τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν δικαιοσύνη ἐστί, καὶ τοῦτο ἄλλων τε πολλῶν ἀκηκόαμεν καὶ αὐτοὶ πολλάκις εἰρήκαμεν. Εἰρήκαμεν γάρ. Τοῦτο τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ φίλε, κινδυνεύει τρόπον τινὰ γιγνόμενον ἡ δικαιοσύνη εἶναι, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν. et lib. IV, p. 443, B. ed. St.: Τέλεον ἄρα ἡμῖν τὸ ἐνύπνιον ἀποτετέλεσται ὃ ἔφαμεν ὑποπτεῦσαι, ὡς εὐθὺς ἀρχόμενοι τῆς πόλεως οἰκίζειν κατὰ θεόν τινα εἰς ἀρχήν τε καὶ τύπον τινὰ τῆς δικαιοσύνης κινδυνεύομεν ἐμβεβηκέναι. Παντάπασι μὲν οὖν. Τὸ δέ γε ἦν ἄρα, ὦ Γλαύκων, δι' ὃ καὶ ὠφελεῖ, εἴδωλόν τι τῆς δικαιοσύνης, τὸ τὸν μὲν σκυτοτομικὸν φύσει ὀρθῶς ἔχειν σκυτοτομεῖν καὶ ἄλλο μηδὲν πράττειν, τὸν δὲ τεκτονικὸν τεκταίνεσθαι, καὶ τἆλλα δὴ οὕτω. Φαίνεται.

Quod si igitur probavimus, non dissentiente Schleiermachero, dicta haec esse, habita iustitiae ratione, nonne sequitur, non quaeri hic iustitiam in civitate, verum civitatem ad iustitiam ordinari? et civitatem ita, non iustitiam, esse id in quo operis finis versetur? Nam hoc ipsum, unumquemque uni tantum negotio debere operam navare, per se spectatum, nihil commune habet cum vera iustitiae notione, quum per se aeque iustum esse possit, unum plura agere, sed sua tamen *).

Enarratis hominum qui eam civitatem constituant generibus lib. II, p. 371, E. St. Socrates: Ἆρ' οὖν, ὦ Ἀδείμαντε, inquit, ἤδη ἡμῖν ηὔξηται ἡ πόλις, ὥστ' εἶναι τελέα; Ἴσως. Ποῦ οὖν ἂν ποτε ἐν αὐτῇ εἴη ἥ τε δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀδικία; καὶ τίνι ἅμα ἐγγενομένη ὧν ἐσκέμμεθα; Ἐγὼ μέν, ἔφη, οὐκ ἐννοῶ, ὦ Σώκρατες, εἰ μή που ἐν αὐτῶν τούτων χρείᾳ τινὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους. Ἀλλ' ἴσως, ἦν δ' ἐγὼ, καλῶς λέγεις, καὶ σκεπτέον

*) Ex sententiarum hoc loco nexu, et ex iis quae diximus, colligitur, veram non esse Stallbaumii explicationem verborum p. 370, C. ὅταν εἷς ἓν κατὰ φύσιν καὶ ἐν καιρῷ κ. τ. ἑ. Cf. et p. 374, C.

Quare, ut rem exemplo illustremus, si perfectam, summa virtute et beatitate praeditam, civitatem describere velis, exponendum quidem est, in qua re omnis virtus et beatitas consistat, nec vero, si quidem dialogum scribere, i. e. sermonis quotidiani leges in disputatione observare velis, antea pronunciandum, te velle perfectam civitatem describere, et, quoniam id aliter fieri non possit, primum explicare, quid sit iustitia, deinde, hac re satis explicata, civitatem extruere sermone. Vides, id si fiat, omnem vim dramaticam interire; audientium exspectationem, quorsum omnia abitura sint, tolli; neque sermonis quotidiani facilem instabilem vagamque rationem, sed strenuas austerasque disciplinae leges observari. Apta esset haec ratio operi, quod vocant, systematico, in quo auctores saepe profitentur, se hanc vel illam disciplinam ratione et via tradere velle, operisque finem atque consilium, eiusque in partes distributionem ordientes describere solent. Sermo vulgaris, qui dialogis exprimitur, ab una aliqua re fortuitum initium capere solet, non praemeditato ante reliqui sermonis ordine, nec in partes distributione. *Μαντεύομαι, ἔφη, σκοπεῖσθαί σε, εἴτε παραδεξόμεθα τραγῳδίαν τε καὶ κωμῳδίαν εἰς τὴν πόλιν εἴτε καὶ οὔ. Ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πλείω ἔτι τούτων· οὐ γὰρ δὴ ἔγωγέ πω οἶδα· ἀλλ' ὅπη ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρῃ, ταύτῃ ἰτέον.* cf. lib. III. p. 394, D. et primi libri finem *).

Porro gravius videri debet esse propositum, quam quod sermonis familiaris facilitati respondeat, de optima civitate ita velle dicere idque ante pronunciare, ut omnes partes eius, minimae maximae, accurate enarrentur. Quam ob causam adeo huius sermonis magnitudinem excusare Platonem videmus — *οἶμαι μὲν γὰρ οὐκ ὀλίγον ἔργον αὐτὸ εἶναι* — et praeparare legentium animos, ne nimium diu, relicta quaestione de iustitia, in Republica versari videatur. Contra nihil reprehensionis habebit, si quis iustitiam, per quam ita ad rempublicam facillimus

*) Cf. Cic. Brut. c. 22: «Sequitur ut cuiusque generis nota quaeratur et formula. Magnum opus et arduum ut saepe iam diximus: sed ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus, nunc quidem iam, quocunque feremur, danda nimirum vela sunt.»

aditus erat, se quaerere velle dicat, *et, quasi id dedita opera ita institutum non sit, optimam civitatem, tanquam aliud agens, describat.* Nam in sermone quotidiano facile quidem oriri potest quaestio, utrum praestet iustum esse an iniustum, quippe a quo omne de vita agenda iudicium pendeat, minime vero sermoni quotidiano aptum censebimus, de republica perfecta et nova condenda et ordinanda incipere sermonem. Quare Platonem hac civitatis hominisque comparatione, quibus utrisque iustitia insit, maior tantum et magis conspicua in illa, specie verissima, et ob hanc ipsam causam ad fallendum accommodata, aptissime uti putamus, ut de civitate, quam eius spectat oratio, dicere possit. Quod si igitur dialogus ab eo initium capiebat, ut quaerere vellent huius tanquam dramatis alicuius personae, quid esset iustitia, et utrum praestaret iustum esse an iniustum, ab ea quaestione ad aliam non ita transire debebant, tanquam non pertineret ad priorem et diversa esset, sed quam maxime cum eadem coniuncta. — Ad comprobanda ea quae diximus egregie faciunt quae adnotavit Schleiermacherus: Es muss dieses ihm die Hauptsache gewesen sein, jede Untersuchung von Anfang an so zu führen und darauf zu berechnen, dass der Leser entweder zur eignen inneren Erzeugung des beabsichtigten Gedankens, oder dazu gezwungen werde, dass er sich dem Gefühle, nichts gefunden und nichts verstanden zu haben, auf das allerbestimmteste übergeben muss. *Hiezu nun wird erfordert, dass das Ende der Untersuchung nicht geradezu ausgesprochen und wörtlich niedergelegt werde, welches Vielen, die sich gern beruhigen, wenn sie nur das Ende haben, gar leicht zum Fallstrick gereichen könnte, dass die Seele aber in die Nothwendigkeit gesetzt werde, es zu suchen, und auf den Weg geleitet, wo sie es finden kann.* Das erste geschieht, indem sie über ihren Zustand des Nichtwissens zu so klarem Bewusstsein gebracht wird, dass sie unmöglich gutwillig darin bleiben kann. Das andere, indem entweder aus Widersprüchen ein Räthsel geflochten wird, zu welchem der beabsichtigte Gedanke die einzig mögliche Lösung ist, und oft auf ganz fremdscheinende zufällige Art manche Andeutung hingeworfen, die nur derjenige findet und versteht, der wirklich und selbsthätig sucht. *Oder die eigentliche Untersuchung wird mit*

einer andern, nicht wie mit einem Schleier, sondern wie mit einer angewachsenen Haut überkleidet, welche dem Unaufmerksamen, aber auch nur diesem, dasjenige verdeckt, was eigentlich soll beobachtet oder gefunden werden, dem Aufmerksamen aber nur noch den Sinn für den innern Zusammenhang schärft und läutert. Cf. introd. in Plat. opp. p. 19. Cum his ita dictis videtur coniungendus esse alius eiusdem summi viri locus, qui est ibidem p. 41.: «Zum inneren und wesentlichen der platonischen Form gehört alles, was für die Composition aus der Absicht die Seele des Lesers zur eignen Ideenerzeugung zu nöthigen folgt, jenes öftere Wiederanfangen der Untersuchung von einem anderen Punkte aus, ohne dass jedoch alle diese Fäden in dem gemeinschaftlichen Mittelpunkt wirklich zusammengeführt würden, jene dem Anschein nach oft willkührliche und nur aus der losen Haltung, die ein Gespräch haben darf, zu entschuldigende Fortschreitung, welche aber doch immer absichtsvoll und künstlich ist, *ferner das Verbergen des grösseren Zieles unter einem kleineren, das indirekte Anfangen mit etwas Einzelem*, der dialektische Verkehr mit Begriffen, worunter jedoch die Hinweisung auf das Ganze und auf die ursprünglichen Ideen immer fortgeht.» Nihil igitur reprehensionis habere puto, quod Plato quum Rempublicam praecipue spectaret, iustitiam se quaerere simulavit. Ad hanc difficultatis expediendae rationem vocat ipse Plato. Cf. lib. III, p. 402, A. St.: *Ὥσπερ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, γραμμάτων πέρι τότε ἱκανῶς εἴχομεν, ὅτε τὰ στοιχεῖα μὴ λανθάνοι ἡμᾶς ὀλίγα ὄντα ἐν ἅπασιν οἷς ἐστι περιφερόμενα, καὶ οὔτ' ἐν σμικρῷ οὔτ' ἐν μεγάλῳ ἠτιμάζομεν αὐτά, ὡς οὐ δέοι αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ πανταχοῦ προυθυμούμεθα διαγιγνώσκειν, ὡς οὐ πρότερον ἐσόμενοι γραμματικοὶ πρὶν οὕτως ἔχοιμεν. Ἀληθῆ. Οὐκοῦν καὶ εἰκόνας γραμμάτων, εἴ που ἢ ἐν ὕδασιν ἢ ἐν κατόπτροις ἐμφαίνοιντο, οὐ πρότερον γνωσόμεθα πρὶν ἂν αὐτὰ γνῶμεν, ἀλλ' ἔστι τῆς αὐτῆς τέχνης τε καὶ μελέτης; Παντάπασι μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν, ὃ λέγω, πρὸς θεῶν, οὕτως οὐδὲ μουσικοὶ πρότερον ἐσόμεθα, οὔτε αὐτοὶ οὔτε οὕς φαμεν ἡμῖν παιδευτέον εἶναι, τοὺς φύλακας, πρὶν ἂν τὰ τῆς σωφροσύνης εἴδη καὶ ἀνδρείας καὶ ἐλευθεριότητος καὶ μεγαλοπρεπείας καὶ ὅσα τούτων ἀδελφὰ καὶ τὰ τούτων αὖ ἐναντία πανταχοῦ περιφερό-*

μενα γνωρίζωμεν καὶ ἐνόντα ἐν οἷς ἔνεστιν αἰσθανώμεθα, καὶ αὐτὰ καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν, κ. τ. ἑ. Quod si quid video Plato ipse lectores, hac comparatione literarum maiorum minutiorumque in eam opinionem inductos, ut iustitiae fontem atque originem in civitate reperiri posse crederent, in rectam viam reducere voluit eo, quod hoc loco eadem comparatione literarum usus, disertis verbis affirmat, non posse literarum imagines cognosci, nisi quis ipsas literas cognitas habeat, eodem modo se rem habere innuens cum virtute, et iis rebus, quae virtutem, quasi imagines, repraesentent. Quid enim iustitia in civitate aliud esse potest, quam illius verae iustitiae, quae in hominum animis extat, quasi imago quaedam ex illa expressa?

Atque ita satis explicatum esse putamus, quod Schleiermacherus intelligi non posse putaverat, cur, si in republica versaretur oratio, contrariam speciem Plato excitaverit: Will man aber doch von diesem Punkt ausgehen, dass die Darstellung des Staates der eigentliche Hauptzweck sei, so wäre doch kaum zu begreifen, warum absichtlich der Schein des Gegentheils hervorgerufen wäre.» Cf. p. 64. et 65. introd.

Idem, quum praetervidisset iustitiae quaestionem ad extruendam perfectam civitatem necessariam esse, eamque adeo, mente saltem et cogitatione, praecedere debere, quippe in qua, tanquam fundamento aedificium, civitas cum omnibus partibus suis niteretur, sua tantum causa iustitiam explicari putans, rationem modumque qua iustitiae quaestio cum quaestione de civitate coniuncta sit, plane abhorrere a recta ratione existimavit. Cf. p. 65, introd. Nos infra docebimus, in his omnia rectissime se habere, partiumque operis dispositionem, si a primo libro, quod prooemii instar est, et a Glauconis atque Adimanti in priore secundi libri parte iustitiae vituperationibus, quibus aditus ad ipsum sermonem praeparatur, recesseris, et ipsum Operis corpus respexeris, plane eam esse, quam Schleiermacherus velit, licet aliam ob causam, quam ille velit. Nam tenendum, non potuisse doceri, in qua re civitatis prius conditae, id quod flagitat Schleiermacherus, iustitia et temperantia posita sit, nisi in condenda civitate earum virtutum exemplaria, quae sunt repetenda ex animo, ante oculos habeat conditor; virtutumque disci-

plinam, non ex fonte suo, h. e. animo, sed ex civitate sola, ut vult Schleiermacherus, repetitam, valde mancam futuram fuisse, nec ullius docti desiderio responsuram. Cf. Excursum nostrum I. quo argumenta, quibus Schleiermacherus docere voluit *Πολιτείας* finem non esse Rempublicam, refelluntur.

SECTIO II.

Deinde enarrat Socrates civitatis originem, quam inde repetit, quod unusquisque nostrum multis rebus indigeat, nec *αὐτάρκης* sit. Ita, quum aliorum auxilio nobis opus sit, plures unum in locum congregari et oriri civitatem. Iam in his Platonem animi rationem habuisse Schleiermacherus suspicatur, quem non solum hic, sed aliis etiam in locis, ex singulis partibus compositum esse Plato dicat, ita quidem, ut si vita humana futura sit, nulla pars aliarum partium auxilio carere possit. «Auch dieses aber ist auf der andern Seite nicht ohne bestimmte Beziehung auf die Seele, sofern sie nicht nur hier, sondern auch anderwärts bei Platon als ein Zusammengesetztes dargestellt wird, und zwar so, dass wenn ein menschliches Leben sein soll, keiner von ihren Bestandtheilen irgend eines von den andern entrathen kann.» Cf. Schleiermacherus introd. p. 13. — Non omnino vere. Nam si haec *non adversari* dixisset Schleiermacherus doctrinae Platonis de animi facultatibus, nihil contra dicerem. Sed quum nullum nostro loco vestigium insit, quod haec animi habita ratione dicantur, qui compositus sit ex pluribus partibus, quarum unaquaeque, *si quidem vita humana futura sit, aliarum auxilio carere non possit*, veram putare non possum Schleiermacheri sententiam. Verum autem est iam haec repetita esse ex iustitiae notione serius explicanda. Nam describitur in his tertia civium classis, respondens illa animi *τῷ ἐπιθυμητικῷ*. Quod ita esse, cum res ipsa docet, tum accuratius a nobis infra demonstrabitur. Praeterea dicit hoc loco Socrates unumquemque uni tantum negotio operam debere navare, quoniam id cum animi facultates, tum negotiorum perfectio ita postulent *). Quod cur ita instituerit, ipse explicat lib. IV, p.

*) Cf. p. 369, extr. ed. Steph.

433, A. ed. St.: ὃ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐθέμεθα δεῖν ποιεῖν διὰ παντὸς, ὅτε τὴν πόλιν κατῳκίζομεν, τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἤτοι τούτου τι εἶδος ἡ δικαιοσύνη. ἐθέμεθα δὲ δήπου καὶ πολλάκις ἐλέγομεν, εἰ μέμνησαι, ὅτι ἕνα ἕκαστον ἓν δέοι ἐπιτηδεύειν τῶν περὶ τὴν πόλιν, εἰς ὃ αὐτοῦ ἡ φύσις ἐπιτηδειοτάτη πεφυκυῖα εἴη. Ἐλέγομεν γάρ. Καὶ μὴν ὅτι γε τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν δικαιοσύνη ἐστὶ, καὶ τοῦτο ἄλλων τε πολλῶν ἀκηκόαμεν καὶ αὐτοὶ πολλάκις εἰρήκαμεν. Εἰρήκαμεν γάρ. Τοῦτο τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ φίλε, κινδυνεύει τρόπον τινὰ γιγνόμενον ἡ δικαιοσύνη εἶναι, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν. et lib. IV, p. 443, B. ed. St.: Τέλεον ἄρα ἡμῖν τὸ ἐνύπνιον ἀποτετέλεσται ὃ ἔφαμεν ὑποπτεῦσαι, ὡς εὐθὺς ἀρχόμενοι τῆς πόλεως οἰκίζειν κατὰ θεόν τινα εἰς ἀρχήν τε καὶ τύπον τινὰ τῆς δικαιοσύνης κινδυνεύομεν ἐμβεβηκέναι. Παντάπασι μὲν οὖν. Τὸ δέ γε ἦν ἄρα, ὦ Γλαύκων, δί' ὃ καὶ ὠφελεῖ, εἴδωλόν τι τῆς δικαιοσύνης, τὸ τὸν μὲν σκυτοτομικὸν φύσει ὀρθῶς ἔχειν σκυτοτομεῖν καὶ ἄλλο μηδὲν πράττειν, τὸν δὲ τεκτονικὸν τεκταίνεσθαι, καὶ τἆλλα δὴ οὕτω. Φαίνεται.

Quod si igitur probavimus, non dissentiente Schleiermachero, dicta haec esse, habita iustitiae ratione, nonne sequitur, non quaeri hic iustitiam in civitate, verum civitatem ad iustitiam ordinari? et civitatem ita, non iustitiam, esse id in quo operis finis versetur? Nam hoc ipsum, unumquemque uni tantum negotio debere operam navare, per se spectatum, nihil commune habet cum vera iustitiae notione, quum per se aeque iustum esse possit, unum plura agere, sed sua tamen *).

Enarratis hominum qui eam civitatem constituant generibus lib. II, p. 371, E. St. Socrates: Ἆρ' οὖν, ὦ Ἀδείμαντε, inquit, ἤδη ἡμῖν ηὔξηται ἡ πόλις, ὥστ' εἶναι τελέα; Ἴσως. Ποῦ οὖν ἂν ποτε ἐν αὐτῇ εἴη ἥ τε δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀδικία; καὶ τίνι ἅμα ἐγγενομένη ὧν ἐσκέμμεθα; Ἔγωὐ μὲν, ἔφη, οὐκ ἐννοῶ, ὦ Σώκρατες, εἰ μή που ἐν αὐτῶν τούτων χρείᾳ τινὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους. Ἀλλ' ἴσως, ἦν δ' ἐγὼ, καλῶς λέγεις, καὶ σκεπτέον

*) Ex sententiarum hoc loco nexu, et ex iis quae diximus, colligitur, veram non esse Stallbaumii explicationem verborum p. 370, C. ὅταν εἷς ἓν κατὰ φύσιν καὶ ἐν καιρῷ κ. τ. ἑ. Cf. et p. 374, C.

ctam rempublicam orationem deducere et verum operis finem celare vellet. Quam rem ita esse, ut diximus, cum ex eo loco, quem Schleiermacherus, non iniuria, multos parum recte cepisse existimat, qui est p. 372, E. St. *ἡ μὲν οὖν ἀληθινὴ πόλις δοκεῖ μοι εἶναι ἣν διεληλύθαμεν, ὥσπερ ὑγιής*) *τις·* perspicitur, tum ex compluribus aliis in quibus *ὑγιοῦς πόλεως* descriptionem, quam reliquerint, tanquam ipsis non animadvertentibus, se denuo in sermonem recepisse Socrates monet. Cf. lib. III. p. 399, E. St. *Καὶ νὴ τὸν κύνα, εἶπον, λελήθαμέν γε διακαθαίροντες πάλιν ἣν ἄρτι τρυφᾶν ἔφαμεν πόλιν. Σωφρονοῦντές γε ἡμεῖς, ἦ δ' ὅς. Ἴθι δή, ἔφην, καὶ τὰ λοιπὰ καθαίρωμεν.* Porro falsum omnino est, quod Schleiermacherus statuit, Platonem existimasse virtutem non ante vim suam vere exserere, quam voluptatum illecebrae multum auctae sint. Contra ea Plato, ut virtus esse possit, omnes voluptatum illecebras exturbandas e civitate esse putat. Hinc illa poëtarum ex civitate ablegatio, lib. III. p. 397, St.; hinc severae leges illae quae musicae omni praescribuntur, lib. III. p. 398, St.; hinc parca custodum vivendi ratio, interdicto auri argentique usu, lib. III. p. 415. extr. St. et praecipue p. 416, C. St.; hinc illa horum placitorum defensio lib. IV. p. 420, St.; hinc illa magistratibus mandata cura ne in musica quid innovari sinant, lib. IV. p. 424, B, St.; hinc alia multa quae sponte cuivis in memoriam succurrent, veluti illud, quod eiusmodi cupit esse iudices, qui ipsi expertes et sint et fuerint omnis iniustitiae, eamque per longam vitam in aliis tantummodo cognoverint. Non alia causa commovit Platonem, cur philosophos in civitatibus, ut nunc sint, non facile existere diceret; cf. lib. VI. p. 492. E. St.; eosque ipsos, si civitatem bonam nacti essent, multo meliores futuros esse assereret. Cf. lib. VI. p. 497, A. Neque id ipse ignoravit Schleiermacherus. Cf. introd. p. 67: Da aber nun Platon den Begriff der Tugend findet, ohne auch nur eine Vorstellung zu haben von einer solchen absoluten Freiheit, vermöge deren der Mensch in jedem Augenblick, abgesehen von allem seinem bisherigen Thun und Sein, alles sein kann

*) De significatione huius vocis cf. lib. IV. p. 444, E. St.

was ihm eben einfällt, sondern so zusammenhängend mit dem Gebiet des Werdens, in welches der Mensch hier versenkt ist, dass es eine solche Mischung der Seele gibt, bei welcher nur ein schwaches Rudiment von Tugend möglich ist, *und dass es nur eine Art und Weise der Erziehung gibt, durch welche die Tugend sich in ihrer ganzen Fülle entfalten kann:* so erhält der Staat eine höhere Bedeutung und es ist natürlich, dass dieses vorzüglich mit dargestellt wird, wie in demselben die Erzeugung, durch welche ja die verschiedenen Mischungen der Seele entstehen, unter die Botmässigkeit der gemeinsamen Vernunft gestellt wird.» Porro, si sumamus Platonem ista πόλεως τροφώσης descriptione indicare voluisse animi statum, in quo virtus oriatur, parum verosimile est, tam obscure eum hoc facturum fuisse, ac ne postea quidem, quum totus est in explicando recto animi statu, accurate ac diligenter eam rem expositurum.

Satis certis igitur argumentis demonstratum est, haec ad quaestionem de iustitia nihil omnino pertinere, probatumque de Republica hic ubique sermonem esse.

Antequam vero ab his ad sequentia progrediamur, examinandum videtur Schleiermacheri de omni hac Operis Platonici parte iudicium. Cf. introd. p. 15. «Nur das scheint freilich die Darstellung des Staates selbst zu sehr jener Beziehung aufzuopfern, dass weil in der Seele die Trennung der Funktionen der Grund ist, worauf die ganze folgende Tugendlehre ruht, deshalb auch die Vertheidigung und Kriegführung, weil sie einer eignen Funktion in der Seele entspricht, ohnerachtet doch das Kriegführen im Staate nur unterbrochen vorkommt, doch von allen andern Geschäften gesondert einen eignen Stand bildet.» Et paulo serius: «So leicht aber auch diesem Uebelstande wäre abzuhelfen gewesen, wenn er die gemeinen Krieger aus den Gewerbtreibenden genommen und nur die Anführer zu einer eignen Abtheilung gebildet hätte; er that es nicht, weil dann das eiferartige in der Seele keinen ganz eigenthümlichen und vollständigen Repräsentanten gehabt hätte im Staat. So sehr erscheint die Darstellung des Staates an und für sich hier untergeordnet, und alles nur darauf berechnet und dadurch bestimmt,

φώσης πόλεως descriptionem a proposito operis, quae est optima civitas, alienam videri. Adhibetur eam ob causam, ut, non prodito consilio, non quaeri iustitiam, sed potius ad normam eius optimam civitatem institui, de optima civitate, cuius pars sunt milites, ad quos iam pergebat oratio, dicere posset. Nam luxu gignitur bellum, bello autem milites necessarii fiunt. Si res non ita esset, sed sua etiam causa luxuriantem civitatem describeret, nonne multo diutius in hac re, de qua multo plura dicenda erant (cf. lib. VIII. IX.), commorari debuisset, nec tam celeriter ad contrarium, h. e. vitiis puram civitatem, redire, quod non animadvertentibus ipsis factum esse saepe fatetur? Iustitiam in civitate luxurianti inveniri non posse facile patet, idque Platonem ipsum infra saepe asserere videmus. Si in τρυφώσῃ πόλει inventa esset iustitia, quae ibi alia inveniri potuit illa, quam supra descripsit Glauco? Cf. p. 358, E. sqq. Quare ne mirum accideret legentibus quod de eiusmodi rebus ageret, et ut conservaret falsam speciem de operis fine excitatam, hic additum puta «fortasse ita melius intelligi quomodo iustitia et iniustitia in urbibus oriantur.» Socrates autem adhuc non hanc, sed illam se quaerere dixerat. Sed poterant haec ita accipi quasi invento altero, alterum sponte pateret; et videbatur iniustitiae maior esse necessitudo cum luxurianti civitate. Quare hanc etiam se quaerere simulat, non vere quaerit. Sunt igitur haec omnia callidissime instituta ad decipiendum lectorem. Atque haec ipsa a vera quaestione aberratio et in describenda luxurianti civitate parva commoratio facit, ut tanto magis celetur quorsum tendat omnis sermo et qui sit finis eius, et ut eo tutius in describenda perfecta civitate, pergere possit.

Sed attende sequentia: ἡ μὲν οὖν ἀληθινὴ πόλις δοκεῖ μοι εἶναι ἣν διεληλύθαμεν, ὥσπερ ὑγιής τις· εἰ δ' αὖ βούλεσθε καὶ φλεγμαίνουσαν πόλιν θεωρήσωμεν, οὐδὲν ἀποκωλύει. Cf. p. 372, E. Quae verba quomodo intelligenda sint multum quaesiverunt interpretes; nobis dubium non est, quin his innuat Plato, a perfecta civitate, quam vere spectet hac omni disputatione, alienum esse dicere de his, nam etiam tertiae civium classis in perfecta civitate victum atque omnem vivendi rationem moderatam esse debere; ac propterea ea quae adhuc dixerit ἀληθινῆς

πόλεως, quam etiam ὑγιῆ dicit, haec quae nunc dicat, φλεγμαινούσης, h. e. aegrae civitatis, propria esse.

Non diu tamen in hoc, quem ingressurus esse videbatur, sermone versatur, nec utitur eo ad inveniendam iniustitiam, sed paucis de luxu hominumque turba in eiusmodi civitate expositis, solum, quod ante ad nutriendos cives suffecerit, non amplius sufficere ait. Ita vicinis eripi agros et oriri bellum. *Καὶ μηδὲν γέ πω λέγωμεν, ἦν δ' ἐγὼ, μήτ' εἴ τι κακὸν, μητ' εἰ ἀγαθὸν ὁ πόλεμος ἐργάζεται, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον, ὅτι πολέμου αὖ γένεσιν εὑρήκαμεν, ἐξ ὧν μάλιστα ταῖς πόλεσι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ κακὰ γίγνεται ὅταν γίγνηται.* Cf. p. 373, E. In his plura nobis mirabilia accidunt: 1) quod belli mala, quae maxima esse concedit, accuratius exquirere non vult; 2) quod non utitur iis ad inveniendam iniustitiam, ex qua belli mala oriuntur; 3) quod, tamquam magnum aliquid et memorandum, belli originem se dicit invenisse. Colligimus ex his, ne iniustitiam quidem quaeri in *τρυφώσῃ πόλει*, et verba *ὅτι πολέμου αὖ γένεσιν εὑρήκαμεν* addita esse, ut lector speret, fortasse etiam ita necopinato inventum iri iustitiam. Adiuvatur ita his quoque opinio quaeri iustitiam, sed, re accuratius et ab intelligentibus totam operis constructionem pensitata, tollitur. Facit huc etiam Schneideri ad hunc locum adnotatio: «Scilicet belli mentione iniecta, quod omnium malorum quasi seminarium habebatur, — — exspectari poterat, ut Socrates singula deinceps mala, vel, si quae essent, bona enumeraret, quae sic ex bello, uti ex luxu bellum, nascerentur. Itaque hoc se facturum negat et belli origine detecta, ex quo plurima mala prodire fatetur, statim ad id pergit, quod his omnibus medicinam allaturum et simul institutam civitatem perfecturum erat.» Cf. Schn. adn. ad h. l. p. 169. Iam igitur revertitur sermo ad perfectam civitatem. Opus enim esse dicit iis, qui bellum gerant. «Porro, mi carissime, aucta civitate opus est non parvo exercitu, qui pro fortunis iisque quos modo commemoravimus cum hostibus dimicet. Quid vero? hic inquit. Ipsi nonne sufficiunt? Non sufficiunt, si tu et nos omnes recte concessimus, quum fingeremus civitatem. Concessimus autem, si recordaris, fieri non posse, ut unus plures artes bene tractet.» *ὁμολογοῦμεν δέ που, εἰ μέμνησο, ἀδύνατον ἕνα πολλὰς καλῶς*

ἐργάζεσθαι τέχνας. Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη. Cf. p. 374, A. St. Si conferre velint lectores, quae de hac re supra disputavimus, constare sibi in eo Platonem agnoscent, ut omnia in civitate sua ad iustitiam, cuius praeconceptam animo habebat notionem, non quaerebat, componat atque ordinet. Cf. lib. IV, p. 433, A. St. et p. 443, B. Nulla tamen in his diserta fit iustitiae mentio atque ita, ut omnia ad eam componi profiteatur philosophus, quod contrarium fuisset dialogi praestantissimi artificio. Quare ne singularis militum ordo, respondens ille animi τῷ θυμῷ, quem, iustitiae notionem secutus, instituit auctor, parum necessarius videretur, quoniam veram causam huius instituti afferre non poterat, multa adhibita cura probare studet, eum tanto magis necessarium esse, quanto difficilius et gravius sit militum negotium. Quae, prudenter sane disputata, tamen non omnem de instituti necessitate legentium animis scrupulum eximunt. Tum demum dubitare de his desinunt, si iustitiam, qualem ipse animo conceperat, sequi in his Platonem cognoverint, et respondere singularem militum ordinem animi τῷ θυμῷ. Pertinet igitur haec quaestio de luxurianti civitate, nec ad perfectam Rempublicam, nec ad virtutis originem, sed ea tantummodo, vestigiis vix apparentibus, transitus fit ad sermonem de singulari militum ordine. Ad eum vero vix alia via pervenire poterat, nisi omnem operis rationem turbare vellet, qua Reipublicae perfectae plenam compagem vere extrueret, iustitiam se quaerere simulans. Ceterum omnis sermo de civitate luxurianti vix unam paginam complet. Cf. Steph. p. 372, E. — 374. Quod ita esse quum non videret Schleiermacherus, mira sane de hoc loco prolocutus est, p. 14. introd.: «Bedenklicher schon erscheint dieses, dass die Nothwendigkeit auf Krieg und Vertheidigung Bedacht zu nehmen, mit welcher die ganze Organisation des platonischen Staates auf das genaueste zusammenhängt, nur aus einem Streben nach Wohlleben abgeleitet wird, welches Streben doch Socrates eigentlich missbilligt, und nur die allereinfachste auf die Production der unentbehrlichsten Bedürfnisse sich beschränkende Gesellschaft für die eigentlich gesunde erklärt. — — — — — — — —. Wendet man nun aber eben dieses auch auf die Entstehungsart eines geordneten Zustandes in der Seele

selbst an: so würden dann alle Tugenden auf einem krankhaften Zustande beruhen. Vielleicht jedoch ist nur jenes Lob eines ganz unentwickelten gesellschaftlichen Zustandes, als sei er die eigentliche Gesundheit, nicht so ernsthaft zu nehmen als es in neueren Zeiten von Vielen ist gesungen worden. Denn wenn gleich auf die ungestüme Forderung der Andern Socrates vorzüglich sinnliche Genüsse, Bequemlichkeiten und Künste, die im Verfolg grösstentheils verworfen werden, als dasjenige namhaft macht, was demnach eingelassen werden solle: so fehlen doch in der Beschreibung jener ursprünglichen einfachen Gesellschaft, wohlbedächtig möchte ich glauben, auch alle geistigen Elemente, ohne welche das Leben nicht zu leben ist. Auch hievon liegt also die eigentliche Abzweckung wohl in der Bezugnahme auf die Seele, in welcher ja auch erst bei grösserer Mannigfaltigkeit sinnlicher Reizungen und bei sich vervielfältigender Thätigkeit die Tugend bestimmt hervortreten und der Gegensatz zwischen gut und schlecht sich entwickeln kann, vorher aber nicht.» — Poterat haec ipsa res, quod defensionis et belli rationem habendam esse ex voluptatis studio improbato repetat Plato, ita enim Schleiermacherus, et quod, si haec de luxu in civitate dicta ad animum transferantur, id quod tamen postea facit Schleiermacherus, auctis demum voluptatum illecebris virtutem se ostendere monens, ita omnes virtutes ex aegritudine quadam animi et morbo originem haberent, quasi in viam reducere Schleiermacherum et docere, non esse haec dicta animi causa et ut explicaretur iis prima virtutis origo. Idem sine idoneo argumento sumit fortasse non serio laudari rudem istam nec excultam πολιτείαν, quoniam in ea omnia deficiant, quae desiderio animi atque rationis satisfacere possint. Nam quae Schleiermacherus desiderat, ea abesse debebant a civitate ea, cuius non perfectam absolutionem, sed originem primam naturae legibus quam maxime consentaneam, ποιήσει δὲ ἡ ἡμετέρα χρεία, Plato volebat describere. Ac laudatur iste status non ita tanquam eum Plato perfectissimum iudicet, sed ipsa potius cupiditatum voluptatumque mediocritas laudatur, quae sit sanitas quaedam. Nec potuit Plato alia ratione in hac civitatis descriptione versari, si tanquam per gradus, nec animadvertente lectore, ad ipsam perfe-

fuerint, quod hoc loco iam non ipsum Socratem sed Adimantum, quo species veri augetur, testari videmus.

Sed videant lectores, quanta arte Plato orationem paulatim ad civitatem perfectam, in qua omnis qui sequitur sermo versatur, deduxerit. Primum in civitatibus iustitiam se quaerere velle declarat, deinde in una tantum civitate. Itaque civitatis alicuius de medio originem explicare velle videtur, sed agricolarum, opificum, h. e. tertiae civium classis in sua civitate vitam parcam et modicam describit; occasione, quae se offerebat ad quaerendam iustitiam *ἐν αὐτῶν τούτων χρείᾳ τινὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους*, non utitur. Deinde in *τρυφώσης πόλεως* descriptione paulisper immoratur, in ea etiam iustitiam iniustitiamque se indagare velle simulans; sed inventa belli origine, singulari militum ordine opus esse demonstrans, iam totus est in descriptione perfectae civitatis, ob simulationem toties repetitam iustitiam esse quod quaerat — nam in perfecta etiam civitate, ad quam custodum electio et educatio iam pertinent, iustitiam se invenire posse sperat, — non animadvertente quoquam, quam callida arte texerit, quorsum spectet omnis oratio. Quod tanto magis fugere necesse fuit legentium animos, quia, quum a iustitiae quaestione ad civitatem oratio transiisset, a describenda perfecta civitate, quemadmodum ostendimus, philosophus multum abesse videri poterat.

Tum dicens de educatione difficile esse ait meliorem aliquam invenire, quam quae temporis decursu inventa sit; esse vero gymnasticam et musicam, quarum illa corpora excolantur, hac animi. Ad musicam pertinere sermonem, cuius duplex genus sit, verum atque falsum. Falso sermonis generi mythos fabulasque accenset. Prius autem mythis fabulisque infantes institui quam gymnasiis, et magna hic opus esse cautione, quoniam tenera aetate maxime formetur et induatur habitus, quem quis velit imprimere. Itaque examinandos esse poëtarum mythos et recipiendos bonos tantum, quibus nutrices ac matres infantum animos fingant. Maiores igitur Homeri Hesiodique mythos examinans, quoniam eaedem in minores etiam mythos leges cadant, vitio iis vertit, quod de diis et heroïbus male fingant. Atque eorum etiam quae hoc loco disputantur fons est iustitia. Cf. p.

378, B. *οὐδὲ λεκτέον νέῳ ἀκούοντι, ὡς ἀδικῶν τὰ ἔσχατα οὐδὲν ἂν θαυμαζὸν ποιοῖ οὐδ' αὖ ἀδικοῦντα πατέρα κολάζων παντὶ τρόπῳ, ἀλλὰ δρῴη ἂν ὅπερ θεῶν οἱ πρῶτοί τε καὶ μέγιστοι.* Cf. inprimis p. 378, E. *ὧν δὴ ἕσως ἕνεκα περὶ παντὸς ποιητέον, ἃ πρῶτα ἀκούουσιν, ὅτι κάλλιστα μεμυθολογημένα πρὸς ἀρετὴν ἀκούειν.* ***Quibus verbis declarat, quaecunque fingantur, ea ad summam virtutis h. e. iustitiae normam exigenda esse.*** ~Non temere igitur nos concludere vides, qui Platonem ad praeconceptam animo virtutis notionem civitatem ordinare dicamus. Tradens igitur formam, *τύποις*, quae de diis fingentibus sequenda sit, h. e. docens bonum esse deum, immutabilem, veracem, hoc praeceptum suum ubique sequitur. Cf. p. 380, E. 381, A. B. p. 381, C. *οὐ γάρ που ἐνδεᾷ γε φήσομεν τὸν θεὸν κάλλους ἢ ἀρετῆς εἶναι. κ. τ. ἑ.* Cf. et p. 382, A. — C. qui locus ad sapientiam pertinet, quae est praecipua pars virtutis. Subinde etiam recurrere dicta videmus, quae veram de Operis fine et consilio sententiam innuere nobis quidem videntur, veluti hoc: *Καὶ ἐγὼ εἶπον, Ὦ Ἀδείμαντε, οὐκ ἐσμὲν ποιηταὶ ἐγώ τε καὶ σὺ ἐν τῷ παρόντι, ἀλλ' οἰκισταὶ πόλεως. κ. τ. ἑ.* Cf. p. 378, E.

Videtur esse operae pretium cognoscere etiam quid de hoc loco Schleiermacherus iudicet. Is autem introd. p. 16. ita scribit: «Diese Unterordnung bestätigt sich auch durch das gleich folgende. Denn nachdem bestimmt worden, von welcher Gemüthsart diejenigen sein und welcher natürlichen Vorzüge sie sich erfreuen müssten, *wird doch nur unter dem leicht zugegebenen Vorwande, dass auch das nützlich sein werde zur Untersuchung der Gerechtigkeit, von der Art ihrer Erziehung gehandelt.* Und so ist es auch offenbar wohl für die einzelne Seele von grosser Wichtigkeit, was hier als der Maasstab aufgestellt wird, wonach alle pädagogischen Mythen zu beurtheilen seien, dass sie nicht glaube, die Götter seien des Uebels Urheber. Denn das eiferartige, wenn es mit Anstrengung gegen die zerstörenden Neigungen kämpfen soll, wird beschwichtiget werden durch den Glauben, dass diese auch in den Göttern seien, und eben so wenig wird es auf schlichte Wahrheit kräftig dringen können, wenn ihm entgegnet werden kann, dass die Götter selbst sich ihren Lüsten

in dispescendis libris non solum argumenti rationem habuerit, sed lectorum etiam commodo consuluerit. Tamen, quod et sermonis tenor et pulcritudinis ratio postulabat, has operis quasi commissuras, ut vivi et pulcri corporis membra, vestitas esse carne et cute, nec, ut apud alios scriptores etiam recte fit, ipsam quasi ossium compagem retegere, concedendum est. Illi enim, si vera sint quae scribant, minus curant ut etiam pulcra appareant, Plato utriusque rei eandem rationem habuit. Quae omnia si quis cum animo suo recte voluerit reputare, apte Platonem secundum librum a tertio seiunxisse iudicabit.

Reipublicae liber tertius.

SECTIO I.

Tertii libri initio argumentum eorum, quae in fine proxime praecedentis libri dicta erant, breviter primo repetitur: *Τὰ μὲν δὴ περὶ θεούς, ἦν δ' ἐγώ, τοιαῦτ' ἄττα, ὡς ἔοικεν, ἀκουσέον τε καὶ οὐκ ἀκουσέον εὐθὺς ἐκ παίδων τοῖς θεούς τε τιμήσουσι καὶ γονέας τήν τε ἀλλήλων φιλίαν μὴ περὶ σμικροῦ ποιησομένοις. Καὶ οἶμαί γ', ἔφη, ὀρθῶς ἡμῖν φαίνεσθαι**). Deinde traduntur qui praeterea *τύποι* poëtis observandi sint, repetiti ex virtute humana, cuius quatuor partes sunt. Cf. Stallbaumii ad h. l. adnotationem: «Expositum est in libro superiore de custodum animis ad veram pietatem formandis. Pergit deinceps de ceteris virtutibus disserere atque docere, quid fieri vel non fieri oporteat, ut custodes, *fortes, sapientes, temperantes* atque *iusti* evadant. Vix est quod moneam quatuor illas virtutis partes, quas vulgo cardinales appellant, hic quoque a philosopho esse notatas.» Cf. et argumentum libri tertii p. 169. Primum hic traduntur praecepta quae *fortitudinem* spectant: *Τί δὲ δή; εἰ μέλλουσιν εἶναι ἀνδρεῖοι, ἆρ' οὐ ταῦτά τε λεκτέον καὶ οἷα αὐτοὺς ποιῆσαι ἥκιστα τὸν θάνατον δεδιέναι; κ. τ. ἑ.* Haec excipiunt praecepta quae *ἀληθείας* nomine comprehenduntur: *Ἀλλὰ μὴν καὶ*

*) Docet hic locus falsum esse, quod Schleiermacherus introd. p. 5. dixit, excepto primo, quarto, septimo, nono libro, in reliquis omnibus libris sermonis filum ita in media disputatione quasi abrumpi, ut ne pauca quidem verba addere voluerit auctor, quo finem et initium indicaret. Nam eum in finem haec addita sunt, quae aliter omnino necessaria non essent.

ἀληθείαν γε περὶ πολλοῦ ποιητέον. εἰ γὰρ ὀρθῶς ἐλέγομεν ἄρτι, καὶ τῷ ὄντι θεοῖς μὲν ἄχρηστον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει, δῆλον ὅτι τό γε τοιοῦτον ἰατροῖς δοτέον, ἰδιώταις δὲ οὐχ ἁπτέον. Δῆλον, ἔφη. Τοῖς ἄρχουσι δὴ τῆς πόλεως, εἴπερ τισὶν ἄλλοις προσήκει ψεύδεσθαι ἢ πολεμίων ἢ πολιτῶν ἕνεκα ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τῆς πόλεως, τοῖς δὲ ἄλλοις πᾶσιν οὐχ ἁπτέον τοῦ τοιούτου· ἀλλὰ πρός γε δὴ τοὺς τοιούτους ἄρχοντας ἰδιώτῃ ψεύσασθαι ταὐτὸν καὶ μεῖζον ἁμάρτημα φήσομεν, ἢ κάμνοντι πρὸς ἰατρὸν ἢ ἀσκοῦντι πρὸς παιδοτρίβην περὶ τῶν τοῦ αὑτοῦ σώματος παθημάτων μὴ τἀληθῆ λέγειν, ἢ πρὸς κυβερνήτην περὶ τῆς νεώς τε καὶ τῶν ναυτῶν μὴ τὰ ὄντα λέγοντι, ὅπως ἢ αὐτὸς ἤ τις τῶν ξυνναυτῶν πράξεως ἔχει. Ἀληθέστατα, ἔφη. Ἂν ἄρ᾽ ἄλλον τινὰ λαμβάνῃ ψευδόμενον ἐν τῇ πόλει, τῶν, οἳ δημιουργοί ἔασιν, Μάντιν ἢ ἰητῆρα κακῶν ἢ τέκτονα δούρων, κολάσει ὡς ἐπιτήδευμα εἰσάγοντα πόλεως ὥσπερ νεὼς ἀνατρεπτικόν τε καὶ ὀλέθριον. Ἐάν γε, ἦ δ᾽ ὅς, ἐπί γε λόγῳ ἔργα τελῆται. Cf. p. 389, B. St. Ad hunc locum Schleiermacherus p. 541. vere haec adnotavit: «Es ist wohl nicht ohne künstliche Absichtlichkeit, dass Platon hier nach Reinigung der mythologischen Darstellung, — — die erste Andeutung gleichsam einschleichen lässt von einem Rechte der Regierenden, Falsches wissentlich für Wahres zu geben.» Nam dicuntur haec ratione habita eorum quae libro III. p. 414. med. sqq. explicantur, et demonstratur his etiam, non solum hanc sermonis partem ad Rempublicam pertinere, sed summa etiam arte hunc de civitate sermonem iam ab initio ita dispositum esse, ut omnia inter se conspirent atque congruant. — Non omnino vere totius loci sententiam accepit Schneiderus. Cf. eius adn. p. 224. 225. Qui quum recte sentiret, in his, secundum disputationis ordinem ac dispositionem, sermonem esse debere de praeceptis quae poëtae in carminibus sequerentur, falso putavit, *Socratem non summo magistratui ipsi, de quo scilicet sermo hic esse non potuerit, sed poëtis eum ficturis et in scenam producturis iniunxisse, ut in certos quosdam mendaces animadvertentem exhiberent, Adimantumque, quum Socrates hoc de veritate praeceptum, non quemadmodum reliqua ad purgandum corrigendumque poëtam adhibuisset, quia sic dictum fuerit, ut magistratui ipsi iniunctum videri posset, con-*

cessisse a magistratu quoque, id quod Socrates fecisse videbatur, idem requiri et exspectari posse, ita scilicet, si sermonis ad normam, qui solus nunc tractetur, rerum veritas, quam Socrates tractationi admiscuerit, accommodetur. Hunc igitur esse sensum verborum Ἐάν γε, ἢ δ' ὅς, ἐπί γε λόγῳ ἔργα τελῆται. *Voluisse enim Socratem sermonem, qualem poëtae de veritate instituere deberent informare, non magistratus ipsius officium describere.* Sunt autem verba Ἐάν γε, ἢ δ' ὅς, ἐπί γε λόγῳ ἔργα τελῆται accipienda de tempore quo civitas, quam nunc sermone solum fingant, cf. p. 369, A. εἰ γιγνομένην πόλιν θεασαίμεθα λόγῳ, et p. 376, D. λόγῳ παιδεύωμεν τοὺς ἄνδρας, revera fieret. Inest simul ironia quaedam, qua verbum κολάσει notatur. Nec Adimantus Socratis verba aliter accepit, atque ille accipi voluerat. Nam profecto non pertinent ad poëtas verba: Ἆν ἄρ' ἄλλον τινὰ λαμβάνῃ ψευδόμενον ἐν τῇ πόλει — — — κολάσει. Quod si haec ita sunt, vides Socratem, exuta parumper simulatione, detractaque ab ore persona quae verum vultum obtegeret, quasi re factoque demonstravisse, de Republica in his sermonem esse, neque se fingere solum sermone civitatem, sed facta quoque cupere quae diceret. Hoc tamen loci artificium eos necessario latebat, qui de omni Operis artificio parum recte iudicabant, aut iustitiam quaeri statuentes, aut illustrandae iustitiae causa fingi civitatem, quum contra iustitiam se quaerere simulet Socrates, Rempublicam vere condat sermone.

Ea statim sequuntur praecepta σωφροσύνην spectantia: Τί δέ; σωφροσύνης ἆρα οὐ δεήσει ἡμῖν τοῖς νεανίαις; Πῶς δ' οὔ; Σωφροσύνης δὲ ὡς πλήθει οὐ τὰ τοιάδε μέγιστα· ἀρχόντων μὲν ὑπηκόους εἶναι, αὐτοὺς δὲ ἄρχοντας τῶν περὶ πότους καὶ ἀφροδίσια καὶ περὶ ἐδωδὰς ἡδονῶν; Ἔμοιγε δοκεῖ. Cf. p. 389, D. St. Schleiermacheri ad hunc locum adnotatio non videtur silentio transmittenda esse. Cf. Anmerkungen, p. 542. ubi haec dicit: «*Ob aber auch das eben so absichtlich ist, als es freilich dem aufmerksamen Leser auffallen muss, dass hier wo schon Alles sich um die Erklärung der Tugend dreht, eine Erklärung was Besonnenheit sei, als Kanon für die Kritik des Dichters aufgestellt wird, ohne dass die Mitunterredner davon, dass hier ein Theil der Aufgabe beiläufig gelöst werde, Notiz nehmen, das lassen wir dahin*

gestellt sein. Sokrates deutet wenigstens an, dass dies noch nicht die eigentliche Erklärung der Besonnenheit ist, und Platon wollte sich wohl nur die Weitläufigkeit einer besondern Entschuldigung für diese vorläufige Behandlung der Frage ersparen.» Potestne vero ita in quaerenda iustitia operis finis positus esse, quum partes quaestionis propositae, non monito lectore, iam ante solvantur, quam incipiat Plato ea quaerere, in quibus finem sermonis positum esse simulat? Dubitari vero non potest, quin Plato sciens et prudens tacuerit solvi in his partem aliquam quaestionis propositae. Nam si intellexissent lectores, in iustitiae praeconceptae animo notione niti haec instituta civitatis, non solum interiisset ea species, qua iustitiam quaeri simulabat auctor, sed apparuisset etiam, in alia re positum esse operis finem et consilium, et detectum esset, maturius quam debebat, omne operis condendi artificium. Haec igitur optime celavit auctor, tanta arte, ut non facile quisquam, nisi qui Platonis doctrinam de quatuor virtutibus primariis iam antea cognitam habeat, his partem aliquam quaestionis propositae solvi sentiat. Nam quid rei est temperantiae cum iustitia? Quae omnia ita se habere ut nos dicimus maxime eo evincitur, quod eodem modo se res habet cum reliquis virtutibus, fortitudine, sapientia, iustitia, quemadmodum se habere vidit Schleiermacherus cum temperantia. Nam etiam illas virtutes ex parte hic explicari neminem semel monitum et attentum fugere potest, nec fugisset Schleiermacherum, nisi ipsum quoque in fraudem induxisset callida Socratis simulatio, se civitatem condere ut iustitiam inveniret, quum omnem civitatem ad eam iam cognitam institueret; nisi deseruisset vestigia in quae invitus et nolens in hoc de temperantia sermone propter egregiam ingenii sagacitatem inciderat. Etiamsi vero indicet Socrates, hic non plenam dari et omnibus numeris absolutam temperantiae definitionem, tamen vix credibile est Platonem, ne longus esset, excusare noluisse praematuram hanc quaestionis propositae explicationem. Nam cur id noluerit facere? Imo cur omnino eam quaestionis explicationem, de qua hic agitur, instituerit, quum non ita multo post declaret, hic tractari non posse ea, quae ad quaestionem de iustitiae vi ac natura pertineant, ne ita, nondum quaesita re, quaestio solva-

tur? Cf. p. 392, A. sqq. Porro quam Schleiermacherus iniit loci explicandi ratio non digna videtur philosophi praeclari ingenio. Nam eandem rem redire necesse est, si quidem iustitia quaeritur, neque eiusmodi negligentia excusanda videtur esse in opere omnium perfectissimo. Quae omnes difficultates quomodo videbuntur commode solvi posse, nisi ita, ut operis finem non esse in iustitia positum dicamus, statuamusque Platonem id simulare tantum, quum civitatem ad iustitiam tanquam ad normam adcommodare vellet? — Iustitiae praecepta leguntur p. 390, D. — 392. Totam disputationem his claudit auctor: *Τί οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ἡμῖν ἔτι λοιπὸν εἶδος λόγων πέρι ὁριζομένοις, οἵους τε λεκτέον καὶ μή; περὶ γὰρ θεῶν ὡς δεῖ λέγεσθαι εἴρηται, καὶ περὶ δαιμόνων τε καὶ ἡρώων καὶ τῶν ἐν Ἅιδου. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν καὶ περὶ ἀνθρώπων τὸ λοιπὸν εἴη ἄν; Δῆλα δή. Ἀδύνατον δὴ, ὦ φίλε, ἡμῖν τοῦτό γε ἐν τῷ παρόντι τάξαι. Πῶς; Ὅτι οἶμαι ἡμᾶς ἐρεῖν, ὡς ἄρα καὶ ποιηταὶ καὶ λογοποιοὶ κακῶς λέγουσι περὶ ἀνθρώπων τὰ μέγιστα, ὅτι εἰσὶν ἄδικοι μὲν, εὐδαίμονες δὲ πολλοὶ, δίκαιοι δὲ ἄθλιοι, καὶ ὡς λυσιτελεῖ τὸ ἀδικεῖν, ἐὰν λανθάνῃ, ἡ δὲ διακαιοσύνη ἀλλότριον μὲν ἀγαθὸν, οἰκεία δὲ ζημία· καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα ἀπερεῖν λέγειν, τὰ δ' ἐναντία τούτων προστάξειν ᾄδειν τε καὶ μυθολογεῖν. ἢ οὐκ οἴει; Εὖ μὲν οὖν, ἔφη, οἶδα. Οὐκοῦν ἐὰν ὁμολογῇς ὀρθῶς με λέγειν, φήσω σε ὡμολογηκέναι ἃ πάλαι ἐζητοῦμεν; Ὀρθῶς, ἔφη, ὑπέλαβες. Οὐκοῦν περὶ ἀνθρώπων ὅτι τοιούτους δεῖ λόγους λέγεσθαι, τότε διομολογησόμεθα, ὅταν εὕρωμεν, οἷόν ἐστι δικαιοσύνη καὶ ὡς φύσει λυσιτελοῦν τῷ ἔχοντι, ἐάν τε δοκῇ ἐάν τε μὴ τοιοῦτος εἶναι; Ἀληθέστατα, ἔφη. Τὰ μὲν δὴ λόγων πέρι ἐχέτω τέλος· τὸ δὲ λέξεως, ὡς ἐγῷμαι, μετὰ τοῦτο σκεπτέον, καὶ ἡμῖν ἅ τε λεκτέον καὶ ὡς λεκτέον παντελῶς ἐσκέψεται.* Cf. p. 392, A. sqq. In his praeceptis tradendis secutum esse philosophum quatuor virtutes, quas cardinales vocant, demonstravimus. Dictorum vero ordinem ac dispositionem magna arte occuluit. Nam quum de diis priore libro separatim dixisset; de fortitudine in hoc libro dicta magnam partem, etiamsi non omnia, (cf. p. 388, extr.), ad mortis metum s. *τὰ ἐν Ἅιδου*, (in quibus tamen etiam deorum fit mentio); exempla, quae temperantiae et iustitiae adversarentur, maximam partem (cf. tamen p. 390, E.), ad heroas, sed et deos

pertinerent; de veritate autem in universum tantum dixisset, nullis ex Homero exemplis allatis, satis verosimiliter falsam hanc, quam supra legimus, de dictorum ordine ac dispositione sententiam proferre poterat, nec timendum erat, ne quis, qui haec primum legeret, et Platonicam de quatuor virtutibus doctrinam cognitam non haberet, hanc fraudem philosophi animadverteret. Nos tamen verum disputationis ordinem supra proposuisse interpretes consentiunt, (cf. Stallbaumii locum quem supra scripsimus,) et ad homines haec omnia pertinere certum est. Nam quae de heroïbus valent, cur non eadem de hominibus valeant? Cur enim haec de heroïbus et daemonibus dicta ad militum educationem adhibentur, eum in finem, ut fortes, temperantes, sapientes, iusti fiant? Cur de sola iustitia philosophus dicere non vult? Tanquam de hominibus nihil aliud dici posset, quam quod ad iustitiam pertineret, nec dictum sit in prioribus! Dictum est enim de fortitudine, de veritate, de temperantia, de iustitia ipsa. Cf. p. 390. D. sqq. Ac tradidisse in his Platonem non verum disputationis ordinem, sed fefellisse lectorem, etiam eo comprobatur, quod primum, quam hic dictorum dicendorumque methodum secutum se esse dicit, ea parum digna videtur esse tanto philosopho, qui recte cernendi artem egregie teneret. Nam fingendorum carminum ratio in daemonum, heröum hominumque generibus ex iisdem fontibus ac praeceptis, virtutibus quatuor cardinalibus, repeti debet.

Deinde res ipsa atque veritas huic ordini refragatur. Nam ad heröas quidem multa pertinent quae inde ab initio tertii libri praecipiuntur, ita tamen ut in omnibus disputationis partibus eorum aequaliter ratio habeatur, neque ita, ut unum aliquod disputationis caput heröas praecipue spectet. Eodem modo se res habet cum daemonibus ac diis, de quibus aequaliter in omnibus disputationis partibus agitur. Ac recte. Paulo aliter se res habet cum iis quae de inferis traduntur, quae Plato *τὰ ἐν Ἅιδου* nominat. Nam nisi diligenter attenderis, facile inducaris in opinionem, unum aliquod disputationis caput de inferis esse. Sed cf. p. 386, A. *Τί δὲ δή; εἰ μέλλουσιν εἶναι ἀνδρεῖοι κ. τ. ἑ.* Vides igitur quam callide Plato, falsa veris miscendo, sermonem ita instituerit, ut de diis, daemonibus, heroïbus, in-

feris solum praecepta poni lector putet. Qua re id assecutus est, ut vera disputationis ratio atque ordo lectorem lateret; ut, in quo uno dialogi ars vel maxime cernitur, omnia sponte fluere viderentur, quum tamen ex quatuor virtutibus cardinalibus haec praecepta vere repeterentur; ut fraus non appareret, qua iustitiam, quae omnium eorum quae adhuc dicta sunt fundamentum est, se adhuc quaerere velle simulabat. Eodem sane iure, quo haec, quae ad iustitiam pertinent, iam se tradere posse negat, omnia reliqua praecepta, quae inde ab initio tertii libri de carminum argumento dantur, tollenda erant. Multum vero adiuvari necesse est eam fraudem hac Socratis, cuius praecipuae in hoc dialogo partes sunt, affirmatione. Quod si igitur rem ut vere est consideremus, concessisse Adimantum apparet, etiamsi id se quaerere adhuc velle Socrates simulet, colendam esse iustitiam. Similis est igitur haec Socratis simulatio et dissimulatio oratorum artificio, quum vere tangunt, quae afferre se nolle simulant. Porro si nondum inventa iustitia est, inveniri autem debet, cur non quaeritur? Cur nunc de genere sermonis, ac de musica proprie sic dicta, dicere incipit Socrates, sperans procul dubio, iustitiam sponte sua, ut est in proverbio, quasi assam avem in hiantis os involaturam?

Igitur, quum ita omnes hic iustitiae partes tradat, ad easque civitatem instituat Socrates, num vere eum quaerere iustitiam putabimus? an, quum tanta arte, veram eorum quae dicit dispositionem celet, celet iniici singularum virtutum omnium et ipsius iustitiae mentionem et aliqua ex parte explicationem, celavisse, quod esset operis consilium, qui finis?

SECTIO II.

Iam transgredientes ad novam disputationis partem initium faciemus ab eo loco, quo prior huius libri pars cum hac coniungitur, ac docebimus, eum dialogi ordinem, quem p. 392, A. descriptum habes, non esse verum. *Τὰ μὲν δὴ λόγων πέρι ἐχέτω τέλος· τὸ δὲ λέξεως, ὡς ἐγῷμαι, μετὰ τοῦτο σκεπτέον, καὶ ἡμῖν ἃ τε λεκτέον καὶ ὡς λεκτέον παντελῶς ἐσκέψεται.* p. 392,

C. St. Interposita enim de poëseos generibus luculenta disputatione repetit quod dixerat, *Καὶ τὸ πρὸ τούτου δὴ ἀναμνήσθητι, ὅτι ἔφαμεν, ἃ μὲν λεκτέον, ἤδη εἰρῆσθαι, ὡς δὲ λεκτέον ἔτι σκεπτέον εἶναι.* p. 394, C., non aliam ob causam, quam ut disputationis ordo atque dispositio lectori in memoriam revocaretur. Potestne autem credibile videri, eum philosophum, qui tam distincte in suas quaeque partes tribuat, alio loco tam parum distincte disserere, quod necessario factum esset, si quae p. 392, A. leguntur veram Platonis mentem referrent?

Quum ita eorum quae dicta et dicenda essent ordinem exposuisset Socrates, tum Adimantus, *Τοῦτο*, inquit, *οὐ μανθάνω ὅ τι λέγεις. Ἀλλὰ μέντοι, ἦν δ' ἐγὼ, δεῖ γε. ἴσως οὖν τῇδε μᾶλλον εἴσῃ. ἆρ' οὐ πάντα, ὅσα ὑπὸ μυθολόγων ἢ ποιητῶν λέγεται, διήγησις οὖσα τυγχάνει ἢ γεγονότων ἢ ὄντων ἢ μελλόντων; Τί γὰρ, ἔφη, ἄλλο; Ἆρα οὖν οὐχὶ ἤτοι ἁπλῇ διηγήσει, ἢ διὰ μιμήσεως γιγνομένῃ, ἢ δι' ἀμφοτέρων περαίνουσι; Καὶ τοῦτο, ἦ δ' ὅς, ἔτι δέομαι σαφέστερον μαθεῖν. Γελοῖος, ἦν δ' ἐγὼ, ἔοικα διδάσκαλος εἶναι καὶ ἀσαφής. ὥσπερ οὖν οἱ ἀδύνατοι λέγειν, οὐ κατὰ ὅλον, ἀλλ' ἀπολαβὼν μέρος τι πειράσομαί σοι ἐν τούτῳ δηλῶσαι ὃ βούλομαι.* Adscripsimus hunc locum ut intelligatur, in re non controversa, quam sit Socrates dialogi gratia ubique vel simulator vel dissimulator. Nam quod Adimantus non intelligebat quae dixerat Socrates, id non factum erat, ut res ipsa docet, Socratis culpa, sed rei ipsius natura, quae accuratiorem explicationem requireret. Quam ut dare posset, et sermo ulterius procederet, ideo haec finxit Socrates, et quod finxerat constantissime servavit. Cf. p. 393, D. in. et praecipue p. 394, B, C., quo loco sperare se dicit, intelligere iam Adimantum, quod prius ipse explicare non potuerit. *καὶ οἶμαί σοι ἤδη δηλοῦν ὃ ἔμπροσθεν οὐχ οἷός τ' ἦ. κ. τ. ἑ.* Quantum vero lucis ea re nostrae de Operis fine atque artificio sententiae affundatur, lector prudens ipse iudicabit. — Ad finem adducta disputatione de eo quid *διήγησις* esset, quid *μίμησις*, Socrates ita pergit: *Τοῦτο τοίνυν αὐτὸ ἦν ὃ ἔλεγον, ὅτι χρείη διομολογήσασθαι, πότερον ἐάσομεν τοὺς ποιητὰς μιμουμένους ἡμῖν τὰς διηγήσεις ποιεῖσθαι, ἢ τὰ μὲν μιμουμένους, τὰ δὲ μή, καὶ ὁποῖα ἑκάτερα, ἢ οὐδὲ μιμεῖσθαι. Μαντεύομαι, ἔφη, σκοπεῖσθαί σε,*

εἴ τε παραδεξόμεθα τραγῳδίαν τε καὶ κωμῳδίαν εἰς τὴν πόλιν εἴ τε καὶ οὔ. Ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πλείω ἔτι τούτων· οὐ γὰρ δὴ ἔγωγέ πω οἶδα· ἀλλ' ὅπη ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρῃ, ταύτῃ ἰτέον. Ex quo loco non solum colligitur hunc omnem sermonem ad civitatem pertinere, sed proponitur etiam principium artis fingendi dialogum. Etiamsi enim, ut fieri debet, omnia ad disciplinae leges quam aptissime disposita et ordinata invenias, tamen sermonem, tanquam navem a vento agitatam, non praescripto cursu ferri simulat Socrates. Num vero nescivisse Socratem credis, quum haec diceret, plura etiam esse ad quae haec dicta pertinerent, et hac cautione tantum prohibere voluisse, quo minus disputationi nimis angusti fines ponerentur, an contra, quod cerneret et ante videret, plura esse quae ad μίμησιν referri deberent, et ex eodem principio repetenda etiam musicae praecepta, hac ipsa dissimulatione ratione progredientis disputationis effecisse, ut ratione atque ordine coeptus sermo pertexi posset? Nam nisi plura etiam quam tragoediam et comoediam ad μίμησιν referre vellet, et si his se finibus sermo continuisset, quid attinebat hac cautione curare ut latior esset via, quum angustiore tantum uteretur?

Ceterum etiam quae in hac disputationis parte praecepta tradidit, ex iustitia, quemadmodum serius definitam videmus, repetuntur. Cf. p. 394, E. — 395, C. 397. D, E. coll. lib. IV. p. 433, A. ed. Steph. Perspicuum est igitur in his omnibus iisdem principiis uti Socratem. Nam eadem lege, quam de imitatione hoc loco ponit, nituntur quae de singulis negotiis singulis civibus mandandis, quae de carminum argumento supra disputavit. Et admirabilis profecto haec est philosophi constantia, omnes aequaliter disputationis et civitatis partes ex eodem principio, tanquam fonte, summa arte repetentis, ita tamen ut verum principium ubique celet, etiamsi alia omnia quae eodem pertinent, fortitudinem, temperantiam, nominet. Cf. p. 395, C. St. ἐὰν δὲ μιμῶνται, μιμεῖσθαι τὰ τούτοις προσήκοντα εὐθὺς ἐκ παίδων, ἀνδρείους, σώφρονας, ὁσίους, ἐλευθέρους καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα. κ. τ. ἑ. Cf. et p. 395, D. Οὐ δὴ ἐπιτρέψομεν, ἦν δ' ἐγώ, ὧν φαμεν κήδεσθαι καὶ δεῖν αὐτοὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι κ. τ. ἑ., p. 396, B. Εἰ ἄρ', ἦν δ'

ἐγὼ — p. 397. Referri autem haec omnia ad civitatem patet etiam ex iis quae p. 397, D. leguntur: *Τί οὖν ποιήσομεν; ἦν δ' ἐγώ· πότερον εἰς τὴν πόλιν πάντας τούτους παραδεξόμεθα, — — — Ἀλλ' ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, οὐκ ἂν αὐτὸν ἁρμόττειν φαίης τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ. κ. τ. ἑ.* Idem efficitur ex loco multis multorum reprehensionibus et diversis explicationibus nobilitato p. 398, A. sqq.: *Ἄνδρα δή, ὡς ἔοικε, δυνάμενον ὑπὸ σοφίας παντοδαπὸν γίγνεσθαι καὶ μιμεῖσθαι πάντα χρήματα, εἰ ἡμῖν ἐφίκοιτο εἰς τὴν πόλιν αὐτός τε καὶ τὰ ποιήματα βουλόμενος ἐπιδείξασθαι, προσκυνοῖμεν ἂν αὐτὸν ὡς ἱερὸν καὶ θαυμαστὸν καὶ ἡδύν, εἴποιμεν δ' ἄν, ὅτι οὐκ ἔστι τοιοῦτος ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει παρ' ἡμῖν οὔτε θέμις ἐγγενέσθαι, ἀποπέμποιμέν τε εἰς ἄλλην πόλιν μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες καὶ ἐρίῳ στέψαντες, αὐτοὶ δ' ἂν τῷ αὐστηροτέρῳ, καὶ ἀηδεστέρῳ ποιητῇ χρώμεθα καὶ μυθολόγῳ ὠφελείας ἕνεκα, ὃς ἡμῖν τὴν τοῦ ἐπιεικοῦς λέξιν μιμοῖτο καὶ τὰ λεγόμενα λέγοι ἐν ἐκείνοις τοῖς τύποις, οἷς κατ' ἀρχὰς ἐνομοθετησάμεθα, ὅτε τοὺς στρατιώτας ἐπεχειροῦμεν παιδεύειν. Καὶ μάλ', ἔφη, οὕτως ἂν ποιοῖμεν, εἰ ἐφ' ἡμῖν εἴη.* quo philosophus non Homerum intellexit, quod perspicue docent verba: *Ἄνδρα δυνάμενον ὑπὸ σοφίας παντοδαπὸν γίγνεσθαι καὶ μιμεῖσθαι πάντα χρήματα*, quae de Homero valere non possunt. Ceterum non aliam ob causam hunc poëtam ex optima civitate ablegari vides, quam quod eius dicendi genus iustitiae contrarium sit. Quod si igitur philosophus sibi et praeceptis suis constare vellet, non potuit eum retinere, et laudanda potius philosophi humanitas, qui non cum dedecore sed honore praeclarum poëtam in aliam civitatem ire iuberet, quae suavitate eius delectaretur. Suavem enim esse hunc poëtam cum hoc loco, tum aliis multis indicatum est. Cf. p. 387, B. 390, A. 397, D. et 387, C. *καὶ ἴσως εὖ ἔχει πρὸς ἄλλο τι.* quem locum non recte intellexit Stallbaumius, explicans: «Veluti ad populi turbam in officio continendam.»

In repetendis musicae proprie sic dictae ex eodem quo priora repetiverat fonte praeceptis constat sibi Plato. Cf. p. 398, C. — D. Quo loco quemvis facile inventurum esse docet, quae de cantus modo et carminibus praescribenda sint, si quidem antea

dictis constare velint*); sermonem qui cantetur eandem sequi regulam debere, quam qui non cantetur, harmoniam vero et rhythmum sermoni accommodandum. Removet igitur lamentabiles harmonias, item molles atque convivales, relinquit solum *δύο ἁρμονίας, βίαιον, ἑκούσιον, δυστυχούντων, εὐτυχούντων, σωφρόνων, ἀνδρείων αἵτινες φθόγγους μιμήσονται κάλλιστα, ταύτας λίπε.* Cf. p. 399, C. Cum quo loco longior quae praecedit expositio, viri fortis ac temperati in quovis vitae statu indolem exhibens, plane congruit. Quam ob rem ne recipit quidem in civitatem aliorum musicorum instrumentorum fabros, quam quae apta sint huic musicae generi. *οὐ θρέψομεν. Οὐ φαινόμεθα. Τί δέ αὐλοποιοὺς ἢ αὐλητὰς παραδέξῃ εἰς τὴν πόλιν;* Lyram solum et citharam cum fistula relinquit. *Λύρα δή σοι, ἦν δ' ἐγώ, καὶ κιθάρα λείπεται, καὶ κατὰ πόλιν χρήσιμα· καὶ αὖ κατ' ἀγροὺς τοῖς νομεῦσι σύριγξ ἄν τις εἴη. Ὡς γοῦν, ἔφη, ὁ λόγος ἡμῖν σημαίνει.* Paulo post *Καὶ νὴ τὸν κύνα*, inquit, *λελήθαμέν γε διακαθαίροντες πάλιν ἣν ἄρτι τρυφᾶν ἔφαμεν πόλιν. Σωφρονοῦντές γε ἡμεῖς, ἢ δ' ὅς***). *Ἴθι δή, ἔφην, καὶ τὰ λοιπὰ καθαίρωμεν.* Cf. p. 399, E. Ita civitatem in luxuriam prolapsam purgare tantummodo se velle simulans Socrates effecit, ut ipsius consilium, quo optimam civitatem describebat, nam ad civitatem haec omnia pertinere ne ipse quidem dissimulat, nondum patesceret, nec tamen postea mirentur lectores, quum id iam ab initio secutum se esse in his tecte fateatur. Quid

*) Verba *Καὶ ὁ Γλαύκων ἐπιγελάσας, Ἐγὼ τοίνυν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, κινδυνεύω ἐκτὸς τῶν πάντων εἶναι·* parum recte intellexit Stallbaumius ita scribens: «plane nihil scire, plane nihil de hac re decernere posse.» Quae quum scriberet non attendit verba praecedentia *πᾶς ἤδη ἄν εὕροι κ. τ. ἑ.* et quod addit Glauco, se in praesentia quidem non satis posse definire quae dicenda sint, suspicari tamen: *οὔκουν ἱκανῶς γε ἔχω ἐν τῷ παρόντι ξυμβαλέσθαι, ποῖα ἄττα δεῖ ἡμᾶς λέγειν, ὑποπτεύω μέντοι.* Nam qui non satis potest definire, suspicatur tamen, is non plane nihil scit.

**) Non recte explicavit Stallbaumius haec verba vertens: *si quidem sapimus.* Nam arctissime cohaerent cum verbis proxime praecedentibus et vertenda sunt: nos quidem sobrii.

enim discriminis interest inter civitatem a vitiis purgatam, et vitiis vacuam s. bonam? Ceterum simulatio Socratis in his facile intelligitur. Nam quis fefellisse ipsum putabit, quod purgaret civitatem, quam *modo* in luxuriam prolapsam dixerit? Quasi vero non statim ab initio, hoc est a p. 374. lib. II. quo loco singularem militum ordinem adesse debere docet, civitatem purgaverit!

Tum de rhythmi genere loquitur, in his quoque omnia virtuti accommodans. Cf. p. 399, E. — 401. Num vero credibile videri potest, eum virum, qui rhythmum et harmoniam orationem sequi debere dicit neque contra, dicendi genus ipsum et orationem bonam animi indolem — eumne igitur credibile videri potest indagare voluisse virtutem s. iustitiam, h. e. bonam animi indolem, non, ubi eam quaeri necesse est, in animo, sed in civitate, ubi imaginem quidem inde derivatam reperiri posse concedimus, ipsam vero nunquam? Nec aliter sensit ipse Plato, qui haec omnia praecepta ex iustitia tanquam fonte derivaverit. Ἆρ' οὖν οὐ πανταχοῦ ταῦτα διωκτέα τοῖς νέοις, εἰ μέλλουσι τὸ αὑτῶν πράττειν; Διωκτέα μὲν οὖν. Cf. p. 400. E. Nam τὸ αὑτῶν πράττειν et *iustum esse* apud Platonem in Republica non differre, iam aliquoties significavimus. — Deinceps postulat Socrates ut non poëtae solum, sed reliqui omnes artifices in operibus suis honesti speciem τὴν τοῦ ἀγαθοῦ εἰκόνα ἤθους sectentur atque exprimant, quoniam magnum iuventuti damnum allaturi sint, si id non valeant, contra magnam utilitatem, si valeant ἰχνεύειν τὴν τοῦ καλοῦ καὶ εὐσχήμονος φύσιν. Cf. p. 401, A. — D. Tum hanc eandem causam esse monet, cur musica praecipue arte erudire voluerit pueros. Nam qui hac arte recte imbuti sint, eos amplecti pulcra fierique bonos, aversari turpia, atque ita iam a prima iuventute ad familiaritatem rectae rationis adduci.

Ibidem omne musicae studium eo pertinere docet, ut quid vere bonum et honestum sit cognoscatur, in eo enim positum esse omnis musicae finem. Ἆρ' οὖν, ὃ λέγω, πρὸς θεῶν, οὕτως οὐδὲ μουσικοὶ πρότερον ἐσόμεθα, οὔτε αὐτοὶ οὔτε οὓς φαμεν ἡμῖν παιδευτέον εἶναι, τοὺς φύλακας, πρὶν ἂν τὰ τῆς σωφροσύνης εἴδη καὶ ἀνδρείας καὶ ἐλευθεριότητος καὶ μεγαλοπρεπείας

καὶ ὅσα τούτων ἀδελφὰ καὶ τὰ τούτων αὖ ἐναντία πανταχοῦ περιφερόμενα γνωρίζωμεν καὶ ἐνόντα ἐν οἷς ἔνεσιν αἰσθανώμεθα καὶ αὐτὰ καὶ εἰκόνας αὐτῶν, καὶ μήτε ἐν σμικροῖς μήτε ἐν μεγάλοις ἀτιμάζωμεν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς οἰώμεθα τέχνης εἶναι καὶ μελέτης; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη. Vides cur hic nominentur species temperantiae, fortitudinis, aliae, taceatur iustitia, qua illas comprehendi serius patebit. Praemisit autem huic loco Plato nonnulla, quae recte ad defendendam nostram de Operis fine sententiam supra adhibuisse nobis videmur, quae denuo lectori in memoriam revocasse non poenitebit. Cf. p. 402, B. *Οὐκοῦν---παντάπασι μὲν οὖν.* Nam qui virtutes ipsas iustitiamque non cognovit, qui is earum imagines cognoscere poterit, qualis est ipsa civitas ex mente Platonis? — Finitur haec disputationis pars aptissime praestantissimo in amorem pulcri elogio, p. 402 D — 403, C., habita diserte ratione Reipublicae, cui hanc legem ferri videmus, *Οὕτω δή, ὡς ἔοικε, νομοθετήσεις ἐν τῇ οἰκιζομένῃ πόλει, φιλεῖν μὲν καὶ ξυνεῖναι καὶ ἅπτεσθαι ὥσπερ υἱέος παιδικῶν ἐραστὴν τῶν καλῶν χάριν, ἐὰν πείθῃ· τὰ δ' ἄλλα οὕτως ὁμιλεῖν πρὸς ὃν τις σπουδάζοι, ὅπως μηδέποτε δόξει μακρότερα τούτων ξυγγίγνεσθαι· εἰ δὲ μή, ψόγον ἀμουσίας καὶ ἀπειροκαλίας ὑφέξοντα.* p. 403, B. ex virtutis natura repetitam. Cf. p. 402, E.

SECTIO LI.

Tum dicere Socrates incipit de gymnastica. Sermonis ea de re habiti principium hoc est: Non videri bene affectum corpus sua virtute animum bonum reddere, sed contra bonum animum sua virtute corpus reddere quam optimum. Itaque, quum mentem bene instituerit, h. e. virtutis sive iustitiae praecepta in puerorum educatione strenue secutus sit, non opus esse putat, ut de iis quae ad corpus pertineant multa dicat; ob eamque causam *τύπους* tantum quosdam eorum quae observanda sint se traditurum esse declarat. Removisse se igitur vinolentiam monet. Cuivis enim magis concedi, quam custodi, ebrio nescire ubi terrarum sit, et ridiculum, custodem custodis indigere. Deinde

de cibis loquitur qui sint apti *ἀθληταῖς τοῦ μεγίστου ἀγῶνος*. Non convenire iis habitum eorum, qui ad ludos gymnicos se praepararent. Eos enim esse somno deditos et proclives ad morbos. Exercitationem igitur virorum bellicosorum, *τοῖς πολεμικοῖς ἀθλητραῖς*, praestantiorem debere esse, quos tanquam canes vigilantes esse necesse sit, et quam acerrime videre atque audire, et in expeditionibus, *ἐν ταῖς στρατείαις*, omnes vicissitudines aquarum reliquorumque ciborum, caloris et frigoris facile perferre, sine ullo valetudinis periculo. Optimam igitur gymnasticam sororem esse debere musicae, quam antea descripserit. Simplicem enim et convenientem esse debere gymnasticam eorum *qui praepararentur ad bellum*. Et in hac quidem re Homero magistro utitur, qui in expeditionibus et epulis heröas non piscibus vesci velit, nec elixa carne sed assa, quae facillime paratu sit militibus. Neque vero unquam *ἡδυσμάτων* meminisse Homerum, quibus etiam reliqui *ἀσκηταὶ* omnes abstineant, qui quidem corpore bene se habere velint. Syracusanam igitur mensam et Siciliensem varietatem opsoniorum, si haec recte se habeant, vituperandam esse. Reprehendendum porro Corinthiam puellam amicam esse viris qui corpore bene se habere velint, et Atticorum bellariorum delicias.» Cf. p. 403, D. — 404, E. St. Vides igitur Socratem removere a militibus omnia ea, quae supra p. 372, C. sqq. in civitatem intromittere velle videbatur. — Comparat deinde eiusmodi cibum victumque *τῇ μελοποιΐᾳ τε καὶ ᾠδῇ τῇ ἐν τῷ παναρμονίῳ καὶ ἐν πᾶσι ῥυθμοῖς πεποιημένῃ*. Varietatem illic *ἀκολασίαν* gignere, hic morbos, simplicitatem vero secundum musicam in animis temperantiam, secundum gymnasticam in corporibus valetudinem. *Ἀκολασίας δὲ καὶ νόσων πληθυνουσῶν ἐν πόλει ἆρ' οὐ δικαστήριά τε καὶ ἰατρεῖα πολλὰ ἀνοίγεται, καὶ δικανικὴ τε καὶ ἰατρικὴ σεμνύνονται, ὅταν δὴ καὶ ἐλεύθεροι πολλοὶ καὶ σφόδρα περὶ αὐτὰ σπουδάζωσιν; Τί γὰρ οὐ μέλλει;* Id autem esse summum testimonium malae et turpis educationis in civitate, egere medicorum et iudicum *ἄκρων*, et iusti extrinsecus illati, inopia proprii. Turpius etiam esse in iudiciis circumagi, et gloriari propter facultatem iniuste agendi, nulli obnoxium poenae, ignorantem quanto pulcrius sit non egere dormitantis iudicis. Quem locum si cum priore qui legitur p. 392,

B, C. conuleris, num quid serio Platonem illo loco non dixisse de iustitiae et iniustitiae effectu putabis, an ut verum operis finem celaret, retineretque speciem de operis fine semel excitatam, — cuius rei lectorem ob longum de ciuitate habitum sermonem, cui haec interseruntur, hic immemorem fore putabat, — ita finxisse? Putabis in quaerenda iustitiae natura operis finem esse positum, de qua hic, nondum quaesita re, decernat Plato?

Medicae vero artis indigere nisi vulnerum causa aut morborum, quos anni vicissitudines gignant, sed propter inertiam victumque, quem modo descripserit, mirabilia morbis nomina imponere cogi medicos, id vero turpe esse. Multus est deinde in describenda medicae artis vera ratione, praecipue invehens in Herodicum, qui primus instituerit *διαίτῃ* ita curare, ut per totam vitam nullius praeterea rei, nisi avertendae a corpore morboso mortis, curam gereret. Nam in ciuitatibus bene institutis cuivis suum negotium assignatum esse, quod necessario agendum sit; neque cuiquam otium esse per vitam aegrotare et curari. Cf. p. 406, C. Quam vere haec moneantur nos in opificibus animadvertere, quibus non liceat valetudinis causa vacare a negotio. Nam hanc nimiam corporis curam impedimento esse studio virtutis. *καὶ γὰρ πρὸς οἰκονομίας καὶ πρὸς στρατείας καὶ πρὸς ἑδραίους ἐν πόλει ἀρχὰς δύσκολος· τὸ δὲ δὴ μέγιστον, ὅτι καὶ πρὸς μαθήσεις ἀστινασοῦν καὶ ἐννοήσεις τε καὶ μελέτας πρὸς ἑαυτὸν χαλεπὴ, κεφαλῆς τινὰς ἀεὶ διαστάσεις καὶ ἰλίγγους ὑποπτεύουσα καὶ αἰτιωμένη ἐκ φιλοσοφίας ἐγγίγνεσθαι, ὥστε ὅπῃ αὖτη, ἀρετῇ ἀσκεῖσθαι καὶ δοκιμάζεσθαι πάντη ἐμπόδιος·* Cf. p. 407. B. Propterea Aesculapium iis, qui natura victuque bona utantur valetudine, si aliqua corporis pars morbis conflictaretur, celerem adhibuisse medicinam, *ἵνα μὴ τὰ πολιτικὰ βλάπτοι*, corpora autem penitus morbosa noluisse curare, *ὡς οὔτε αὐτῷ οὔτε πόλει λυσιτελῆ*. Cf. p. 407. E. — Quum Glauco quaesivisset ex Socrate, nonne bonos medicos et iudices in ciuitate habere necesse sit, is, quos ipse bonos medicos et iudices intelligat, explicat. Docet igitur medicos optimos futuros esse, qui a pueris non solum discerent artem, sed quam plurima et aegra quidem corpora usu et consuetudine cognouissent, ipsique

omnes morbos pertulissent, nec essent omnino sani natura. Non enim corpore corpus curare, sed animo corpus, quem, si malus aut factus sit aut sit, bene quid curare non posse. Aliter se rem habere cum iudice, qui animo animis imperet; nec licere ut iudicis animus inter malos nutriatur, et ipse omnia iniusta perpetraverit, ut acriter ex se ipso aliorum iniurias sentiat atque odoretur: eum potius integrum debere esse a puero et imperitum malorum morum, si quidem bonus et honestus esse et iudicare sincere velit iusta. Eam ob causam senem bonum iudicem esse debere, *ὀψιμαθῆ γεγονότα τῆς ἀδικίας, οἷόν ἐστιν, οὐκ οἰκείαν ἐν τῇ αὑτοῦ ψυχῇ ἐνοῦσαν ᾐσθημένον, ἀλλ' ἀλλοτρίαν ἐν ἀλλοτρίοις μεμελετηκότα ἐν πολλῷ χρόνῳ διαισθάνεσθαι, οἷον πέφυκε κακόν, ἐπιστήμῃ, οὐκ ἐμπειρίᾳ οἰκείᾳ κεχρημένον. Γενναιότατος γοῦν, ἔφη, ἔοικεν εἶναι ὁ τοιοῦτος δικαστής. Καὶ ἀγαθός γε, ἦν δ' ἐγώ, ὃ σὺ ἠρώτας· ὁ γὰρ ἔχων ψυχὴν ἀγαθὴν ἀγαθός.* Cf. p. 409, B. Vides Socratem, plane immemorem disputationis quam de iustitia habere velle videbatur, — nam si iustitiam in civitate quaereret, qui poterat aptior huius disputationis locus inveniri, quam is in quo cum maxime versatur? — nondum inventa iustitia iudicium ferre de eo, utrum praestet iustum esse nec ne, quod antea nondum ferri posse declaraverat, p. 392, B. sqq.; vides innuere animum bonum esse eundem iustum, unde recte colligitur non in civitate quaerendam esse iustitiam, sed in animo. Dici autem haec omnia civitatis gratia, quod per se patet, etiam conclusione huius disputationis comprobatur: *Οὐκοῦν καὶ ἰατρικὴν οἵαν εἴπομεν μετὰ τῆς τοιαύτης δικαστικῆς κατὰ πόλιν νομοθετήσεις, αἳ τῶν πολιτῶν σοι τοὺς μὲν εὐφυεῖς τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς θεραπεύσουσι, τοὺς δὲ μή, ὅσοι μὲν κατὰ σῶμα τοιοῦτοι, ἀποθνήσκειν ἐάσουσι, τοὺς δὲ κατὰ τὴν ψυχὴν κακοφυεῖς καὶ ἀνιάτους αὐτοὶ ἀποκτενοῦσι; Τὸ γοῦν ἄριστον, ἔφη, αὐτοῖς τε τοῖς πάσχουσι καὶ τῇ πόλει οὕτω πέφανται.* Cf. p. 409. E.

Ab hac digressione, qua propterea usus esse videtur, ut de re iudiciaria et medica arte, rebus in bona civitate haud sane negligendis, sententiam suam expromeret, ad ipsam de gymnastica arte disputationem revertitur, monens, adolescentes simplici illa musica utentes, quam temperantiam gignere docuerit, cura-

REESE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

turos esse, ne rei iudiciariae indigeant, eodemque modo omnis cum, qui gymnasticae studeat, electurum eam, qua etiam, si medicae artis nihil indigeat, nisi necessitas cogat.

Clauditur autem haec omnis de civium educatione disputatio ita, ut explicetur, cur gymnastica et musica arte iuvenes instituantur. Nam non corporis potissimum gratia gymnasticam adhiberi, animi causa musicam; sed utrisque artibus animum praecipue excoli, qui per musicam solam mollior evadat, quam par sit, per gymnasticam vero ferocior, et inimicus rationi. Quare utraque arte animi vires recte temperandas esse, quo custodes *ἀνδρεῖοι* fiant ac *σώφρονες*. Cf. p. 411, E. — Iam explicandum est Schleiermacherus de hac operis parte quid iudicet. Cf. p. 17. introd.: «Dasselbe lässt sich von allem pädagogischen in diesem Theile des Werkes behaupten, dass es am meisten auf den Einzelnen geht und zwar in rein ethischer Beziehung, um in der Seele Eintracht hinsichtlich des Herrschens und Gehorchens zu bewirken, und damit jeder wesentliche Theil derselben nur das Seinige thue und nicht darüber hinausgehe. Nur dass überall schon der Grundsatz berücksichtiget wird, der Staat könne nicht besser sein als die Masse der Einzelnen, weshalb denn seine Ruhe von der Unbeweglichkeit der Sitte abhängt, und seine Trefflichkeit von der Tüchtigkeit der Einzelnen in ihrer Art.» Negari non potest quaecunque in hac operis parte de puerorum educatione dicantur, ea omnia virtutis ratione habita dicta esse, ita quidem, ut ex ea, tanquam ex fonte suo, repetantur. Inde tamen minime sequitur operis finem in quaerenda iustitia positum esse. Quam enim aliam rationem inire potuit, qui civitatem bonam condere vellet? Contra mirum videbitur esse, eum qui iustitiam quaerat, primum in describenda educatione civium, ita facta ut iustitiae notionem eam praecedere necesse sit, tempus consumere, deinde ad id in quo versetur disputatio omnis accedere. Multo vero aliter se res habet, si describendae optimae civitatis gratia in enarranda civium educatione versatus est Plato. Cf. p. 376, E. St. — Sed neque id nullius momenti erit ad recte iudicandum de hac controversia, quod haec omnis custodum educatio ita facta est, ut Plato *custodes*, h. e. militares viros, bonae civitatis suae describere voluisse videatur. Atque huc trahi debet quod

Schleiermacherus dicit, singulari cuidam civium classi tradi a Platone militaria munia, ut in civitate esset civium classis, quae animi facultatem *θυμὸν* repraesentaret. Cf. introd. p. 15. Quam arcta vero necessitudo inter haec omnia civitatemque intercedat, Schleiermacherus ipse omnino negare non potuit, dicens: Iam omnibus in locis eius principii rationem haberi: civitatem meliorem esse non posse, quam singulorum multitudinem.

SECTIO IV.

Initio novae quaestionis, p. 412, B., haec verba leguntur: *Οἱ μὲν δὴ τύποι τῆς παιδείας τε καὶ τροφῆς οὗτοι ἂν εἶεν. χορείας γὰρ τί ἄν τις διεξίοι τῶν τοιούτων καὶ θήρας τε καὶ κυνηγέσια καὶ γυμνικοὺς ἀγῶνας καὶ ἱππικούς; σχεδὸν γάρ τι δῆλα δή, ὅτι τούτοις ἑπόμενα δεῖ αὐτὰ εἶναι, καὶ οὐκέτι χαλεπὰ εὑρεῖν. Ἴσως, ἦ δ' ὅς, οὐ χαλεπά.* Civitatem non respexisse Platonem parum recte ex istis collegeris. Omittit ea Plato, quia explicatu difficilia non sint, et ex iisdem repetenda principiis, unde deducta sunt, quae educationem spectant. — Tum haec leguntur: *Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ· τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο τί ἂν ἡμῖν διαιρετέον εἴη; ἆρ' οὐχ αὐτῶν τούτων οἵ τινες ἄρξουσί τε καὶ ἄρξονται;* Eligit seniores et quidem optimos. Custodum vero optimos esse *φυλακικωτάτους τῆς πόλεως*. Itaque prudentes, eos esse debere, et potentes, et reipublicae curam gerentes, h. e. rempublicam amantes. Amare autem nos id maxime, a cuius sorte, s. bona s. mala sit, nostra pendeat. Eligendos igitur ex reliquis custodibus eos, qui considerantibus videantur per totam vitam quod civitati conducere putaverint omni studio facere, quod non, nullo modo facere velle. Hos observandos esse in omni aetate, num hanc sententiam custodiant, facienda esse quae civitati optima sint, ita quidem ut eam nec diuturnitate temporis obliviscantur, nec contrarium sibi persuaderi sinant, nec doloribus, voluptatibus, timoribus ad mutandam eam permoveantur. Quae quum accuratius exposuisset, quaerendos esse iterum monet, qui optimi custodes sint huius sententiae, id faciendum esse, quod civitati semper optimum putaverint fore, et examinandos negotiis, laboribus, doloribus ac certaminibus, de-

nique voluptatibus et timoribus, videndumque num custodes sui sint boni et musicae quam didicerint, concinnos et consonos in his omnibus se praebentes, quales et sibi ipsis et civitati utilissimi forent. Qui in his omnibus et pueri et adolescentes et viri explorati fuerint, et integri discesserint, eos constituendos magistratus civitatis et custodum, et honorandos quovis modo. Hanc igitur sibi videri esse magistratuum et custodum electionem et institutionem, ne diligenter, sed summatim tantum ea de re dicat, ὡς ἐν τύπῳ, μὴ δι' ἀκριβείας εἰρῆσθαι. Cf. p. 414, A. St. Hos igitur vere custodes appellandos esse monet, cum externorum hostium, tum internorum amicorum, prospicientes ut hi nolint, illi non possint malefacere, adolescentes vero, quos modo custodes dixerit, auxiliarios et adiutores eorum quae magistratus decreverint.

Quod hoc loco Plato, sermone de custodum electione et educatione ad finem adducto, de magistratibus dicit, nonne id argumento esse debet, sermonem circa civitatem versari? Si qui forte inde, quod Plato dicat, ὡς ἐν τύπῳ, μὴ δι' ἀκριβείας εἰρῆσθαι, concludant, quae hic de magistratibus dicantur ea ab hoc loco et a sermonis instituti vero fine aliena esse, nec aliam ob causam tam breviter explicari, ii sciant, videri Socratem his verbis innuere et praeparare quodammodo accuratiorem pleniorem que eiusdem rei explicationem, quae deinceps dabitur, atque indicare, si non dialogi leges et sermonis instituti ratio aliud inberent, ex disciplinae legibus iam hoc loco accuratiorem eius rei disputationem instituendam fuisse. Nam plane omitti hoc loco non poterat ea sermonis pars, qua de magistratibus agitur, nisi comparationem inter civitatem ac iustitiam altera, et gravissima quidem parte, mancam et imperfectam esse vellet. Quem enim ratio in animo, eundem in civitate magistratus locum tenent. Porro quum eo adductus esset sermo, ut totius civitatis descriptio et in partes divisio, ex iustitia eiusque partibus expressa, appareret, nec potuit nec debuit longius reiicere quaestionem de iustitia, quae quarto libro explicatur. Nam ut taceam de eo, servari aliter non potuisse quod simulabat, quaeri iustitiam, ne intellectum quidem esset, quod intelligi maxime voluit, esse quasi simulacrum iustitiae hanc civitatem, si aliae res, ab

hac quaestione longius remotae, aut in quibus haec inter iustitiam et partes eius cum civitate convenientia minus appareret, — quales sunt bonorum omnium, mulierum liberorumque communio, accuratior disputatio de magistratibus — interiectae essent. Nam de magistratibus etiam eam ob causam non videtur accuratius agere voluisse hoc loco, quod de his disputanti ad altius etiam assurgendum esset principium, ideam boni, quam ex quo in his cuncta repetuntur, iustitia. Idem igitur fecisse existimandus est Plato, quamquam aliis etiam de causis, quod fecit Demosthenes in oratione omnium nobilissima pro corona. Ibi enim Demosthenes de gravissima parte rerum a se gestarum, h. e. de ultimo contra Philippum bello et proelio ad Chaeroneam commisso dicere nolle videtur, etiamsi haec ipsa vel maxime eius spectaret oratio. Cf. §. 110. *Ἡγοῦμαι τοίνυν λοιπὸν εἶναί μοι περὶ τοῦ κηρύγματος εἰπεῖν καὶ τῶν εὐθυνῶν· τὸ γὰρ ὡς τὰ ἄριστά τε ἔπραττον καὶ διὰ παντὸς εὔνους εἰμὶ καὶ πρόθυμος εὖ ποιεῖν ὑμᾶς ἱκανῶς ἐκ τῶν εἰρημένων δεδηλῶσθαί μοι νομίζω. Καίτοι τὰ μέγιστά γε τῶν πεπολιτευμένων καὶ πεπραγμένων ἐμαυτῷ παραλείπω, ὑπολαμβάνων πρῶτον μὲν ἐφεξῆς τοὺς περὶ αὐτοῦ τοῦ παρανόμου λόγους ἀποδοῦναί με δεῖν, εἶτα, κἂν μηδὲν εἴπω περὶ τῶν λοιπῶν πολιτευμάτων, ὁμοίως παρ' ὑμῶν ἑκάστῳ τὸ συνειδὸς ὑπάρχειν μοι.* Cf. ea de re disserentem Dissenium in editione huius orationis p. 146. — 148. Non poterit facile inveniri apud veteres auctores aliud exemplum artis orationis et instituendae et dispescendae aptius ad illustrandum id, in quo cum maxime nostra versatur disputatio, et ad recte iudicandam simulationem qua in toto hoc opere utitur Plato. — Ab his dissentiens Schleiermacherus in hunc modum disputat: « So wie auch bei der Maxime dass unter den Vertheidigern nur diejenigen an der Regierung Theil nehmen sollen, welche nichts im Stande wären zu thun als wodurch das Wohl des Ganzen gefördert wird, schon vorschwebt, was erst gegen das Ende des Werkes ausgeführt wird, dass nämlich die Vernunft allein beurtheilen könne, was auch den andern Theilen der Seele heilsam ist, und dass der Vernünftige allein den Werth auch der andern Lebensweisen zu schätzen wisse. » Cf. p. 17. introd. Quis, quaeso, in iis, quae hoc loco dixit Plato, vel

minimum vestigium eius rei invenerit, quam hic Schleiermacherus praesignificatam esse arbitratur? Nam ut eo loco, quem Schleiermacherus iam hic obversatum esse philosopho putat, docetur, praeferendam esse voluptatem, quam sapientia pariat, voluptatibus quae ceteris animi facultatibus gignantur, vel eam ob causam, quod sapientia sola iudicari possit, quae praeferenda sit, ita huic loco ne vestigium quidem inest certaminis de eo, quae civium classis civitatem omnem regere debeat. Imo quis non videt Platonem, summos custodes civitatis eos eligentem qui facturi sint non nisi ea quae civitati vere salutaria sint, hic describere magistratus vere bonos, quales optimae civitatis magistratus esse oporteat, neque alios potuisse eligere?

Nam ne dicit quidem Plato eos tantum e defensoribus magistratus esse debere, qui nihil facere velint, quam quo salus τῶν ὅλων «des Ganzen» augeatur, sed qui nihil facere velint, nisi quod utile fore putaverint civitati, οἳ ἂν σκοποῦσιν ἡμῖν μάλιστα φαίνωνται παρὰ πάντα τὸν βίον, ὃ μὲν ἂν τῇ πόλει ἡγήσωνται ξυμφέρειν, πάσῃ προθυμίᾳ ποιεῖν, ὃ δ' ἂν μή, μηδενὶ τρόπῳ πρᾶξαι ἂν ἐθέλειν. Cf. p. 412, D, St. et p. 413, C, ζητητέον, τίνες ἄριστοι φύλακες τοῦ παρ' αὐτοῖς δόγματος, τοῦτο ὡς ποιητέον, ὃ ἂν τῇ πόλει ἀεὶ δοκῶσι βέλτιστον εἶναι. Quare ne potuit quidem his dictis ob oculos habere Socrates ea, quae sub finem operis in eandem sententiam dicta esse opinatur Schleiermacherus, non aliam ob causam, quam ut hunc omnem de civitate habitum sermonem de iustitia haberi doceat. Verum est autem et dictum a nobis, non potuisse hanc de magistratibus disputationem hoc loco prorsus omitti, ut et sermo de civitate huc usque deductus quodammodo absolveretur, — nam aliter iam non poterat a civitate, de qua tam multa dixisset, ad iustitiam transire, — et ut comparatio inter iustitiam ac civitatem recte institui posset. Haec sequitur mythus valde nobilitatus: Persuadendum esse summis reipublicae magistratibus, militibus tertioque civium ordini, quod intra terram simul omnes ficti, nutriti, educati sint, quemadmodum nutriendos et educandos esse paulo ante ostenderit. Perfectos deinde terram matrem in lucem edidisse, ac debere eos nunc consulere patriae et defendere patriam terram, si quis eam invadat, tanquam ma-

trem et nutricem, et reliquos cives pro fratribus terra genitis habere. Esse igitur fratres, deum vero qui eos fingeret eorum animis qui ad imperium apti essent aurum admiscuisse, argentum militibus, ferrum et aes agricolis et opificum omni generi. Quum vero omnes eiusdem generis sint, fieri, ut plerumque quidem sibi similes procreent, interdum vero ex aureo nasci argenteum et ex argenteo aureum, reliquaque omnia ita ex se mutuo. Magistratibus igitur praecipere deum, ut non aliam rem diligentius curent, quam quid harum rerum animis natorum admistum sit. Aere ferroque intermistos protrudendos esse ad agricolas et opifices. Si vero ex his quis auro argentoque intermistus natus fuerit, eum educendum esse, et vel inter summos reipublicae magistratus, vel inter milites recipiendum. Nam esse oraculi responsum, tum interituram civitatem si ferro aut aere intermisti reipublicae gubernacula teneant.

Quam fabulam quum narravisset, Socrates ita pergit: «*Nos vero hos e terra natos armantes producamus*, ducentibus magistratibus: profecti vero vidento quo loco urbis optime *castra ponantur*, unde cum eos qui intus sint maxime cohibeant, si quis nolit legibus parere, *tum eos, qui extra, propellant, si hostis veluti lupus ad stabulum quis eat. Castris vero positis* et sacrificio rite peracto, cubilia faciunto. Nonne? Ita, inquit. Nonne talia quae et hieme tegant et aestate sufficiant? Cur non? Domicilia enim, inquit, mihi videris dicere. *Sane, inquam, militaria, sed quaestui non apta.* Qua re, inquit, hoc dicis differre ab isto? Ego tibi, inquam, conabor dicere. Periculosissimum enim, inquam, et turpissimum gregibus, tales et ita nutrire canes, qui auxilio sint gregibus, ut, propter lasciviam vel famem vel aliam quampiam malam consuetudinem, ipsi canes conentur oves laedere, et pro canibus lupis similes fieri. Periculosum, inquit: cur non? Igitur cavendum omni modo, ne tale quid nobis auxiliarii faciant adversus cives, quum superiores iis sint, pro sociis benevolis dominis ferocibus similes reddantur. Cavendum, inquit. Igitur maxima adhibita esset cautio, si revera bene educati sint. Sunt vero, inquit. *Et ego, id vero, inquam, non decet asseverare, o amice Glauco: quod vero modo diximus decet, debere iis contingere rectam educationem, quaecunque sit* —

τοῦτο μὲν οὐκ ἄξιον διισχυρίζεσθαι, ὦ φίλε Γλαύκων· ὃ μέντοι ἄρτι ἐλέγομεν, ἄξιον, ὅτι δεῖ αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς τυχεῖν παιδείας, ἥτις ποτέ ἐστιν — si velint, id quod maximum est, habere quo sint mites sibi ipsis et iis quos custodiant. Et recte quidem, inquit. Praeter hanc igitur educationem dicat aliquis, qui sanam mentem habeat, debere iis etiam domicilia reliquamque supellectilem ita comparatam esse, ut neque custodes ipsos prohibeat, quo minus optimi sint, neque attollat iniuriam inferre reliquis civibus. Vide igitur, ego inquam, num in hunc modum oporteat eos vivere et habitare, si tales fieri velint: primum ut rem familiarem nullus habeat suam et propriam, nisi omnino necesse sit: deinde ut domus atque penus nulli sit talis, ad quem non omnis qui velit accedere possit: ad victum vero necessaria, quibus egent viri militares — ἀθληταὶ πολέμου — temperantes atque fortes, aestimantes ut accipiant a reliquis civibus mercedem custodiae tantam, ut iis neque supersit quidquam in annum, neque desit; adeuntes vero ad convivia — ξυσσίτια — tanquam in castris, communiter vivant. Aurum vero et argentum dicendum divinum a diis eos semper in animis habere neque egere humano, neque fas esse illius possessionem mortalis auri possessione maculare, quoniam multa nefaria circa vulgi pecuniam acciderint, illorum vero incontaminata sit; sed ipsis solis e civibus tractare vel tangere aurum atque argentum non licere, neque sub idem tectum accedere, neque induere, neque bibere ex auro argentove. Atque ita servarentur et servarent civitatem: quando vero domos et pecuniam comparabunt, oeconomi et agricolae pro custodibus erunt, hostiles vero domini pro sociis reliquorum civium fient, et odio habentes atque habiti, et insidias struentes ipsique iis circumventi, degent omnem vitam multo plus magisque timentes hostes internos quam externos, accedentes iam tum proxime ad perniciem ipsi et reliqua civitas. Horum igitur omnium gratia dicamusne, inquam, ita debere comparatos esse custodes circa domos et reliqua omnia, eamque legem feramus an non? Omnino Glauco inquit.» Cf. p. 414. sqq. Quis est cuius animus non percellatur sincero patriae amore quem haec omnia spirant? Quis porro dubitet, quin omnis huc deductus sermo ad civitatem pertineat? Nam quae dixit de tertia civium

trem et nutricem, et reliquos cives pro fratribus terra genitis habere. Esse igitur fratres, deum vero qui eos fingeret eorum animis qui ad imperium apti essent aurum admiscuisse, argentum militibus, ferrum et aes agricolis et opificum omni generi. Quum vero omnes eiusdem generis sint, fieri, ut plerumque quidem sibi similes procreent, interdum vero ex aureo nasci argenteum et ex argenteo aureum, reliquaque omnia ita ex se mutuo. Magistratibus igitur praecipere deum, ut non aliam rem diligentius curent, quam quid harum rerum animis natorum admistum sit. Aere ferroque intermistos protrudendos esse ad agricolas et opifices. Si vero ex his quis auro argentoque intermistus natus fuerit, eum educendum esse, et vel inter summos reipublicae magistratus, vel inter milites recipiendum. Nam esse oraculi responsum, tum interituram civitatem si ferro aut aere intermisti reipublicae gubernacula teneant.

Quam fabulam quum narravisset, Socrates ita pergit: «*Nos vero hos e terra natos armantes producamus*, ducentibus *magistratibus*: profecti vero vidento quo loco urbis optime *castra ponantur*, unde cum eos qui intus sint maxime cohibeant, si quis nolit legibus parere, *tum eos, qui extra, propellant, si hostis veluti lupus ad stabulum quis eat. Castris vero positis* et sacrificio rite peracto, cubilia faciunto. Nonne? Ita, inquit. Nonne talia quae et hieme tegant et aestate sufficiant? Cur non? Domicilia enim, inquit, mihi videris dicere. *Sane, inquam, militaria, sed quaestui non apta.* Qua re, inquit, hoc dicis differre ab isto? Ego tibi, inquam, conabor dicere. Periculosissimum enim, inquam, et turpissimum gregibus, tales et ita nutrire canes, qui auxilio sint gregibus, ut, propter lasciviam vel famem vel aliam quampiam malam consuetudinem, ipsi canes conentur oves laedere, et pro canibus lupis similes fieri. Periculosum, inquit: cur non? Igitur cavendum omni modo, ne tale quid nobis auxiliarii faciant adversus cives, quum superiores iis sint, pro sociis benevolis dominis ferocibus similes reddantur. Cavendum, inquit. Igitur maxima adhibita esset cautio, si revera bene educati sint. Sunt vero, inquit. *Et ego, id vero, inquam, non decet asseverare, o amice Glauco: quod vero modo diximus decet, debere iis contingere rectam educationem, quaecunque sit* —

τοῦτο μὲν οὐκ ἄξιον διισχυρίζεσθαι, ὦ φίλε Γλαύκων· ὃ μέντοι ἄρτι ἐλέγομεν, ἄξιον, ὅτι δεῖ αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς τυγχεῖν παιδείας; ἥτις ποτέ ἐστιν — si velint, id quod maximum est, habere quo sint mites sibi ipsis et iis quos custodiant. Et recte quidem, inquit. Praeter hanc igitur educationem dicat aliquis, qui sanam mentem habeat, debere iis etiam domicilia reliquamque supellectilem ita comparatam esse, ut neque custodes ipsos prohibeat, quo minus optimi sint, neque attollat iniuriam inferre reliquis civibus. Vide igitur, ego inquam, num in hunc modum oporteat eos vivere et habitare, si tales fieri velint: primum ut rem familiarem nullus habeat suam et propriam, nisi omnino necesse sit: deinde ut domus atque penus nulli sit talis, ad quem non omnis qui velit accedere possit: ad victum vero necessaria, quibus egent viri militares — ἀθληταὶ πολέμου — temperantes atque fortes, aestimantes ut accipiant a reliquis civibus mercedem custodiae tantam, ut iis neque supersit quidquam in annum, neque desit; adeuntes vero ad convivia — ξυσσίτια — tanquam in castris, communiter vivant. Aurum vero et argentum dicendum divinum a diis eos semper in animis habere neque egere humano, neque fas esse illius possessionem mortalis auri possessione maculare, quoniam multa nefaria circa vulgi pecuniam acciderint, illorum vero incontaminata sit; sed ipsis solis e civibus tractare vel tangere aurum atque argentum non licere, neque sub idem tectum accedere, neque induere, neque bibere ex auro argentove. Atque ita servarentur et servarent civitatem: quando vero domos et pecuniam comparabunt, oeconomi et agricolae pro custodibus erunt, hostiles vero domini pro sociis reliquorum civium fient, et odio habentes atque habiti, et insidias struentes ipsique iis circumventi, degent omnem vitam multo plus magisque timentes hostes internos quam externos, accedentes iam tum proxime ad perniciem ipsi et reliqua civitas. Horum igitur omnium gratia dicamusne, inquam, ita debere comparatos esse custodes circa domos et reliqua omnia, eamque legem feramus an non? Omnino Glauco inquit.» Cf. p. 414. sqq. Quis est cuius animus non percellatur sincero patriae amore quem haec omnia spirant? Quis porro dubitet, quin omnis huc deductus sermo ad civitatem pertineat? Nam quae dixit de tertia civium

classe, de custodum electione et educatione, de magistratibus, nonne ea propterea dicta sunt, ut hic civitatis ordo, quem hoc mytho significavit, eveniret? Praeterea interpretes ad unum omnes in eo consentiunt ut dicant, Platonem facultatum animi ratione habita tres civium classes civitati inesse voluisse. At vero in quaestione de facultatibus animi nititur omnis de virtutibus quaestio. Cf. lib. VI, p. 504, A. sqq. et lib. IV, p. 434, D. sqq. Qui igitur credi potest, eum virtutem voluisse quaerere, qui omnia sic instituat, ut necessario statuendum sit, eum iam ante cognitam habuisse virtutem ipsam? Tenendum etiam vere his finiri disputationem de altera civitatis parte quae viros complectitur, externorum bonorum ac mulierum et liberorum aut non, aut nondum diligenter, habita ratione, ac ne magistratuum quidem, nisi quantum ad absolvendam hanc operis partem, quae alias imperfecta fuisset, necessarium videbatur. Nam ad accuratiorem de magistratibus disputationem, quae libro quinto, sexto, septimo continetur, pertinere videntur verba quae supra scripsimus. Cf. p. 416, B, C. St. *Τοῦτο μὲν οὐκ ἄξιον διισχυρίζεσθαι, ὦ φίλε Γλαύκων· ὃ μέντοι ἄρτι ἐλέγομεν, ἄξιον, ὅτι δεῖ αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς τυχεῖν παιδείας, ἥτις ποτέ ἐστιν.* Quae si vere disputamus, accuratior de magistratuum, qui sequitur, educatione sermo pro episodio habendus non est. Quae narrantur inde ab eo loco quo hos terrigenas armatos, ducibus magistratibus, Socrates in castra producit, ea ne Schleiermacherus quidem ad civitatem tantum pertinere diffitetur. Cf. introd. p. 17.: «Von dieser rein ethischen Abzweckung auf den Einzelnen macht freilich eine Ausnahme die aufgestellte Lebensordnung für die Vertheidiger, die ganz zu dem eigenthümlichen des platonischen Staates gehört. Eben deshalb aber wird sie auch als eigentlich hieher nicht gehörig hier nur oberflächlich angelegt, und ist nur aus dem zu verstehen, was weiter unten ausführlich darüber gesagt wird.» Qui tamen ista magis ad civitatem pertineant, quam custodum per gymnasticam artem educatio, de medica arte et medicis, de iudiciis et iudicibus data praecepta, magistratuum electio, et si verum volumus fateri ipsa custodum electio et educatio etiam per musicam artem, atque adeo haec omnis disputatio, ab eo inde loco quo quae-

Reipublicae liber quartus.

SECTIO I.

Initio quarti libri interrogat Adimantus, quid responsurus esset Socrates, si quis eum hos custodes non omnino beatos facere diceret, *καὶ ταῦτα δὶ ἑαυτοὺς, ὧν ἔστι μὲν ἡ πόλις τῇ ἀληθείᾳ**). Ad eos enim nihil boni ex civitate pervenire quemadmodum ad alios, quum nec agros possideant, nec domos exstruant magnificas, nec supellectilem his convenientem habeant, nec sacra diis privata faciant, nec hospites excipiant, nec aurum argentumque possideant, nec ea omnia quae habere soleant qui beati putentur; sed videri eos tanquam auxiliarios mercede conductos sedere in civitate, nihil nisi custodiam agentes. His

*) Schneiderus hunc locum ita cepit: «Scilicet civitatis causa Socrates illa custodes conditione esse voluerat, quam Adimantus sibi parum felicem videri demonstrat. Civitas autem, si quaeratur, cuia sit, tota custodum esse reperiatur. Ita custodes, dum civitatis causa minus beati esse iubentur, revera sua ipsorum causa affliguntur, quod profecto mirum est et excusatione eget.» Falsam esse hanc loci interpretationem inde apparet, quod praemissa, quibus nititur conclusio, etiamsi vera per se, de suo addidit Schneiderus. Nam vere tum demum ita colligeretur, si haec Adimanti sententia praecessisset: Tu civitatis causa custodes hac conditione esse vis Socrates.» Sed eam sententiam Schneiderus de suo addidit, qua omissa nihil habet eius explicatio quo nitatur. Vere interpretatus est locum Astius, conferri iubens V, 466, A. *οἷς ἐξὸν πάντα ἔχειν τὰ τῶν πολιτῶν οὐδὲν ἔχοιεν*. Assensi sunt Stallbaum. et Schleiermacher., quos speciosius quam verius reprehendit Schneiderus. Nam vere vitio verti potest Socrati, si custodes sua culpa minus beati sint, quum eos ipse finxerit.

addit Socrates, eos ne mercedem quidem praeter victum accipere, nec licere iis, si peregrinari velint, discedere, nec amicis, ἑταίραις, donare, nec sumtum facere in alia si velint, quemadmodum facere soleant qui beati putentur. Haec et multa eiusmodi alia addi adhuc posse accusationi. Defensionem vero, quam ad haec omnia habeat, hanc esse: ἐροῦμεν γὰρ, ὅτι θαυμαστὸν μὲν ἂν οὐδὲν εἴη, εἰ καὶ οὗτοι οὕτως εὐδαιμονέστατοί εἰσιν, οὐ μὲν πρὸς τοῦτο βλέποντες τὴν πόλιν οἰκίζομεν, ὅπως ἔν τι ἡμῖν ἔθνος ἔσται διαφερόντως εὔδαιμον, ἀλλ' ὅπως ὅτι μάλιστα ὅλη ἡ πόλις· ᾠήθημεν γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ μάλιστα ἂν εὑρεῖν δικαιοσύνην καὶ αὖ ἐν τῇ κάκιστα οἰκουμένῃ ἀδικίαν, κατιδόντες δὲ κρῖναι ἂν ὃ πάλαι ζητοῦμεν. νῦν μὲν οὖν, ὡς οἰόμεθα, τὴν εὐδαίμονα πλάττομεν οὐκ ἀπολαβόντες ὀλίγους ἐν αὐτῇ τοιούτους τινὰς τιθέντες, ἀλλ' ὅλην· αὐτίκα δὲ τὴν ἐναντίαν σκεψόμεθα. Cf. p. 420, B. Quum Socrates mirum non fore dicat, si hi etiam ita beatissimi sint, num potest aliam ob oculos habere beatitatem, quam quae cum iustitia necessario coniuncta est? Iustam igitur ante omnia vult esse civitatem, gaudentem non alia beatitate, quam quae cum iustitia coniuncta sit. Porro quum se beatam civitatem et quidem universam ideo fingere declaret, quoniam in ea iustitiam se reperire posse speret, nonne satis verum operis finem aperit? Nam quae est civitas beata, aut unde beata efficitur, nisi eo quod iusta est, h. e. ad iustitiam tanquam ad normam facta? Prior igitur iustitia quam iusta civitas h. e. beata. Gravissimum autem hoc nobis videtur esse, quod hoc demum loco pronunciat Socrates, quod antea non solum celaverat, sed negaverat etiam, (cf. p. 372, E.) omnem, qui inde a libro secundo p. 368. habitus est sermo, ad perfectam civitatem pertinere. Nam ne quaesivisse se quidem adhuc dicit iustitiam. Debuit igitur his tanquam vestigiis in viam quasi duci lector, qui de instituto sermone recte iudicare vellet. Quam caute eo et tanquam per gradus declinet oratio, iam antea diximus, nec videtur facile dari posse exemplum aliquod magis illustre, magisque aptum ad cognoscendas dialogi leges quas secutus est Plato. Etiam ii, qui nostram de operis fine sententiam non probent, dare cogentur, id fecisse Platonem ideo, ut sermo sponte sua profluere, non dedita opera quaesitus esse

videatur. Qua igitur causa commotum initio de civitate in universum tantum, atque adeo de luxurianti civitate (cf. lib. II. p. 372, E.) dixisse putabimus, nisi ea, quae ex nostra de operis fine sententia iam sponte sequitur, quod noluerit verum operis consilium atque finem patere? Etenim si iam initio declaravisset, se optimam civitatem velle describere, nonne statim omnes intellexissent, primum sciendum esse iustitia quid sit, priusquam civitatem quis possit ad eam instituere? Quod desiderari non posse videbatur, si quis ipsam civitatem condens, paulatim orationem ad optimam civitatem traduceret. Et potuit quidem utroque modo res confici, illa fuisset ratio operis quod vocant systematici, haec dialogi cuius magis poëtica est indoles. Ad rem vero ipsam nihil interest, utrum iam initio declaret, an hoc demum loco profiteatur, se perfectam civitatem iam initio voluisse describere, si modo omnem ad iustitiam vere componat.

Etiamsi vero ita statuimus, tamen miramur fuisse qui putaverint, Platonem nusquam palam pronunciavisse, quid in hoc opere secutus sit. Pronunciavit id quidem satis aperte Plato, *ᾠήθημεν γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ μάλιστα ἂν εὑρεῖν δικαιοσύνην καὶ αὖ ἐν τῇ κάκιστα οἰκουμένῃ ἀδικίαν, κατεδόντες δὲ κρῖναι ἂν ἃ πάλαι ζητοῦμεν.* sed res ipsa huic professioni adversatur, nec potest horum verborum alia mens esse, quam se, quum iustam civitatem condere decreverint, non discedere debere a iustitia, vero iustae civitatis principio, nec alia curare, ne beatitatem quidem ipsam, quae tamen, si iusta sit civitas, in universam civitatem redundatura sit. Quod si quis quaerat, cur ne hoc quidem loco Plato dimittat id quod simulabat, se iustitiam velle quaerere et iniustitiam, ut iudicare possit utrum praestet, is necessarium id fuisse cogitet ad conservandam operis indolem, qua eadem re aequabile et congruum sibi reddebatur omne opus. Intelligitur enim si semel simulavisset Plato se iustitiam velle quaerere, non fuisse eam speciem in opere ipso unquam dimittendam, nec violenter disturbandam artificiosam operis conformationem, nec laedendum id quod decorum vocant artifices, *τὸ πρέπον*.

Porro negligendum non esse videtur, quod Plato, si haec ut dicta sunt accipiamus, quaestionis finem non in sermone ipso,

addit Socrates, eos ne mercedem quidem praeter victum accipere, nec licere iis, si peregrinari velint, discedere, nec amicis, ἑταίραις, donare, nec sumtum facere in alia si velint, quemadmodum facere soleant qui beati putentur. Haec et multa eiusmodi alia addi adhuc posse accusationi. Defensionem vero, quam ad haec omnia habeat, hanc esse: ἐροῦμεν γὰρ, ὅτι θαυμαστὸν μὲν ἂν οὐδὲν εἴη, εἰ καὶ οὗτοι οὕτως εὐδαιμονέστατοί εἰσιν, οὐ μέν· πρὸς τοῦτο βλέποντες τὴν πόλιν οἰκίζομεν, ὅπως ἔν τι ἡμῖν ἔθνος ἔσται διαφερόντως εὔδαιμον, ἀλλ' ὅπως ὅτι μάλιστα ὅλη ἡ πόλις· ᾠήθημεν γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ μάλιστα ἂν εὑρεῖν δικαιοσύνην καὶ αὖ ἐν τῇ κάκιστα οἰκουμένῃ ἀδικίαν, κατιδόντες δὲ κρῖναι ἂν ὃ πάλαι ζητοῦμεν. νῦν μὲν οὖν, ὡς οἰόμεθα, τὴν εὐδαίμονα πλάττομεν οὐκ ἀπολαβόντες ὀλίγους ἐν αὐτῇ τοιούτους τινὰς τιθέντες, ἀλλ' ὅλην· αὐτίκα δὲ τὴν ἐναντίαν σκεψόμεθα. Cf. p. 420, B. Quum Socrates mirum non fore dicat, si hi etiam ita beatissimi sint, num potest aliam ob oculos habere beatitatem, quam quae cum iustitia necessario coniuncta est? Iustam igitur ante omnia vult esse civitatem, gaudentem non alia beatitate, quam quae cum iustitia coniuncta sit. Porro quum se beatam civitatem et quidem universam ideo fingere declaret, quoniam in ea iustitiam se reperire posse speret, nonne satis verum operis finem aperit? Nam quae est civitas beata, aut unde beata efficitur, nisi eo quod iusta est, h. e. ad iustitiam tanquam ad normam facta? Prior igitur iustitia quam iusta civitas h. e. beata. Gravissimum autem hoc nobis videtur esse, quod hoc demum loco pronunciat Socrates, quod antea non solum celaverat, sed negaverat etiam, (cf. p. 372, E.) omnem, qui inde a libro secundo p. 368. habitus est sermo, ad perfectam civitatem pertinere. Nam ne quaesivisse se quidem adhuc dicit iustitiam. Debuit igitur his tanquam vestigiis in viam quasi duci lector, qui de instituto sermone recte iudicare vellet. Quam caute eo et tanquam per gradus declinet oratio, iam antea diximus, nec videtur facile dari posse exemplum aliquod magis illustre, magisque aptum ad cognoscendas dialogi leges quas secutus est Plato. Etiam ii, qui nostram de operis fine sententiam non probent, dare cogentur, id fecisse Platonem ideo, ut sermo sponte sua profluere, non dedita opera quaesitus esse

videatur. Qua igitur causa commotum initio de civitate in universum tantum, atque adeo de luxurianti civitate (cf. lib. II. p. 372, E.) dixisse putabimus, nisi ea, quae ex nostra de operis fine sententia iam sponte sequitur, quod noluerit verum operis consilium atque finem patere? Etenim si iam initio declaravisset, se optimam civitatem velle describere, nonne statim omnes intellexissent, primum sciendum esse iustitia quid sit, priusquam civitatem quis possit ad eam instituere? Quod desiderari non posse videbatur, si quis ipsam civitatem condens, paulatim orationem ad optimam civitatem traduceret. Et potuit quidem utroque modo res confici, illa fuisset ratio operis quod vocant systematici, haec dialogi cuius magis poëtica est indoles. Ad rem vero ipsam nihil interest, utrum iam initio declaret, an hoc demum loco profiteatur, se perfectam civitatem iam initio voluisse describere, si modo omnem ad iustitiam vere componat.

Etiamsi vero ita statuimus, tamen miramur fuisse qui putaverint, Platonem nusquam palam pronunciavisse, quid in hoc opere secutus sit. Pronunciavit id quidem satis aperte Plato, *ᾠήθημεν γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ μάλιστα ἂν εὑρεῖν δικαιοσύνην καὶ αὖ ἐν τῇ κάκιστα οἰκουμένῃ ἀδικίαν, κατεδόντες δὲ σκοπεῖν ἂν ὃ πάλαι ζητοῦμεν.* sed res ipsa huic professioni adversatur, nec potest horum verborum alia mens esse, quam se, quum iustam civitatem condere decreverint, non discedere debere a iustitia, vero iustae civitatis principio, nec alia curare, ne beatitatem quidem ipsam, quae tamen, si iusta sit civitas, in universam civitatem redundatura sit. Quod si quis quaerat, cur ne hoc quidem loco Plato dimittat id quod simulabat, se iustitiam velle quaerere et iniustitiam, ut iudicare possit utrum praestet, is necessarium id fuisse cogitet ad conservandam operis indolem, qua eadem re aequabile et congruum sibi reddebatur omne opus. Intelligitur enim si semel simulavisset Plato se iustitiam velle quaerere, non fuisse eam speciem in opere ipso unquam dimittendam, nec violenter disturbandam artificiosam operis conformationem, nec laedendum id quod decorum vocant artifices, *τὸ πρέπον*.

Porro negligendum non esse videtur, quod Plato, si haec ut dicta sunt accipiamus, quaestionis finem non in sermone ipso,

dat, ut haec mala a civitate arceant. Nam divitiis luxum atque inertiam et res novas oriri, egestate illiberalitatem et maleficia cum rebus novis. Omnia igitur ita instituit, ut civitas ne intereat, in eumque finem suadet, ut divitiae atque egestas, quae eam interire faciant, aequaliter arceantur. Quod si quis, seclusis divitiis, civitatem in bellis inferiorem futuram putet, eum reputare vult, hos custodes tam fortes tamque exercitatos in armis esse, ut etiamsi cum hostibus multo maioribus numero congrediantur, tamen de victoria dubitare non debeant. Quod, ne mirum accidat, illustrat exemplo a pugilatu repetito. Hac arte bene eruditum duos tresve, artis ignaros, facile superaturum. Eodem modo, et multo adhuc magis, se rem habere cum bellica arte. Praeterea ipsum contentum divitiarum ad reportandam victoriam utilem futurum. Nam omnes reliquas civitates factionibus divitum inopumque distineri. *Εὐδαίμων εἴ, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι οἴει ἄξιον εἶναι ἄλλην τινὰ προσεπεῖν πόλιν, ἢ τὴν τοιαύτην, οἵαν ἡμεῖς κατεσκευάζομεν. Ἀλλὰ τί μήν; ἔφη. Μειζόνως, ἦν δ' ἐγώ, χρὴ προσαγορεύειν τὰς ἄλλας· ἑκάστη γὰρ αὐτῶν πόλεις εἰσὶ πάμπολλαι, ἀλλ' οὐ πόλις, τὸ τῶν παιζόντων. δύο μὲν γάρ, κἂν ὁτιοῦν ᾖ, πολεμία ἀλλήλαις, ἡ μὲν πενήτων, ἡ δὲ πλουσίων. τούτων δ' ἐν ἑκατέρᾳ πάνυ πολλαί.* Cf. p. 422, E. Quorum si alteris alterius partis bona se concessuros esse polliceantur, futurum, ut una pars hostilium civitatum cum ipsis contra cives suos pugnet. Civitatem igitur quamdiu sobria sit, ut modo eam ordinaverint, vere maximam fore, etiamsi modo mille propugnatores habeat. Tam magnam civitatem unam non facile neque apud Graecos neque apud barbaros inveniri, multas vero quae multo maiores esse videantur. Esse igitur hunc optimum finem, quem in definienda magnitudine civitatis, et in territorio eidem assignando sequi debeant magistratus: quantum aucta una mansura sit, usque eo augere, non ultra. Hoc igitur aliud praeceptum esse, quod servare debeant custodes, cavere omni modo, ut civitas neque magna neque parva esse videatur, sed sufficiens atque una. Cui talia legenti non succurrant in memoriam ea, quae apud Spartanos Lycurgus ad arcendas a civibus nimias opes et inopiam, gravissimam causam discordiarum in civitatibus admodum sollerter instituit? *σεισάχθεια* Solonis? perpetuae

turbae quibus Romana civitas concussa est, quarum non alia gravior causa extitit, quam plebis inopia? Quis non recordetur eorum, quae nostris temporibus in civitatibus, praecipue apud Franco-Gallos, accidere vidimus? Sunt adeo multi, qui ex miseranda multi maioris civium partis apud Britannos inopia potentissimae huius civitatis interitum praesagiant. Ut haec praecepta non facile cuiquam in mentem veniet alio trahere, quam ad civitatem, ita tertium hoc, item politicum, nos ad principium universae civitatis, ad iustitiam, reducit: *Καὶ τούτου γε, ἦν δ' ἐγὼ, ἔτι φαυλότερον τόδε, σὺ καὶ ἐν τῷ πρόσθεν ἐπεμνήσθημεν λέγοντες; ὡς δέοι, ἐάν τε τῶν φυλάκων τις φαῦλος ἔκγονος γένηται, εἰς τοὺς ἄλλους αὐτὸν ἀποπέμπεσθαι, ἐάν τ' ἐκ τῶν ἄλλων σπουδαῖος, εἰς τοὺς φύλακας. τοῦτο δ' ἐβούλετο δηλοῦν, ὅτι καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας, πρὸς ὅ τις πέφυκε, πρὸς τοῦτο ἕνα πρὸς ἓν ἕκαστον ἔργον δεῖ κομίζειν, ὅπως ἂν ἓν τὸ αὑτοῦ ἐπιτηδεύων ἕκαστος μὴ πολλοὶ, ἀλλ' εἷς γένηται, καὶ οὕτω δὴ ξύμπασα ἡ πόλις μία φύηται, ἀλλὰ μὴ πολλαί.* Cf. etiam lib. IV. p. 443, B.

Videtur esse operae pretium Schleiermacheri p. 17. et 18. de his locis propositam sententiam accuratius perpendere. Atque is ita dicit: «Wogegen das Gesetz, welches am Ende dieses Theiles geltend gemacht wird gegen Adeimantos, dass die Glückseligkeit im Ganzen des Staates sein müsse, nicht in einem einzelnen Theile, so wie auch die Vorschrift, dass Reichthum und Armuth gleichmässig von dem gemeinen Wesen müssten abgehalten werden, ganz hieher gehören, und nicht minder für die einzelne Seele gemeint sind als für den Staat.» Quod si singulos homines auctor in his spectaret, cur de civitate loquitur, non de singulis, ita quidem ut nusquam, ne verbo quidem, eorum mentio fiat? Nam apertiorem aut faciliorem hac ratione inita rem futuram esse, quis possit credere? Huc accedit, quod de singulorum beatitate libro nono loquens Socrates inferiorum animi facultatum et eorum quae ab his appetantur, fere nullam rationem habet, quod tamen exspectes, si hoc loco dicta ad singulos pertinerent. Et mirati sumus Schleiermacherum ad singulorum animos trahere praeceptum Platonis, opes nimias atque inopiam aequaliter a civitate arcendas esse. Nam quae

dat, ut haec mala a civitate arceant. Nam divitiis luxum atque inertiam et res novas oriri, egestate illiberalitatem et maleficia cum rebus novis. Omnia igitur ita instituit, ut civitas ne intereat, in eumque finem suadet, ut divitiae atque egestas, quae eam interire faciant, aequaliter arceantur. Quod si quis, seclusis divitiis, civitatem in bellis inferiorem futuram putet, eum reputare vult, hos custodes tam fortes tamque exercitatos in armis esse, ut etiamsi cum hostibus multo maioribus numero congrediantur, tamen de victoria dubitare non debeant. Quod, ne mirum accidat, illustrat exemplo a pugilatu repetito. Hac arte bene eruditum duos tresve, artis ignaros, facile superaturum. Eodem modo, et multo adhuc magis, se rem habere cum bellica arte. Praeterea ipsum contemtum divitiarum ad reportandam victoriam utilem futurum. Nam omnes reliquas civitates factionibus divitum inopumque distineri. *Εὐδαίμων εἶ, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι οἴει ἄξιον εἶναι ἄλλην τινὰ προσειπεῖν πόλιν, ἢ τὴν τοιαύτην, οἵαν ἡμεῖς κατεσκευάζομεν. Ἀλλὰ τί μήν; ἔφη. Μειζόνως, ἦν δ' ἐγώ, χρὴ προσαγορεύειν τὰς ἄλλας· ἑκάστη γὰρ αὐτῶν πόλεις εἰσὶ πάμπολλαι, ἀλλ' οὐ πόλις, τὸ τῶν παιζόντων. δύο μέν γὰρ, κἂν ὁτιοῦν ᾖ, πολεμία ἀλλήλαις, ἡ μὲν πενήτων, ἡ δὲ πλουσίων. τούτων δ' ἐν ἑκατέρᾳ πάνυ πολλαί.* Cf. p. 422, E. Quorum si alteris alterius partis bona se concessuros esse polliceantur, futurum, ut una pars hostilium civitatum cum ipsis contra cives suos pugnet. Civitatem igitur quamdiu sobriam sit, ut modo eam ordinaverint, vere maximam fore, etiamsi modo mille propugnatores habeat. Tam magnam civitatem unam non facile neque apud Graecos neque apud barbaros inveniri, multas vero quae multo maiores esse videantur. Esse igitur hunc optimum finem, quem in definienda magnitudine civitatis, et in territorio eidem assignando sequi debeant magistratus: quantum aucta una mansura sit, usque eo augere, non ultra. Hoc igitur aliud praeceptum esse, quod servare debeant custodes, cavere omni modo, ut civitas neque magna neque parva esse videatur, sed sufficiens atque una. Cui talia legenti non succurrant in memoriam ea, quae apud Spartanos Lycurgus ad arcendas a civibus nimias opes et inopiam, gravissimam causam discordiarum in civitatibus admodum sollerter instituit? *σεισάχθεια* Solonis? perpetuae

ideo inexplicata relinquere hoc loco, quoniam ab operis fine atque consilio nimium absint, et alio loco commode explicari potuerint.

Ego contra affirmo ea hoc loco non explicari, quia ad alia properaret, iustitiam, quae iam explicari debebat, si dialogi verisimilitudinem laedere nollet. Quid? Haec commemorari non poterant, etiamsi ab operis fine aliena essent, ut infra de iis dici posset, et operis ratio constaret? Audio. At quanto verisimilius videri debet, ea cum operis fine atque consilio iustaque eius ratione, qua non aliena annectuntur, sed ad operis finem pertinentia suo loco collocantur, plane congruere? Nam verborum *καὶ ἄλλα γε ὅσα νῦν ἡμεῖς παραλείπομεν* quis sensus potest esse alius, *quam: ea hic tradenda quidem esse, tanquam suo*

---

bei rechter Unterweisung alles hier Uebergangene von selbst werde richtig gefunden werden. *Dann aber liegt auch der Vorsatz im Hintergrunde, eben dieses Uebergangene hernach weiter zu erkunden und zu entwickeln.* Doch glaube ich kaum, dass Platon einen so auffallenden und angefochtenen Punkt würde auf diese Art zuerst zur Sprache gebracht haben, wenn diese Theorie seinen Lesern etwas ganz neues gewesen wäre; die Natürlichkeit des Gesprächs wäre zu sehr verletzt worden, wenn die Theilnehmer über die erste Erwähnung eines so ungeheuern und ganz unbekannten so leicht hingegangen wären. Darum ist mir schon hieraus wahrscheinlich, dass über diese Theorie aus der Schule war geschwatzt worden, und dass sie ziemlich allgemein bekannt war, vielleicht schon lange ehe Platon dieses Werk verfasste.» Sed cogitentur haec: Quod si hae res audientibus tam mirabiles visae essent, quam videri debuisse vult Schleiermacherus, hoc ipso loco explicandae fuerunt. Nam non fuerunt notae in vulgus, cf. initium lib. V., et si notae fuissent, ideo non minus mirae, aliquatenus saltem explicandae fuerunt. Itaque notae non fuerunt. Sed suntne ista tam mirabilia per se? *Παράδοξα* tum demum videntur, si legerimus ea, quae postea de iis afferuntur. Nam si Pythagoraeorum proverbii, *πάντα κοινὰ τὰ φίλων*, si moris Spartanorum aliorumque memores simus, adeo mira videri non debent. Imo neminem qui haec primo legat aut audiat, nec ea quae deinceps his de rebus praecipiuntur cognita habeat, hoc loco haesiturum esse affirmo. Nam tam diverso modo haec accipi possunt, ut nemo facile cogitet Platonem ita haec omnia communia dicere, ut communes sint omnium uxores, concubitus, liberi. Unusquisque enim hoc *ὅτι δεῖ ταῦτα ὅ τι μάλιστα κοινὰ τῶν φίλων κοινεῖσθαι* ita accipiet, ut *ὅ τι μάλιστα* explicet, «in quantum fieri possit maxime.» Distinctum autem nondum est, in quantum hoc fieri

de reliquis opificibus, opibus atque inopia corrumpi solitis, dicuntur, ea tantum huius praecepti illustrandi causa dici patet.

Quorsum autem alio trahere possis, quae de ratione belli gerendi, de civitatis magnitudine atque unitate dicuntur, quam ad civitatem? Ac ne constat quidem sibi ipse Schleiermacherus, qui quum de iisdem rebus in fine prioris libri dicens pronunciavisset: »Von dieser rein ethischen Abzweckung auf den Einzelnen macht freilich eine Ausnahme die aufgestellte Lebensordnung für die Vertheidiger, die ganz zu dem eigenthümlichen des Platonischen Staates gehört«; hoc loco non dubitat pronunciare, praeceptum divitias atque inopiam aequaliter a republica arcendas esse, non minus ad singulos pertinere, quam ad civitatem. Quod tamen praeceptum iam illo loco Plato dederat, quo vitae genus custodum describebat. Cf. lib. III. p. 416, E. Vides igitur interpretes in his non sequi Platonis ipsius doctrinam, sed pro suo arbitrio, modo haec modo illa ad singulorum animos referre, prout aliquam similitudinem inter statum civitatis et singulorum animos sibi reperisse visi sunt. Quae Platonis interpretandi ratio, qua non solum quae vere dixerit, sed etiam alia *συμβολικῶς* innuere auctorem statuunt, in universum improbanda videtur.

Qua finita disputatione Socrates, Minime, inquit, o bone Adimante, ut putet aliquis, haec multa magnaque iis praecipimus, sed parva omnia, si quod dici solet, unum magnum conservent, imo potius pro magno sufficiens. Quid hoc, inquit? Educationem, inquam, et eruditionem. Nam si bene educati moderati viri fiant, haec omnia facile videbunt, *καὶ ἄλλα γε ὅσα νῦν ἡμεῖς παραλείπομεν, τήν τε τῶν γυναικῶν κτῆσιν καὶ γάμων καὶ παιδοποιίας, ὅτι δεῖ ταῦτα κατὰ τὴν παροιμίαν πάντα ὅτι μάλιστα κοινὰ τὰ φίλων ποιεῖσθαι. Ὀρθότατα γὰρ, ἔφη, γίγνοιτ' ἄν.* Cf. p. 423, extr. St.*) Interpretes iudicaverunt Platonem haec

*) Cf. Schleierm. adnot. ad. h. l. p. 550.: «*Am richtigsten wäre das wohl.* — Schon an diesem leichten Zugeständniss, da der Satz doch so ganz paradox ist, wird wohl jeder Anstoss nehmen. Zunächst aber geht das Zugeständniss nicht auf das einzelne Beispiel sondern vielmehr darauf, dass

ideo inexplicata relinquere hoc loco, quoniam ab operis fine atque consilio nimium absint, et alio loco commode explicari potuerint.

Ego contra affirmo ea hoc loco non explicari, quia ad alia properaret, iustitiam, quae iam explicari debebat, si dialogi verisimilitudinem laedere nollet. Quid? Haec commemorari non poterant, etiamsi ab operis fine aliena essent, ut infra de iis dici posset, et operis ratio constaret? Audio. At quanto verisimilius videri debet, ea cum operis fine atque consilio iustaque eius ratione, qua non aliena annectuntur, sed ad operis finem pertinentia suo loco collocantur, plane congruere? Nam verborum *καὶ ἄλλα γε ὅσα νῦν ἡμεῖς παραλείπομεν* quis sensus potest esse alius, *quam: ea hic tradenda quidem esse, tanquam suo*

---

bei rechter Unterweisung alles hier Uebergangene von selbst werde richtig gefunden werden. *Dann aber liegt auch der Vorsatz im Hintergrunde, eben dieses Uebergangene hernach weiter zu erkunden und zu entwickeln.* Doch glaube ich kaum, dass Platon einen so auffallenden und angefochtenen Punkt würde auf diese Art zuerst zur Sprache gebracht haben, wenn diese Theorie seinen Lesern etwas ganz neues gewesen wäre; die Natürlichkeit des Gesprächs wäre zu sehr verletzt worden, wenn die Theilnehmer über die erste Erwähnung eines so ungeheuern und ganz unbekannten so leicht hingegangen wären. Darum ist mir schon hieraus wahrscheinlich, dass über diese Theorie aus der Schule war geschwatzt worden, und dass sie ziemlich allgemein bekannt war, vielleicht schon lange ehe Platon dieses Werk verfasste.» Sed cogitentur haec: Quod si hae res audientibus tam mirabiles visae essent, quam videri debuisse vult Schleiermacherus, hoc ipso loco explicandae fuerunt. Nam non fuerunt notae in vulgus, cf. initium lib. V., et si notae fuissent, ideo non minus mirae, aliquatenus saltem explicandae fuerunt. Itaque notae non fuerunt. Sed suntne ista tam mirabilia per se? *Παράδοξα* tum demum videntur, si legerimus ea, quae postea de iis afferuntur. Nam si Pythagoraeorum proverbii, *πάντα κοινὰ τὰ φίλων*, si moris Spartanorum aliorumque memores simus, adeo mira videri non debent. Imo neminem qui haec primo legat aut audiat, nec ea quae deinceps his de rebus praecipiuntur cognita habeat, hoc loco haesiturum esse affirmo. Nam tam diverso modo haec accipi possunt, ut nemo facile cogitet Platonem ita haec omnia communia dicere, ut communes sint omnium uxores, concubitus, liberi. Unusquisque enim hoc *ὅτι δεῖ ταῦτα ὅ τι μάλιστα κοινὰ τῶν φίλων ποιεῖσθαι* ita accipiet, ut *ὅ τι μάλιστα* explicet, «in quantum fieri possit maxime.» Distinctum autem nondum est, in quantum hoc fieri

loco, sed nunc omitti? Quae si tradita essent hoc loco, non solum ipsa alio nisi ad civitatem trahi non poterant, sed indicare etiam debebant, versari opus in describenda republica, quum tamdiu in ea versetur oratio, et eiusmodi res explicentur, quae cum iustitiae quaestione nihil omnino coniunctae sunt. Sed estne res eadem, si serius explicantur? Nam cur hoc loco transeantur, id cum ex antea dictis perspicitur, tum postea magis etiam apparebit. Longius enim, nisi ipse turbare vellet in lectorum animis excitatam opinionem, iustitiae explicandae gratia haec omnia dici, ea quaestio differri nequibat. Quare hoc loco, absoluta gravissima disputationis parte, satis commode de civitate habitum sermonem deserit, ut ad iustitiam indagandam se accingat, quam tamen eum tantum in finem quaeri docebimus, ut in ea

---

possit. Schleierm. igitur, quod in mente haberet quae serius leguntur multum erravit, nec ullo fundamento nituntur, quae de divulgato iam antea hoc dogmate conlicit. Praeterea verba: *Ὀρθότατα γὰρ, ἔφη, γίγνοιτ' ἄν*, non recte cepit Schleierm. non ad ea quae antea singulatim commemorata sint trahenda esse dicens, sed probari istis quae dixerit, facile inveniri omnia quaecunque apta essent, si bene educarentur cives. Tum vero scribendum fuit: *Διόψονται γὰρ*, aut simile quid aliud. — Quam vere haec omnia a nobis moneantur ipse Plato probet, quem eadem omnia dicere videbis, quae nos affirmavimus. Neque supervacaneum sit addere, haec a nobis iam scripta fuisse, quum in relegendo Platone ad eum locum veniremus, quem iam adscribemus, cuius tamen in scribendis iis quae legisti, memores non fuimus. Cf. libri quinti initium p. 449, C. ubi haec scripta sunt: *Ἀποῤῥαθυμεῖν ἡμῖν δοκεῖς, ἔφη, καὶ εἶδος ὅλον οὐ τὸ ἐλάχιστον ἐκκλέπτειν τοῦ λόγου, ἵνα μὴ διέλθῃς, καὶ λήσειν οἰηθῆναι εἰπὼν αὐτὸ φαύλως, ὡς ἄρα περὶ γυναικῶν τε καὶ παίδων παντὶ δῆλον, ὅτι κοινὰ τὰ τῶν φίλων ἔξαι. Οὐκοῦν ὀρθῶς, ἔφην, ὦ Ἀδείμαντε; Ναί, ἦ δ' ὅς. ἀλλὰ τὸ ὀρθῶς τοῦτο, ὥσπερ τἆλλα λόγου δεῖται, τίς ὁ τρόπος τῆς κοινωνίας· πολλοὶ γὰρ ἂν γένοιντο. μὴ οὖν παρῇς ὄντινα σὺ λέγεις. ὡς ἡμεῖς πάλαι περιμένομεν οἰόμενοί σέ που μνησθήσεσθαι παιδοποιίας τε πέρι πῶς παιδοποιήσονται, καὶ γενομένους πῶς θρέψουσι, καὶ ὅλην ταύτην ἣν λέγεις κοινωνίαν γυναικῶν τε καὶ παίδων· μέγα γάρ τι οἰόμεθα φέρειν καὶ ὅλον εἰς πολιτείαν ὀρθῶς ἢ μὴ ὀρθῶς γιγνόμενον.* Voluisse autem Platonem, hac eorum quae hoc loco omittit commemoratione, praeparare latiorem de his rebus sermonem, quem postea instituit, id neminem infitias iturum esse arbitramur. In qua autem tum alia re sermonis finis positus esse potest, quam in civitate?

omnem civitatem exstructam esse appareat. Ad civitatem vero pertinere non haec solum, sed sequentia etiam, res ipsa docet. Itaque pergamus: Rempublicam, Socrates inquit, quae semel bene currere coeperit, pergere quemadmodum orbes soleant, qui semper maiores fiant. Nam bonam educationem bona ingenia efficere, bonis vero ingeniis praeditos, si bona educatione usi fuerint, meliores etiam prioribus evadere, cum in reliquis rebus, tum in generando. Videndum igitur esse summis reipublicae magistratibus, ne quid circa gymnasticam et musicam artem novetur. *Εἶδος γὰρ καινὸν μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον ὡς ἐν ὅλῳ κινδυνεύοντα· οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων, ὥς φησί τε Δάμων καὶ ἐγὼ πείθομαι.* Hanc autem legis migrationem facile et clanculum irrepere atque ita, ut nihil mali effectura esse videatur. Nam sensim se insinuantem in mores serpere et studia, ex his in mutua commercia iam maiorem procedere, ex commerciis progredi ad leges remque publicam cum multa licentia, donec tandem cuncta et privata et publica pervertat, *ἕως ἂν τελευτῶσα πάντα ἰδίᾳ καὶ δημόσίᾳ ὀνατρέψῃ.* Ob eam igitur causam pueros huius civitatis, quod iam initio dixerit, ludis magis legitimis imbuendos esse. Nam id nisi fiat, legibus obedientes et bonos viros ex iis provenire non posse. Si vero coeperint pueri pulchre ludere, et ordinem legibus consentaneum per musicam acceperint, plane contrario modo atque in illis ad omnia sequi eundem et iuvare, corrigentem etiam si quid antea in civitate iacuerit. Eos igitur qui ita educati sint facile inventuros parva haec, quomodo erga seniores se gerere debeant iuniores, erga parentes liberi, et omnem corporis habitum cultumque qui deceat: stultum vero esse ea legibus scriptis velle sancire, quum neque fierent neque manerent *λόγῳ τε καὶ γράμμασι νομοθετηθέντα.* Nam, ita concludit Socrates: *Κινδυνεύει γοῦν ἐκ τῆς παιδείας ὅποι ἄν τις ὁρμήσῃ, τοιαῦτα καὶ τὰ ἑπόμενα εἶναι. ἢ οὐκ οἶει τὸ ὅμοιον ὂν ὁμοιον παρακαλεῖ; Τί μήν; Καὶ τελευτῶν δὴ, οἶμαι, φαῖμεν ἂν εἰς ἕν τι τέλεον καὶ νεανικὸν ἀποβαίνειν αὐτὸ ἢ ἀγαθὸν ἢ καὶ τοὐναντίον. Τί γὰρ οὔκ; ἦ δ' ὅς. Ἐγὼ μὲν τοίνυν, εἶπον, διὰ ταῦτα οὐκ ἂν ἔτι τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρήσαιμι νομοθετεῖν. Εἰκότως γ', ἔφη.* Haec autem, ut etiam sequentia,

eorum causa commemoramus, qui mirati sunt, quid sit quod Plato in Republica de multis rebus politicis non disseruerit. *Τί δὲ, ὦ πρὸς θεῶν, ἔφην, τάδε τὰ ἀγοραῖα ξυμβολαίων τε πέρι κατ' ἀγορὰν, ἕκαστοι ἃ πρὸς ἀλλήλους ξυμβάλλουσιν, εἰ δὲ βούλει, καὶ χειροτεχνικῶν πέρι ξυμβολαίων καὶ λοιδοριῶν καὶ αἰκίας καὶ δικῶν λήξεως καὶ δικαστῶν καταστάσεως, καὶ εἴ που τελῶν τινες ἢ πράξεις ἢ θέσεις ἀναγκαῖοί εἰσιν ἢ κατ' ἀγορὰς ἢ λιμένας, ἢ καὶ τὸ παράπαν ἀγορανομικὰ ἄττα ἢ ἀστυνομικὰ ἢ ἐλλιμενικὰ ἢ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, τούτων τολμήσομέν τι νομοθετεῖν; Ἀλλ' οὐκ ἄξιον, ἔφη, ἀνδράσι καλοῖς καγαθοῖς ἐπιτάττειν· τὰ πολλὰ γὰρ αὐτῶν, ὅσα δεῖ νομοθετήσασθαι, ῥᾳδίως που εὑρήσουσι. Ναὶ, ὦ φίλε, εἶπον, ἐάν γε θεὸς αὐτοῖς διδῷ σωτηρίαν τῶν νόμων, ὧν ἔμπροσθεν διήλθομεν.* Cf. p. 425, C. Nam id nisi fiat, multa eiusmodi per omnem vitam et ferre et corrigere, sperantes id se assecuturos esse quod optimum sit, sed vivere eos quemadmodum aegri soleant, qui propter libidinem malam vivendi consuetudinem relinquere nolint. Eos medicamentis adhibendis nihil proficere, sed multo plures et maiores morbos reddere, semper sperantes, si quis medicamentum aliquod commendet, se eo valetudinem recuperaturos esse. Eosdem inimicissimum putare eum, qui vera ipsis dicat, quod, antequam desinant ebrietati, gulae, veneri, inertiae indulgere, neque medicamenta, neque ustiones, neque incisiones, neque incantationes neque quidquam huiusmodi usui futurum sit. Idem accidere civitatibus quae vetent civibus, proposita capitis poena, *τὴν μὲν κατάστασιν τῆς πόλεως ὅλην μὴ κινεῖν*, eos autem, qui, servato praesenti reipublicae statu, ipsis suavissima ratione serviant, obsequantur succurrentes et providentes ipsorum voluntates, peritique sint eas explendi, bonos viros habeant et prudentes rerum maximarum et honore dignos. Nam eorum fortitudinem et facilitatem esse amore dignam, qui eiusmodi civitates curare velint et parati sint; ignoscendum etiam iis, qui, a multitudine in errorem inducti, se reipublicae regendae peritos esse putent. Nam fieri non posse ut quis metiendi ignarus, si multi alii ipsi dicant, quod quatuor cubitos longus sit, hoc de se non credat. His igitur ignoscendum esse, esse enim suavissimos omnium, *νομοθετοῦντες τε οἷα ἄρτι*

διήλθομεν καὶ ἐπανορθοῦντες ἀεὶ οἰόμεναί τι πέρας εὑρήσειν περὶ τὰ ἐν τοῖς ξυμβολαίοις κακουργήματα καὶ περὶ ἃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, ἀγνοοῦντες, ὅτι τῷ ὄντι ὥσπερ Ὕδραν τέμνουσι. Καὶ μήν, ἔφη, οὐκ ἄλλο τί γε ποιοῦσιν. Ἐγὼ μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, τὸ τοιοῦτον εἶδος νόμων πέρι καὶ πολιτείας οὔτ' ἐν κακῶς οὔτ' ἐν εὖ πολιτευομένῃ πόλει ᾤμην ἂν δεῖν τὸν ἀληθινὸν νομοθέτην πραγματεύεσθαι· ἐν τῇ μὲν ὅτι ἀνωφελῆ, καὶ πλέον οὐδέν, ἐν δὲ τῇ, ὅτι τὰ μὲν αὐτῶν κἂν ὁστισοῦν εὕροι, τὰ δὲ, ὅτι αὐτόματα ἔπεισιν ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἐπιτηδευμάτων. Ita intelligitur, quam parum recte Morgensternius, comm. III. p. 180. 181. sqq., si Plato reipublicae perfectae formam exhibere et demonstrare voluerit, quomodo talis respublica fieri possit, desideret, quae consulto se omittere dicit Plato, rationem iudiciorum et vectigalium, alia. Poterat haec omittere Plato si *perfectae* reipublicae formam describere vellet; non poterat omittere, si civitatum, quales plerumque sunt, rationem haberet. Nam talia facilia inventu esse dicit, et aut sponte sequi, aut neglecta civium educatione inania fore*). Non poterat tamen eiusmodi res relinquere Plato, si in civitate iustitiam quaereret. Nam nisi afferret iustitiam cognitam iam ad disputationem de civitate, ubi iustitiae originem inveniri sperare poterat, nisi in his? Disputavit tamen de his quoque quantum necessarium videbatur. Cf. de iudiciis dicta sub finem tertii libri. Vides igitur cur de eiusmodi rebus in civitate perfecta non dicat Plato, eandemque rationem etiam ad sequentia transferes. Nam quae, principiis recte explicatis, facilia inventu sunt, nec philosophicam disputationem desiderant, aut sponte sequuntur, ea recte omisit philosophus. *Τί οὖν, ἔφη, ἔτι ἂν ἡμῖν λοιπὸν τῆς νομοθεσίας εἴη***); *Καὶ ἐγὼ εἶπον, ὅτι ἡμῖν μὲν οὐδέν, τῷ μέντοι Ἀπόλλωνι, τῷ*

*) Quae deinceps a Morgensternio in Platone reprehenduntur, «quod in ipsa civitatis forma constituenda illud plane non prospectum sit, ut apta virium reipublicae temperatione producatur ea potentia seu vis physica, per quam, si quando publicae saluti irrationalis unius aut plurium libido adversetur, haec facile vinci et contineri queat» et. ea recte reprehenderentur, si in hoc Opere non de civitate *perfecta* sermo esset. Nam in civitate perfecta omnium eorum quae desiderat M. vicem gerit bona educatio et iustitia.

**) Ad finem vergere unam disputationis partem haec verba docent.

ἐν Δελφοῖς, τά τε μέγιστα καὶ κάλλιστα καὶ πρῶτα τῶν νομοθετημάτων. Τὰ ποῖα; ἦ δ' ὅς. Ἱερῶν τε ἱδρύσεις καὶ θυσίαι καὶ ἄλλαι θεῶν τε καὶ δαιμόνων καὶ ἡρώων θεραπεῖαι τελευτησάντων τε αὖ θῆκαι καὶ ὅσα τοῖς ἐκεῖ δεῖ ὑπηρετοῦντας ἵλεως αὐτοὺς ἔχειν· τὰ γὰρ δὴ τοιαῦτα οὔτ' ἐπιστάμεθα ἡμεῖς οἰκίζοντες τε πόλιν οὐδενὶ ἄλλῳ πεισόμεθα, ἐὰν νοῦν ἔχωμεν, οὐδὲ χρησόμεθα ἐξηγητῇ, ἀλλ' ἢ τῷ πατρίῳ· οὗτος γὰρ δή που ὁ θεὸς περὶ τὰ τοιαῦτα πᾶσιν ἀνθρώποις πάτριος ἐξηγητὴς ἐν μέσῳ τῆς γῆς ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ καθήμενος ἐξηγεῖται. Καὶ καλῶς γ', ἔφη, λέγεις, καὶ ποιητέον οὕτως. Cf. p. 427, B. Dubium non est, quin de his Plato propterea non latius disseruerit, quod satis haberet ea tradere, quae optimam civitatem efficerent, omitti posse putaret, quae his explicatis, sponte sequerentur. Haec igitur causa est, cur de deorum vi et natura antea tam accurate disputaverit, eundemque sermonem ad daemonas et mortuorum animas transtulerit, hoc autem loco templorum aedificationem, aliaque id genus ad Apollinem Delphicum remittat. Qua re simul id assequitur, ut de iis, quae accuratiore disputatione non egere videbantur, dicere necesse non sit, simul omnem suspicionem, quasi deorum religionem negligeret, a se avertat. Nam eius quoque rei rationem habendam esse Socratis fortuna docere poterat. Sed si omnem sermonis rationem cognitam habeamus, ea potissimum de causa id factum esse intelligemus, qua de vectigalibus, de iudiciis aliisque rebus non exposuit. Nam quis talia nescivisse Platonem credet? τὰ γὰρ δὴ τοιαῦτα οὔτ' ἐπιστάμεθα ἡμεῖς. Possunt vero haec etiam documento esse, quantopere veram rempublicam spectet auctor, qui talium etiam rerum voluerit mentionem saltem facere, ne quid deesse videretur, civitatis condendae aperte ratione habita — οἰκίζοντες τε πόλιν κ. τ. ἑ.

Atque is est finis eius sermonis, quo hanc civitatem adumbravit Plato, satis indicatus cum iis quae hoc loco scripta habes, tum iis quae statim adduntur: Ὡκισμένη μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἤδη ἄν σοι εἴη, ὦ παῖ Ἀρίζωνος ἡ πόλις· τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο σκόπει ἐν αὐτῇ φῶς ποθὲν πορισάμενος ἱκανὸν αὐτός τε καὶ τὸν ἀδελφὸν παρακάλει καὶ Πολέμαρχον καὶ τοὺς ἄλλους, ἐάν πως ἴδωμεν, ποῦ ποτ' ἂν εἴη ἡ δικαιοσύνη καὶ ποῦ ἡ ἀδικία,

καὶ τί ἀλλήλοιν διαφέρετον, καὶ πότερον δεῖ κεκτῆσθαι τὸν μέλλοντα εὐδαίμονα εἶναι, ἐάν τε λανθάνῃ ἐάν τε μὴ πάντας θεούς τε καὶ ἀνθρώπους. p. 427, D. St. Idem confirmat Schleiermacherus introd. p. 20.: « Atque hoc quidem loco, adumbrata quadamtenus civitate, tertia operis pars incipit, satis significata eo quod Adimantus non fratrem solum, sed Polemarchum etiam et reliquos omnes advocare iubetur. »

Iam non defuturos arbitror qui reprehendant, quod tertium librum satis apte a reliquo sermone separari dicamus, et tamen novae quaestionis initium non in tertii libri finem incidere, sed hoc demum loco esse statuamus. Sed utrumque recte affirmamus. Nam summo consilio factum est a Platone, ut novarum quaestionum initia ne semper in ipsa librorum initia inciderent. Attexuntur enim saepe non pauca, quo transitus ab una re ad aliam lenior fiat, ipsaque operis in partes et tanquam membra sua distributio minus appareat. Quod quam prudenter fecerit et dialogi condendi artisque legibus accommodate facile patet. Id igitur nostro etiam loco factum est, quemadmodum secundi libri initio factum vidimus. Nam ea quae quarti huius libri initio tractantur, quorumque argumentum cum lectore communicavimus, non ad novam aliquam quaestionem pertinent, sed claudunt quae priore libro quaesita erant, et novae quaestionis tanquam aditum aperiunt. Nam quae hoc loco de custodum beatitate, de bellis gerendis, de civitatis magnitudine atque interitu traduntur, ea omnia ex prima ista quaestione de custodum beatitate, profluunt, et iudicium de civitate iam condita continent, quod descripta demum civitate ferendum fuit. Id autem, si uno verbo rem absolvere volueris, hoc erit: *Vere beatam esse hanc civitatem*, nec necessarium, ut alia etiam addantur, quae praeterea explicari posse videantur. Ita his civitatis descriptioni absolutae tanquam coronidem imponi, aditumque ad novam quaestionem fieri patet. Quod ita esse etiam inde perspicitur, quia Plato, quum docuisset, non opus esse reliquarum rerum leges ferre, ne unam quidem reliquam esse dicit legem quam ferri oporteat, postquam de educatione civium dictum sit. Nam quae de religione dicenda sint, ea huc non pertinere et relinquenda Delphico deo. — Superest adhuc una res, quam hoc loco silentio

transire non possumus. Nam verborum: Ὠικισμένη μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἤδη ἄν σοι εἴη, ὦ παῖ Ἀρίστωνος, ἡ πόλις, si recte considerentur, hanc esse mentem vides: Omnia ea quae a secundo libro p. 368. D. St. usque ad hunc locum dicta sint, *ad civitatem referenda esse.*

SECTIO II.

Iam novae quaestionis initium oritur, et repetenda hunc in finem verba Platonis: Ὠικισμένη μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἤδη ἄν σοι εἴη, ὦ παῖ Ἀρίστωνος, ἡ πόλις· τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο σκόπει ἐν αὐτῇ, φῶς ποθὲν πορισάμενος ἱκανὸν αὐτός τε καὶ τὸν ἀδελφὸν παρακάλει καὶ Πολέμαρχον καὶ τοὺς ἄλλους, ἐάν πως ἴδωμεν, ποῦ ποτ' ἂν εἴη ἡ δικαιοσύνη καὶ ποῦ ἡ ἀδικία, καὶ τί ἀλλήλοιν διαφέρετον, καὶ πότερον δεῖ κεκτῆσθαι τὸν μέλλοντα εὐδαίμονα εἶναι, ἐάν τε λανθάνῃ ἐάν τε μὴ πάντας θεούς τε καὶ ἀνθρώπους. Οὐδὲν λέγεις, ἔφη ὁ Γλαύκων· σὺ γὰρ ὑπέσχου ζητήσειν, ὡς οὐχ ὅσιόν σοι ὂν μὴ οὐ βοηθεῖν δικαιοσύνῃ εἰς δύναμιν παντὶ τρόπῳ. Ἀληθῆ, ἔφην ἐγώ, ὑπομιμνήσκεις, καὶ ποιητέον μέν γε οὕτως, χρὴ δὲ καὶ ὑμᾶς ξυλλαμβάνειν. Ἀλλ', ἔφη, ποιήσομεν οὕτως. Ἐλπίζω τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, εὑρήσειν αὐτὸ ὧδε. οἶμαι ἡμῖν τὴν πόλιν, εἴπερ ὀρθῶς γε ᾠκίσται, τελέως ἀγαθὴν εἶναι· Ἀνάγκη, ἔφη. Δῆλον δή, ὅτι σοφή τ' ἐστὶ καὶ ἀνδρεία καὶ σώφρων καὶ δικαία. Δῆλον. Οὐκοῦν ὅ τι ἂν αὐτῶν εὑρωμεν ἐν αὐτῇ, τὸ ὑπόλοιπον ἔσται τὸ οὐχ εὑρημένον; Τί μήν; Ὥσπερ τοίνυν ἄλλων τινῶν τεττάρων, εἰ ἕν τι ἐζητοῦμεν αὐτῶν ἐν ὁτῳοῦν, ὁπότε πρῶτον ἐκεῖνο ἔγνωμεν, ἱκανῶς ἂν εἶχεν ἡμῖν, εἰ δὲ τὰ τρία πρότερον ἐγνωρίσαμεν, αὐτῷ ἂν τούτῳ ἐγνώριστο τὸ ζητούμενον· δῆλον γὰρ ὅτι οὐκ ἄλλο ἔτι ἦν, ἢ τὸ ὑπολειφθέν. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν καὶ περὶ τούτων, ἐπειδὴ τέτταρα ὄντα τυγχάνει, ὡσαύτως ζητητέον; Δῆλα δή. Cf. p. 427. St. Tandem, civitate ita descripta ut partes eius ad explicandam iustitiae notionem adhiberi posse viderentur, iustitiam quaerere

instituit. Dicit igitur se iustitiam *iniustitiamque* velle quaerere in civitate et., plane immemor eorum quae paulo ante pronunciaverat, *νῦν μὲν οὖν, ὡς οἰόμεθα, τὴν εὐδαίμονα πλάττομεν οὐκ ἀπολαβόντες ὀλίγους ἐν αὐτῇ τοιούτους τινὰς τιθέντες, ἀλλ' ὅλην· αὐτίκα δὲ τὴν ἐναντίαν σκεψόμεθα.* Quibus verbis quum partium operis rationem philosophus indicaverit, coniicere facile poteris, quo haec de iustitia et iniustitia dicta praecipue pertineant. Quin hoc ipso loco Plato significasse videtur, ex iustitiae notione, omnem hunc civitatis ordinem derivatum esse. *Οἶμαι ἡμῖν τὴν πόλιν, εἴπερ ὀρθῶς γε ᾠκισται, τελέως ἀγαθὴν εἶναι.* Qua autem alia re civitas *ὀρθῶς ᾠκισμένη* et *τέλεως ἀγαθὴ* erit, nisi eo, quod ex iustitia, cum ipsa tota, tum singula eius instituta repetita sunt? Fatetur id ipse Socrates his verbis: *Δῆλον δή, ὅτι σοφή τ' ἐστὶ καὶ ἀνδρεία καὶ σώφρων καὶ δικαία. Δῆλον.* Nam unde sapiens, fortis, temperans, iusta? Verissime etiam Schleiermacherus monuit introd. p. 20.: «Mirum esse, quod quatuor virtutes cardinales omnem iustitiae notionem atque ambitum complere philosophus dicat, etiamsi id neque hoc ipso loco, neque in ullo alio libro antea edito probatum sit. Quod si probatum non sit, omnem quam hic Plato instituat iustitiae quaerendae rationem temerariam falsamque videri. Nam tum demum, si hae quatuor virtutes omnem virtutis ambitum expleant, dici recte posse, tribus aliis inventis iustitiam esse reliquam, et ipsam quoque inventam.» Frustra igitur hoc vitium excusare conatur Schleiermacherus, quod tantum est, ut excusari nullo modo possit, si iustitiam Plato in his praecipue quaereret. Sed aliam omnino rem fieri vides, si ad civitatem hic sermo praecipue spectat, et si serius argumentis ea probasse Platonem videmus, quae hoc loco desiderantur. Sed pergamus ad reliqua. Nam verborum: *Ὥσπερ τοίνυν τἆλλων τινῶν τεττάρων, εἴ ἕν τι ἐζητοῦμεν αὐτῶν ἐν ὁτῳοῦν, ὁπότε πρῶτον ἐκεῖνο ἔγνωμεν, ἱκανῶς ἂν εἶχεν ἡμῖν, εἰ δὲ τὰ τρία πρότερον ἐγνωρίσαμεν, αὐτῷ ἂν τούτῳ ἐγνώριστο τὸ ζητούμενον· δῆλον γὰρ, ὅτι οὐκ ἄλλο ἔτι ἦν, ἢ τὸ ὑπολειφθέν. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν καὶ περὶ τούτων, ἐπειδὴ τέτταρα ὄντα τυγχάνει, ὡσαύτως ζητητέον;* sententiam parum recte cepit Stallbaumius ita scribens: «*ὡσαύτως ζητη-*

τέον; videlicet *posteriore ratione*. Vult enim priusquam ad iustitiam accedant, de sapientia, fortitudine ac temperantia quaestionem institui.» Id si dicere vellet Plato, quid attinebat priorem investigandi rationem commemorare? Nec in verbis quidquam inest, ex quo concludi possit, de posteriore tantum ratione ea intelligenda esse. In errorem inductus est Stallbaumius eo, quod Socratem posteriorem rationem sequi vidit. Voluit igitur Socrates posteriorem quidem rationem inire, quod docere vellet singulas civitatis partes singulis virtutibus respondere, sed callidissime utroque modo iustitiam reperiri posse dixit, nec antea definivit, quam rationem sequi vellet, se casu quasi in hac disquisitione regi simulans. Ita venia ei datur de reliquis virtutibus in civitate conspicuis disserendi, de quibus disserere debebat propter verum dialogi finem, disserere autem non recte poterat, si is esset dialogi finis, quem esse semper prae se fert. Nam quid ad inveniendam iustitiam opus erat tres reliquas virtutes in civitate indagare, ubi reperiri non possunt, si iustitia sola per se inveniri in animo posset? Ita in his quoque admirabilis illa ars dialogi condendi conspicua est, quam regnare in hoc dialogo videmus; et quae casu ac fortuito fieri videntur, ea summum auctoris artificium produnt. Quam vere haec a nobis disputentur, praecipue eo intelligitur, quod Socrates, inventa sapientia et fortitudine, iam, deserta hac longiore via, ad priorem sibi digredi in animo esse simulat. Cf. p. 430. D. St. *Πῶς οὖν ἂν τὴν δικαιοσύνην εὕροιμεν, ἵνα μηκέτι πραγματευώμεθα περὶ σωφροσύνης;* Ii igitur qui contrariam nostrae sententiam amplectuntur, decepti eo sunt, quod Platonem saepius se iustitiam quaerere affirmare viderunt; quod ea quae sequuntur ad illustrandam iustitiae notionem — quod aliter evenire nullo modo potest — multum conferunt; et quod tres reliquas virtutes in unum coniunctas iustitiae notionem constituere intellexerunt.

SECTIO III.

Primum igitur Socrates apparere dicit *sapientiam:* et mirum quid circa eam se ostendere. Nam sapientem revera videri quam

descripserit civitatem, esse enim bene consultam. Id vero ipsum niti scientia aliqua. Quaeri igitur, quaenam scientia. Enumerantur deinceps multae artes, quarum est res ad vitam necessarias comparare. Earum tamen nullam sapientiam dici posse. Itaque tandem interrogat Socrates: *Τί δ'; ἦν δ' ἐγώ· ἔστι τις ἐπιστήμη ἐν τῇ ἄρτι ὑφ' ἡμῶν οἰκισθείσῃ παρά τισι τῶν πολιτῶν, ἣ οὐχ ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ πόλει τινὸς βουλεύεται, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῆς ὅλης, ὅντινα τρόπον αὐτή τε πρὸς αὑτὴν καὶ πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις ἄριστα ὁμιλοῖ; Ἔστι μέντοι. Τίς, ἔφην ἐγώ, καὶ ἐν τίσιν; Αὕτη, ἦ δ' ὅς, ἡ φυλακικὴ, καὶ ἐν τούτοις τοῖς ἄρχουσιν οὓς νῦν δὴ τελέους φύλακας ὠνομάζομεν. Διὰ ταύτην οὖν τὴν ἐπιστήμην τί τὴν πόλιν προσαγορεύεις; Εὔβουλον, ἔφη, καὶ τῷ ὄντι σοφήν.* p. 428, C. St. Quos quum omnibus iis qui artem aliquem habeant multo pauciores numero esse dixisset, concludit ita: «Minima igitur gente et parte sua, et scientia quae huic inest, principi et imperanti, universa sapiens secundum naturam instituta civitas: atque id, ut videtur, natura paucissimum genus, cui convenit huius scientiae particeps fieri, quam solam sapientiam nominari oportet. Verissime, inquit, dicis. Hoc igitur unum ex quatuor nescio quo modo invenimus, cum ipsum, tum quo loco civitatis deprehendatur. Mihi vero, inquit, videtur sufficienter inventum esse.» Cf. lib. IV. p. 429. A. St. Non possumus Schleiermacheri de hoc loco iudicium silentio transmittere. Cf. p. 22. introd., ubi dicit perspicuum esse, etiamsi in hac operis parte diligentissime omnia ad civitatem referantur, tamen etiam singulorum animos semper in antecessum respici. Ita philosophi placitum, non una aliqua scientia earum rerum, quae in civitate sint, sed tantum scientia civitatis ipsius rationisque qua sit, sapientem fieri civitatem, praecipue ideo positum videri, quod id ad animum transferri possit. Eodem modo iudicandum esse de eo quod philosophus hanc scientiam perpaucis tantum inesse dicat. Nam huius effati veritatem fortasse cum successu de civitate impugnari posse, animique causa id positum videri. Etiamsi enim mirum sit auditu, rationem esse minimam animi partem: tamen profecto facultatem cupiendi,

tum late dissipatam, maximam esse, ob eamque causam id quod simplex sit, semperque idem atque internum, minimum recte videri.» Plato sapientiam dicit esse scientiam, *qua non uni cuidam rei in civitate, sed universae civitati consulatur, quo modo ipsa secum et cum aliis civitatibus optime versetur.* Qua autem alia ratione civitatis sapientiam definire quis possit? Nec videmus, qui ea res ad singulorum animos, quod indicatum non est, trahi aut possit aut debeat. Imo hac sapientiae definitione politicam tantum sapientiam, s. prudentiam civilem, comprehendi statuendum, eodem modo, quo mox civilem fortitudinem reperisse se dicit. Insunt ei quidem verae definitionis quasi semina, sed involuta necdum explicata. Nam quid verbis *ὅντινα τρόπον αὐτή τε πρὸς αὑτὴν καὶ πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις ἄριστα ὁμιλοῖ* innuerit Plato, profecto tum demum penitus perspicies, si eius doctrinam de idea boni, quam intuentes in eaque defixi philosophi civitatem non condere solum, sed etiam regere debent, cognitam habeas. Non agit igitur Plato de civitate eiusque institutis animi gratia, ita ut quae de civitate dicantur ad illustrandam animi rationem pertineant, sed contra omnia ea quae de civitate disputat ex animi natura et virtutibus repeti videmus. Hanc tamen scientiam civitatis et constituendae et regendae paucis tantummodo inesse posse, non tam ex eo intelligitur, quod, quae est Schleiermacheri sententia, ratio una sit, cupiditates multae, sed quod rarissime inveniri homines infra decet philosophus, iis virtutibus animi et ingenii praeditos, itaque excultos, ut ad eam scientiam aspirare possint. Nam si res ita esset ut Schleiermacherus affirmat, etiam custodes perpaucos esse debere sequeretur, quoniam *θυμὸς* sit unus. Patet igitur haec dicta esse civitatis potissimum habita ratione. In eo enim, quod civitatis regundae scientia paucis tantum insit, omni tempore omnes docti concordes fuerunt, nec, veritatem huius placiti cum successu impugnari posse mihi persuaserim. Imo rem ita esse multo facilius intelligitur, quam si eandem rationem ad animum transferas. Nam Schleiermacherus ipse mirum id fore auditu ait, si quis rationem minimam esse animi partem affirmet. Cuius tamen rei hic nulla mentio; quod tanto magis exspectandum esset, quo saepius ipse profitetur, iustitiae inveniendae causa

hunc de civitate sermonem institui. Denique non perspicitur, cur, si in civitate ita omnia ad singulorum animos referantur, iustitiam reliquasque virtutes in ea primum indagaverit Socrates. Id autem iam sponte patet, quod, quum Plato quantum fieri possit maxime civitatem ita condiderit, ut animo humano eiusque partibus respondeat, multa quae in utroque aequaliter se habeant inveniri.

SECTIO IV.

Ἀλλὰ μὴν ἀνδρεία γε αὐτή τε καὶ ἐν ᾧ κεῖται τῆς πόλεως, δι' ὃ τοιαύτη κλητέα ἡ πόλις, οὐ πάνυ χαλεπὸν ἰδεῖν. Πῶς δή; Τίς ἂν, ἦν δ' ἐγὼ, εἰς ἄλλο τι ἀποβλέψας ἢ δειλὴν ἢ ἀνδρείαν πόλιν εἴποι, ἀλλ' ἢ εἰς τοῦτο τὸ μέρος, ὃ προπολεμεῖ τε καὶ στρατεύεται ὑπὲρ αὐτῆς; Οὐδ' ἂν εἷς, ἔφη, εἰς ἄλλο τι. Οὐ γὰρ, οἶμαι, εἶπον, οἵ γε ἄλλοι ἐν αὐτῇ ἢ δειλοὶ ἢ ἀνδρεῖοι ὄντες κύριοι ἂν εἶεν ἢ τοίαν αὐτὴν εἶναι ἢ τοίαν. Οὐ γάρ. Καὶ ἀνδρεία ἄρα πόλις μέρει τινὶ ἑαυτῆς ἐστὶ, διὰ τὸ ἐν ἐκείνῳ ἔχειν δύναμιν τοιαύτην, ἣ διὰ παντὸς σώσει τὴν περὶ τῶν δεινῶν δόξαν, ταὐτά τε αὐτὰ εἶναι καὶ τοιαῦτα, ἃ τε καὶ οἷα ὁ νομοθέτης παρήγγειλεν ἐν τῇ παιδείᾳ. ἢ οὐ τοῦτο ἀνδρείαν καλεῖς; Οὐ πάνυ, ἔφη, ἔμαθον ὃ εἶπες, ἀλλ' αὖθις εἰπέ. Σωτηρίαν ἔγωγ', εἶπον, λέγω τινὰ εἶναι τὴν ἀνδρείαν. Ποίαν δὴ σωτηρίαν; Τὴν τῆς δόξης, τῆς ὑπὸ νόμου διὰ τῆς παιδείας γεγονυίας περὶ τῶν δεινῶν, ἃ τέ ἐστι καὶ οἷα. διὰ παντὸς δὲ ἔλεγον αὐτὴν σωτηρίαν τὸ ἔν τε λύπαις ὄντα διασώζεσθαι αὐτὴν καὶ ἐν ἡδοναῖς καὶ ἐν ἐπιθυμίαις καὶ ἐν φόβοις καὶ μὴ ἐκβάλλειν. ᾧ δέ μοι δοκεῖ ὅμοιον εἶναι, ἐθέλω ἀπεικάσαι, εἰ βούλει. Ἀλλὰ βούλομαι. Οὐκοῦν οἶσθα, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι οἱ βαφεῖς, ἐπειδὰν βουληθῶσι βάψαι ἔρια ὥστ' εἶναι ἁλουργὰ, πρῶτον μὲν ἐκλέγονται ἐκ τοσούτων χρωμάτων μίαν φύσιν τὴν τῶν λευκῶν· ἔπειτα προπαρασκευάζουσιν οὐκ ὀλίγῃ παρασκευῇ θεραπεύσαντες, ὅπως δέξεται ὅτι μάλιστα τὸ ἄνθος, καὶ οὕτω δὴ βάπτουσι. Καὶ ὃ μὲν ἂν τούτῳ τῷ τρόπῳ βαφῇ, δευσοποιὸν γίγνεται τὸ βαφὲν, καὶ ἡ πλύσις οὔτ' ἄνευ ῥυμμάτων οὔτε μετὰ ῥυμμάτων δύναται αὐτῶν τὸ ἄνθος ἀφαιρεῖσθαι· ἃ δ' ἂν μὴ, οἶσθα, οἷα δὴ γίγνεται, ἐάν τέ τις ἄλλα χρώματα βάπτῃ, ἐάν

τε καὶ ταῦτα μὴ προθεραπεύσας. Οἶδα, ἔφη, ὅτι ἔκπλυτα καὶ γελοῖα. Τοιοῦτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, ὑπόλαβε κατὰ δύναμιν ἐργάζεσθαι καὶ ἡμᾶς, ὅτε ἐξελεγόμεθα τοὺς στρατιώτας καὶ ἐπαιδεύομεν μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ· μηδὲν οἷον ἄλλο μηχανᾶσθαι, ἢ ὅπως ἡμῖν ὅτι κάλλιστα τοὺς νόμους πεισθέντες δέξοιντο ὥσπερ βαφὴν, ἵνα δεῦσοποιὸς αὐτῶν ἡ δόξα γίγνοιτο καὶ περὶ δεινῶν καὶ περὶ τῶν ἄλλων διὰ τὸ τήν τε φύσιν καὶ τὴν τροφὴν ἐπιτηδείαν ἐσχηκέναι, καὶ μὴ αὐτῶν ἐκπλύναι τὴν βαφὴν τὰ ῥύμματα ταῦτα δεινὰ ὄντα ἐκκλύζειν, ἥ τε ἡδονὴ, παντὸς χαλεστραίου δεινοτέρα οὖσα τοῦτο δρᾶν καὶ κονίας, λύπη τε καὶ φόβος καὶ ἐπιθυμία, παντὸς ἄλλου ῥύμματος. τὴν δὴ τοιαύτην δύναμιν καὶ σωτηρίαν διὰ παντὸς δόξης ὀρθῆς τε καὶ νομίμου δεινῶν πέρι καὶ μὴ ἀνδρίαν ἔγωγε καλῶ καὶ τίθεμαι, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. Ἀλλ' οὐδὲν, ἦ δ' ὅς, λέγω· δοκεῖς γάρ μοι τὴν ὀρθὴν δόξαν περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἄνευ παιδείας γεγονυῖαν, τήν τε θηριώδη καὶ ἀνδραποδώδη, οὔτε πάνυ νόμιμον ἡγεῖσθαι ἄλλο τέ τι ἢ ἀνδρείαν καλεῖν. Ἀληθέστατα, ἦν δ' ἐγὼ, λέγεις. Ἀποδέχομαι τοίνυν τοῦτο ἀνδρείαν εἶναι. Καὶ γὰρ ἀποδέχου, ἦν δ' ἐγὼ, πολιτικήν γε, καὶ ὀρθῶς ἀποδέξῃ. αὖθις δὲ περὶ αὐτοῦ, ἐὰν βούλῃ, ἔτι κάλλιον διῖμεν· νῦν γὰρ οὐ τοῦτο ἐζητοῦμεν, ἀλλὰ δικαιοσύνην· πρὸς οὖν τὴν ἐκείνου ζήτησιν, ὡς ἐγῷμαι, ἱκανῶς ἔχει. Ἀλλὰ καλῶς, ἔφη, λέγεις. Cf. p. 429. B. St. Schleiermacherus in adnotatione ad hunc locum p. 551. verbis *Οὐ γὰρ, οἶμαι, εἶπον, οἵ γε ἄλλοι κ. τ. ἑ.* etiam ad singulorum animos respici dicit, quippe qui his de civitate sermonibus disputationem de virtutibus animi praeparari putaret, eumque esse horum sermonum praecipuum finem statueret. Nos hos de civitate sermones in virtutibus animi tanquam fundamento suo niti docemus. Et, quam hoc loco habemus fortitudinis definitionem ea talis est, ut quid fortitudo per se sit, nulla institutionum civitatis ratione habita, inde non cognoscatur. Nam nec docetur quid sit terribile natura sua, nec qua id animi facultate propellatur; fortis dicitur is, qui de terribilibus eam sententiam habeat, quae *legibus praescripta sit.* Quae est autem illa opinio legitima? unde oritur? Subesse huic legitimae opinioni veram fortitudinis notionem vides. Nam id nisi sumas, plane nihil definire philosophum in aperto est. Dicit

autem quemadmodum fullones aptam lanam eligant, ita a rectoribus civitatis eligi, quorum animi ad accipiendam fortitudinem apti sint; et quemadmodum alba et recte purgata lana nondum florem habeat, ita nec eos, quorum animi natura apti sint ad recipiendam fortitudinem, nec vitiis inquinati, iam fortes esse, sed opus esse institutione et doctrina. Non autem haec solum in vera fortitudinis, ex animo repetitae, notione tanquam fundamento nituntur; sed eandem se etiam in condenda civitate et civium educatione secutum esse his verbis significat: *Τοιοῦτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, ὑπόλαβε κατὰ δύναμιν ἐργάζεσθαι καὶ ἡμᾶς, ὅτε ἐξελεγόμεθα τοὺς στρατιώτας καὶ ἐπαιδεύομεν μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ· μηδὲν οἷον ἄλλο μηχανᾶσθαι, ἢ ὅπως ἡμῖν ὅτι κάλλιστα τοὺς νόμους πεισθέντες δέξοιντο ὥσπερ βαφήν, ἵνα δευσοποιὸς αὐτῶν ἡ δόξα γίγνοιτο καὶ περὶ δεινῶν καὶ περὶ τῶν ἄλλων διὰ τὸ τήν τε φύσιν καὶ τὴν τροφὴν ἐπιτηδείαν ἐσχηκέναι κ. τ. ἑ.* Cf. p. 429, E. Concedendum est autem falsam de fortitudine notionem removere studuisse philosophum, quantum quidem id fieri potuerit, fortitudinis notione nondum derivata ex animo, idque nobis factum eo videtur, quod a vera fortitudine ferinam et servilem segregavit. Sed accuratius agendum de hoc loco, in quo multum haesitaverunt interpretes. Ac primum quidem Schleiermacherus ad verba: *δοκεῖς γάρ μοι τὴν ὀρθὴν δόξαν κ. τ. ἑ.* haec adnotavit: Quod si hoc loco *ὀρθὴν δόξαν* retineatur, a vera fortitudine Platonem adhuc haec tria secernere sumendum esse: opinionem aeque rectam, sed non durantem, propter doctrinae inopiam; audaciam ferarum atque servorum, ab illa plane diversam. Nam bestiis profecto, sed etiam servis ex veterum opinione *ὀρθὴν δόξαν* inesse non posse.» Cur autem canibus philosophicam quodammodo indolem tribuit lib. II. p. 376, A. sqq. ed. St.? Quare nobis verba *τήν τε θηριώδη καὶ ἀνδραποδώδη* ad *ὀρθὴν δόξαν* referenda videntur, hoc sensu: Videris enim mihi ferarum et servorum rectam de his opinionem, sine educatione natam, omnino non legitimam putare et. Nam etiam bestiis atque servis *ὀρθὴ δόξα* tribui potest, quatenus non timent, quae timenda non sunt. Omnis igitur diversitas in eo sita est, quod bestiae atque servi humanitatis expertes sunt. Tertium

vero audaciae genus, a vera fortitudine non alia re diversum, quam quod haec opinio non permaneat, non commemoratur a Platone, sed confictum est a viro doctissimo. Dixerat enim Plato veram fortitudinem *διὰ παντὸς* permanere. — Schneiderus vero de hoc loco ita disputat: «*νόμιμον*] *μόνιμον* Stob. quod Stephanum maluisse dicit Astius, quam coniecturam nec margo Stephani neque adnotatio continet. Eam non immerito probare videtur Astius. Quomodo enim aut legibus non consentaneam existimare rectam opinionem Socrates poterat, aut non per eruditionem acquisitam propterea repudiare, quod illegitimo modo esset comparata?» Facilis ad haec est responsio. Legibus non consentaneam putavit hanc opinionem Plato, quia humanitatis expers sit, h. e. non congrua educationis legibus antea propositis; nec propterea eam repudiavit quod illegitimo modo comparata sit, sed quod sit *ἄνευ παιδείας γεγονυῖα*, h. e. expers humanitatis; *ὀρθὴ δόξα* est igitur *relative*, ut dicere solent, *ὀρθή*. Improbans deinde Schneiderus Astii defensionem receptae lectionis, qua is respici putat verba quae p. 429, C, leguntur, *τῆς δόξης, τῆς ὑπὸ νόμου διὰ τῆς παιδείας γεγονυίας*, et dicens Glauconem hic rationem reddere debere, cur Socrates legibus tantum legitimaque educatione impertitam opinionem rectam fortitudinis nomine appellari velit, non recordatur, hanc omnem disputationem inde profectam esse, quod fortitudinis definitionem Socraticam, p. 429, B. C., in qua mihi attendas verba *ἃ τε καὶ οἷα ὁ νομοθέτης παρήγγειλεν ἐν τῇ παιδείᾳ*, non intellexerit Glauco, *Οὐ πάνυ*, ἔφη, *ἔμαθον ὃ εἶπες, ἀλλ' αὖθις εἰπέ*. Ob eam igitur causam non solum singula quae in definitione posuerat Socratem explicare videmus; (cf. p. 429, C. quo loco leguntur verba ab Astio laudata), sed totam etiam rem illustrare exemplis, et in fine disputationis repetere definitionem, quemadmodum primum posita erat, hic etiam utentem verbis *δόξης ὀρθῆς καὶ νομίμου*. Ita tribus locis eadem sententia cum iisdem vocabulis recurrit. Quum res ita sit, et Glauconis verba cum orationis forma, *δοκεῖς γάρ μοι τὴν ὀρθὴν δόξαν περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἄνευ παιδείας γεγονυῖαν τήν τε θηριώδη καὶ ἀνδραποδώδη οὔτε πάνυ νόμιμον ἡγεῖσθαι ἄλλο τέ τι, ἢ ἀνδρείαν καλεῖν. Ἀληθέστατα, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις.*

tum argumento suo indicent, repetere eum Socratis sententiam, quemadmodum ipsi accipienda videatur, nonne recte se habere vides vocabulum *νόμιμον*, nec verum esse posse quod Schneiderus affirmat: «Quod autem Socrates in proximis *δόξαν ὀρθήν τε καὶ νόμιμον* aliter et ita dixit, ut qui nihil inter rectam et legitimam seu per leges informatam opinionem interesse statueret, non impedire videtur, quo minus Glauconem de industria discrimen facere et ipsa illa Socratis verba ita interpretari putemus, quasi aliam ille *ὀρθὴν*, aliam *νόμιμον δόξαν* esse significaverit.» Nam, si alia omnia neglexeris, parum credibile videri debet, Glauconem de industria et contra mentem Socratis eiusmodi discrimen facere. Ita convolsis quasi fundamentis, in quibus Schneideri sententia nititur, concidere vides contortam eius explicationem vocabuli *νόμιμον*, qua Glauconem eam *δόξαν* putat dicere *νόμιμον* «quae bonae civitatis legibus et constitutioni accommodata publice recipi mereat.» Ita remotis difficultatibus pergere possumus. Quorsum vero pertinere putabimus, quod haec fortitudinis definitio non universam fortitudinem comprehendit, sed politicam tantum? *Ἀποδέχομαι ταύνυν τοῦτο ἀνδρείαν εἶναι. Καὶ γὰρ ἀποδέχου, ἦν δ' ἐγὼ, πολιτικήν γε, καὶ ὀρθῶς ἀποδέξῃ. αὖθις δὲ περὶ αὐτοῦ, ἐὰν βούλῃ, ἔτι κάλλιον διμεν· νῦν γὰρ οὐ τοῦτο ἐζητοῦμεν, ἀλλὰ δικαιοσύνην πρὸς οὖν τὴν ἐκείνου ζήτησιν, ὡς ἐγῷμαι, ἱκανῶς ἔχει. Ἀλλὰ καλῶς, ἔφη, λέγεις.* Cf. p. 430, C. Quibus verbis Plato cum id indicare voluit, quod iam significavimus, non universam hic explicatam esse fortitudinem, tum illud etiam, se postea, quod factum est eodem hoc libro, eandem rem accuratius atque ita retractaturum esse, ut omnem fortitudinis vim et naturam ex fonte suo derivaret. Quam autem hic festinationis causam affert, ea speciosa tantum est, quum iustitiam, quae complectitur reliquas virtutes, singulis virtutibus non accurate explicatis, invenire non liceat. Potestne igitur certius argumentum dari, vere non quaerere Platonem virtutes in civitate? Quid autem virtutibus in civitate quaerendis assequi voluit? Ostendere volebat, ni fallor, singula instituta civitatis ex singulis partibus virtutis, tanquam ex ore aliquo imaginem expressas esse. Adiuvat sententiam nostram Schleiermacherus qui p. 22. introductionis

ita scribit: «Etiam illud quod Plato dicat, hanc fortitudinis definitionem civilem tantum fortitudinem comprehendere, eo pertinere, quod singulorum fortitudo non tantum in republica vim suam exserere debeat, sed quacunque in re ratio voluptatum ac dolorum imperia superare iubeat. Atque his monitis fieri ut hae definitiones ad virtutes singulorum tanto facilius transferri possint.» Falsam igitur esse hanc fortitudinis definitionem concedit, quippe quae non omnem fortitudinis ambitum complectatur. Nam fortitudinem non solum ad ea pertinere quae civitatem spectent, sed ad omnia ea, quae ratio iubeat ad finem perducere contra voluptates et dolores. In eo tamen errat, quod Platonem hoc loco animum respexisse putat, quo civitatem tantum ob oculos habuit, (nam civitatis causa accuratioris definitionis facta est mentio,) et quod istis monitis id effici arbitratur, ut hae definitiones ad virtutes singulorum hominum facilius transferri possint. Quod plane contra est. Nam fortitudinis in universum natura explicata, facile erat docere, quid fortitudo in civitate esset, non contra. Porro si animum in his respiciebat Plato, cur non statim in eo quaerebat fortitudinem? Quid tum opus fuit istis monitis, istaque omni civilis fortitudinis definitione, qua re quaestionem de vera fortitudine et iustitia non accelerari, sed retardari necesse fuit? Itaque nos Platonem id eam ob causam monuisse suspicamur, ne quis fortitudinem vere hic explicatam esse putaret, et hac ipsa re finem et consilium operis intelligentibus indicaret. Apparet autem ex his, ne Platonem quidem ipsum putasse, virtutes in civitate reperiri posse. Quid autem inde sequatur lector intelligens ipse statuat. Nec vero huius disputationis veritatem infringere nobis videntur ea, quae Schleiermacherus in adnotationibus ad hunc locum p. 553. non probavit, sed sine argumento posuit: «Quod si Plato hoc loco, non tamen serio, promittat, (Schleiermacherus id nominat promissum temere iactum, «eine hingeworfene Anerbietung,») se rem adhuc accuratius explicaturum esse, id potius pertinere ad formam huius definitionis a vulgari abhorrentem, nec continere ullum aut promissum aut consilium rei accuratius explicandae.» Sed scire sane velim, unde Schleiermachero colligendum videatur, id temere nec serio iecisse Platonem, prae-

RECSE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

sertim quum res ipsa doceat eum promissis stetisse. Atque adest in hoc ipso libro veram fortitudinis definitionem proposuisse; quum inanibus verborum flosculis ornare orationem non soleat philosophus, ac saepe ea, quae abesse posse credas, veram dictorum mentem aperiant? Quod si ita quasi dedita opera delemus vestigia leviter sane impressa, quae ad verum operis finem cognoscendum ducere nos possint; si non interpretamur auctoris verba, sed precario sumimus quodcunque nobis libitum est, tum sane mirum accidere non poterit, si in constituendo vero operis fine aberremus.

SECTIO V.

Δύο μὴν, ἦν δ' ἐγὼ, ἔτι λοιπὰ, ἃ δεῖ κατιδεῖν ἐν τῇ πόλει, ἥ τε σωφροσύνη καὶ οὗ δὴ ἕνεκα πάντα ζητοῦμεν, δικαιοσύνη. Πάνυ μὲν οὖν. Πῶς οὖν ἂν τὴν δικαιοσύνην εὕροιμεν, ἵνα μηκέτι πραγματευώμεθα περὶ σωφροσύνης; Ἐγὼ μὲν τοίνυν, ἔφη, οὔτε οἶδα οὔτ' ἂν βουλοίμην αὐτὸ πρότερον φανῆναι, εἴπερ μηκέτι ἐπισκεψόμεθα σωφροσύνην· ἀλλ' εἰ ἔμοιγε βούλει χαρίζεσθαι, σκόπει πρότερον τοῦτο ἐκείνου. Ἀλλὰ μέντοι, ἦν δ' ἐγὼ, βούλομαί γε, εἰ μὴ ἀδικῶ. Σκόπει δή, ἔφη. Cf. p. 430, D. Hoc etiam loco satis commode, ex dialogi quidem natura, qua omnis disputationis ordo, non ex rerum ipsarum ordine, sed a colloquentium voluntate pendere videtur, sibi imponere patitur necessitatem de temperantia disputandi, quamquam, quod per se planum est, ea res ad instituti sermonis verum finem necessaria erat, nec, nisi mancam vellet esse disputationem, omitti poterat. Nam iustitia, quae est virtus universalis, quum sine reliquis virtutibus non posset inveniri, haec omnia ante quaerenda fuerunt. Quod si vero ante pronunciavisset Socrates, se iustitiae, quam reliquae virtutes efficerent, inveniendae causa has virtutes quaerere, iustitiae, ita iam antea cognitae, gratia hanc eum civitatem non condidisse appariturum erat. Quod Socrates ita felicissime evitabat, si eorum tantum, quibuscum colloquebatur, voluntati cedens, de temperantia verba facturus esse videbatur, imitans sermonis vulgaris consuetudinem, qua

quaecunque in sermonem venerint pertractari solent, non servato ordine antea constituto aut dispositione partium. Ita in singulis partibus disputationis Platonem dissimulare videmus, quorsum tendat oratio, nec mirum profecto videri debet, si in universo opere idem factum esse deprehenderis. Sed pergamus. *Σκεπτέον, εἶπον· καὶ ὡς γε ἐντεῦθεν ἰδεῖν, ξυμφωνίᾳ τινὶ καὶ ἁρμονίᾳ προσέοικε μᾶλλον, ἢ τὰ πρότερον. Πῶς; Κόσμός πού τις, ἦν δ' ἐγὼ, ἡ σωφροσύνη ἐστὶ καὶ ἡδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια, ὥς φασι. κρείττω δὴ αὑτοῦ φαίνονται οὐκ οἶδα ὁντινα τρόπον καὶ ἄλλα ἄττα τοιαῦτα ὥσπερ ἴχνη αὐτῆς λέγοντες.**) *ἦ γάρ; Πάντων μάλιστα, ἔφη. Οὐκοῦν τὸ μὲν κρείττω αὑτοῦ γελοῖον; ὁ γὰρ ἑαυτοῦ κρείττων καὶ ἥττων δήπου ἂν αὐτοῦ εἴη, καὶ ὁ ἥττων κρειττων· ὁ αὐτὸς γὰρ ἐν ἅπασι τούτοις προσαγορεύεται. Τί δ' οὔ; Ἀλλ', ἦν δ' ἐγὼ, φαίνεταί μοι βούλεσθαι λέγειν οὗτος ὁ λόγος, ὡς τι ἐν αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ περὶ τὴν ψυχὴν τὸ μὲν βέλτιον ἔνι, τὸ δὲ χεῖρον, καὶ*

---

*) Ita locum scripsimus. Nam Bekkerus pro *λέγεται* Par. A. aliam lectionem *λέγοντες* praescripta nota *γρ.* exhibere tradit, Faehsius contra sylloge p. 299. in textu *φαίνονται* in margine *λέγονται* scriptum esse refert. Omnino falsa hic tradere alterum ei verosimile non erit, qui reputaverit procul dubio utrique vocabulo additam fuisse notam, qua diversae lectiones in margine indicantur. Nam aliter fieri vix potuit, ut uterque vir doctus variantem lectionem, alter ad *φαίνονται* alter ad *λέγεται* referret. Id autem facile fieri poterat, ut alter hoc signum ad *φαίνονται* additum, alter ad *λέγεται* appictum omitteret. Quum igitur uterque testis in eo consentiat, *φαίνονται* exstare in libro ms., hoc vix pro spurio haberi poterit, praesertim quum idem vocabulum in plerisque aliis mss. reperiatur. Itaque verum tradere puto Bekkerum, in margine pro *λέγεται* scriptum esse *λέγοντες*, sed nec omnino falsum esse, quod Faehsius refert, etiam ad *φαίνονται* illud *γρ.* additum inveniri, quo indicaret corrector, illud *φαίνονται* necessario requirere, non *λέγεται* sed *λέγοντες*. Facile autem errare poterat Faehsius, si hoc vocabulum ita scriptum est, quemadmodum scribi solere testatur Bast. comment. palaeogr. in Gregor. Corinth. Schaefer. p. 764. Constructio autem loci haec erit: *κρείττω δὴ αὑτοῦ καὶ ἄλλα ἄττα τοιαῦτα οὐκ οἶδα ὁντινα τρόπον ὥσπερ ἴχνη αὐτῆς φαίνονται λέγοντες*, hoc sensu: apertum esse eos his dictionibus vestigia quaedam temperantiae indicare velle, nec tamen apparere, quemadmodum id intelligi debeat.

ὅταν μὲν τὸ βέλτιον φύσει τοῦ χείρονος ἐγχρατὲς ᾖ, τοῦτο λέγειν τὸ κρείττω αὐτοῦ· ἐπαινεῖ γοῦν· ὅταν δὲ ὑπὸ τροφῆς κακῆς ἢ τινος ὁμιλίας κρατηθῇ ὑπὸ πλήθους τοῦ χείρονος σμικρότερον τὸ βέλτιον ὄν, τοῦτο δὲ ὡς ἐν ὀνείδει ψέγειν τε καὶ καλεῖν ἥττω ἑαυτοῦ καὶ ἀκόλαστον τὸν οὕτω διακείμενον. Καὶ γὰρ ἔοικεν, ἔφη. Cf. p. 430. E. Satis luculentum argumentum pro veritate nostrae sententiae, non quaeri virtutes in civitate, hoc esse debet, quod ita Plato σωφροσύνην ex animi natura repetit. Nam explicata demum, quod hoc loco factum est, ex animi statu et conditione temperantiae vi et natura, docere incipit eandem etiam in civitate inveniri. Tamen vero hoc etiam loco rem vere ita esse non facile sentias. Nam quum in civitate quaerere velle videretur σωφροσύνην, — cur enim quod de iustitia toties affirmaverat, et quod in sapientia et fortitudine fecisse videbatur, non idem in temperantia sequeretur? — non animadvertente quoquam ad animum rediit. Quis enim cogitet eum, quum vocabula κρείττων αὐτοῦ et ἥττων αὐτοῦ explicaret, σωφροσύνην ex ipso repetere animo? Ἀπόβλεπε τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τὴν νέαν ἡμῖν πόλιν, καὶ εὑρήσεις ἐν αὐτῇ τὸ ἕτερον τούτων ἐνόν. κρείττω γὰρ αὐτὴν αὐτῆς δικαίως φήσεις προσαγορεύεσθαι, εἴπερ οὗ τὸ ἄμεινον τοῦ χείρονος ἄρχει, σῶφρον κλητέον καὶ κρεῖττον αὐτοῦ. Ἀλλ' ἀποβλέπω, ἔφη, καὶ ἀληθῆ λέγεις. p. 431, B. Non repetitur ita ex civitate temperantiae notio sed transfertur in eandem. Καὶ μὴν καὶ τάς γε πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἐπιθυμίας καὶ ἡδονάς τε καὶ λύπας ἐν πᾶσι μάλιστα ἄν τις εὕροι καὶ γυναιξὶ καὶ οἰκέταις καὶ τῶν ἐλευθέρων λεγομένων ἐν τοῖς πολλοῖς τε καὶ φαύλοις. Πάνυ μὲν οὖν. Τὰς δέ γε ἁπλᾶς τε καὶ μετρίας, αἳ δὴ μετὰ νοῦ τε καὶ δόξης ὀρθῆς λογισμῷ ἄγονται, ἐν ὀλίγοις τε ἐπιτεύξῃ καὶ τοῖς βέλτιστα μὲν φύσει, βέλτιστα δὲ παιδευθεῖσιν. Ἀληθῆ, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ταῦτα ὁρᾷς ἐνόντα σοι ἐν τῇ πόλει καὶ κρατουμένας αὐτόθι τὰς ἐπιθυμίας, τὰς ἐν τοῖς πολλοῖς τε καὶ φαύλοις, ὑπό τε τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῆς φρονήσεως, τῆς ἐν τοῖς ἐλαττοσί τε καὶ ἐπιεικεστέροις; Ἔγωγ', ἔφη. Εἰ ἄρα δεῖ τινὰ πόλιν προσαγορεύειν κρείττω ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ αὐτὴν αὑτῆς, καὶ ταύτην προσρητέον. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ σώφρονα κατὰ πάντα ταῦτα; Καὶ μάλα,

ἔφη. p. 431, B. Nihil in his addi vides ad temperantiae notionem antea explicatam, sed in auxilium adeo vocantur eae animi partes, quibus sapimus cupimusve, ut liquido appareat explicari rem non posse, nisi ad animum, h. e. ad originem suam, revocetur. *Καὶ μὴν εἴπερ αὖ ἐν ἄλλῃ πόλει ἡ αὐτὴ δόξα ἔνεστι τοῖς τε ἄρχουσι καὶ ἀρχομένοις περὶ τοῦ οὐστινας δεῖ ἄρχειν, καὶ ἐν ταύτῃ ἂν εἴη τοῦτο ἐνόν. ἢ οὐ δοκεῖ; Καὶ μάλα, ἔφη, σφόδρα. Ἐν ποτέροις οὖν φήσεις τῶν πολιτῶν τὸ σωφρονεῖν ἐνεῖναι, ὅταν οὕτως ἔχωσιν; ἐν τοῖς ἄρχουσιν, ἢ ἐν τοῖς ἀρχομένοις. Ἐν ἀμφοτέροις που, ἔφη. Ὁρᾷς οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι ἐπιεικῶς ἐμαντευόμεθα ἄρτι, ὡς ἁρμονία τινὶ ἡ σωφροσύνη ὁμοίωται; Τί δή; Ὅτι οὐχ ὥσπερ ἡ ἀνδρεία καὶ ἡ σοφία ἐν μέρει τινὶ ἑκατέρα ἐνοῦσα ἡ μὲν σοφὴν, ἡ δὲ ἀνδρείαν τὴν πόλιν παρείχετο, οὐχ οὕτω ποιεῖ αὕτη, ἀλλὰ δι' ὅλης ἀτεχνῶς τέταται, διὰ πασῶν παρεχομένη ξυνᾴδοντας τούς τε ἀσθενεστάτους ταὐτὸν καὶ τοὺς ἰσχυροτάτους καὶ τοὺς μέσους, εἰ μὲν βούλει, φρονήσει, εἰ δὲ βούλει, ἰσχύϊ, εἰ δὲ, καὶ πλήθει ἢ χρήμασιν ἢ ἄλλῳ ὁτῳοῦν τῶν τοιούτων· ὥστε ὀρθότατ' ἂν φαῖμεν ταύτην τὴν ὁμόνοιαν σωφροσύνην εἶναι, χείρονός τε καὶ ἀμείνονος κατὰ φύσιν ξυμφωνίαν, ὁπότερον δεῖ ἄρχειν, καὶ ἐν πόλει καὶ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ. Πάνυ μοι, ἔφη, ξυνδοκεῖ.* p. 431, D. Temperantiae notionem quam hoc loco habemus, plane eandem esse cum ea quam initio proposuerit, Socrates ipse innuit — *ἐπιεικῶς ἐμαντευόμεθα ἄρτι*, — nec differt ab illa nisi eo, quod, quae de animo eiusque partibus ibi dicta erant, ad civitatem eiusque partes transferuntur. Ceterum recte reprehenderet Schleiermacherus hanc definitionem, (cf. introd. p. 28. 29.) si non ex animo, sed ex republica eiusque partibus, ut ipse opinatur, repetita esset.

SECTIO VI.

His, ut diximus, explicatis, tandem ad inveniendam iustitiam se accingit: *Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ· τὰ μὲν τρία ἡμῖν ἐν τῇ πόλει κατῶπται, ὡς γε οὑτωσὶ δόξαι· τὸ δὲ δὴ λοιπὸν εἶδος, δι' ὃ ἂν ἔτι ἀρετῆς μετέχοι πόλις, τί ποτ' ἂν εἴη; δῆλον γὰρ, ὅτι τοῦτ' ἔστιν ἡ δικαιοσύνη. Δῆλον. Οὐκοῦν, ὦ Γλαύκων, νῦν δὴ ἡμᾶς*

δεῖ ὥσπερ κυνηγέτας τινὰς θάμνον κύκλῳ περιίστασθαι προσέχοντας τὸν νοῦν, μή πη διαφύγῃ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἀφανισθεῖσα ἄδηλος γένηται· φανερὸν γὰρ δή, ὅτι ταύτῃ πῃ ἔστιν. ὅρα οὖν καὶ προθυμοῦ κατιδεῖν, ἐάν πως πρότερος ἐμοῦ ἴδῃς καὶ ἐμοὶ φράσῃς. Εἰ γὰρ ὤφελον, ἔφη. ἀλλὰ μᾶλλον, ἐάν μοι ἑπομένῳ χρῇ καὶ τὰ δεικνύμενα δυναμένῳ καθορᾶν, πάνυ μοι μετρίως χρήσῃ. Ἕπου, ἦν δ' ἐγώ, εὐξάμενος μετ' ἐμοῦ. Ποιήσω ταῦτα· ἀλλὰ μόνον, ἦ δ' ὅς, ἡγοῦ. Καὶ μήν, εἶπον ἐγώ, δύσβατός γέ τις ὁ τόπος φαίνεται καὶ ἐπίσκιος· ἔστι γοῦν σκοτεινὸς καὶ δυσδιερεύνητος· ἀλλὰ γὰρ ὅμως ἰτέον. Ἰτέον γὰρ, ἔφη. Καὶ ἐγὼ κατιδὼν Ἰοὺ ἰού, εἶπον, ὦ Γλαύκων· κινδυνεύομέ τι ἔχειν ἴχνος, καί μοι δοκεῖ οὐ πάνυ τι ἐκφευξεῖσθαι ἡμᾶς. Εὖ ἀγγέλλεις, ἦ δ' ὅς. Ἦ μήν, ἦν δ' ἐγώ, βλακικόν γε ἡμῖν τὸ πάθος. Τὸ ποῖον; Πάλαι, ὦ μακάριε, φαίνεται πρὸ ποδῶν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς κυλινδεῖσθαι, καὶ οὐχ ἑωρῶμεν ἄρ' αὐτό, ἀλλ' ἦμεν καταγελαστότατοι, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες ζητοῦσιν ἐνίοτε ὃ ἔχουσι· καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸ μὲν οὐκ ἀπεβλέπομεν, πόρρω δέ πσι ἀπεσκοποῦμεν, ᾗ δὴ καὶ ἐλάνθανεν ἴσως ἡμᾶς. Πῶς, ἔφη, λέγεις; Οὕτως, εἶπον, ὡς δοκοῦμέν μοι καὶ λέγοντες αὐτὸ καὶ ἀκούοντες πάλαι οὐ μανθάνειν ἡμῶν αὐτῶν, ὅτι ἐλέγομεν τρόπον τινὰ αὐτό. Μακρὸν, ἔφη, τὸ προοίμιον τῷ ἐπιθυμοῦντι ἀκοῦσαι. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ἄκουε, εἴ τι ἄρα λέγω. Ὃ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐθέμεθα δεῖν ποιεῖν διὰ παντὸς, ὅτε τὴν πόλιν κατῳκίζομεν, τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἤτοι τούτου τι εἶδος ἡ δικαιοσύνη. ἐθέμεθα δὲ δήπου καὶ πολλάκις ἐλέγομεν, εἰ μέμνησαι, ὅτι ἕνα ἕκαστον ἓν δέοι ἐπιτηδεύειν τῶν περὶ τὴν πόλιν, εἰς ὃ αὐτοῦ ἡ φύσις ἐπιτηδειοτάτη πεφυκυῖα εἴη. Ἐλέγομεν γάρ. Καὶ μὴν ὅτι γε τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν δικαιοσύνη ἐστὶ, καὶ τοῦτο ἄλλων τε πολλῶν ἀκηκόαμεν καὶ αὐτοὶ πολλάκις εἰρήκαμεν. Εἰρήκαμεν γάρ. Τοῦτο τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, κινδυνεύει τρόπον τινὰ γιγνόμενον ἡ δικαιοσύνη εἶναι, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν. οἶσθα ὅθεν τεκμαίρομαι; Οὐκ, ἀλλὰ λέγ', ἔφη. Δοκεῖ μοι, ἦν δ' ἐγώ, τὸ ὑπόλοιπον ἐν τῇ πόλει ὧν ἐσκέμμεθα, σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας, καὶ φρονήσεως, τοῦτο εἶναι, ὃ πᾶσιν ἐκείνοις

τὴν δύναμιν παρέσχεν, ὥστε ἐγγενέσθαι, καὶ ἐγγενομένοις γε σωτηρίαν παρέχειν, ἕως περ ἂν ἐνῇ. καίτοι ἔφαμεν δικαιοσύνην ἔσεσθαι τὸ ὑπολειφθὲν ἐκείνων, εἰ τὰ τρία εὑροιμεν. Καὶ γὰρ ἀνάγκη, ἔφη. Ἀλλὰ μέντοι, ἦν δ' ἐγὼ, εἰ δέοι γε κρῖναι, τί τὴν πόλιν ἡμῖν τούτων μάλιστα ἀγαθὴν ἀπεργάσεται ἐγγενόμενον, δύσκριτον ἂν εἴη, πότερον ἡ ὁμοδοξία τῶν ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, ἢ ἡ περὶ δεινῶν τε καὶ μή, ἅττα ἐστὶ, δόξης ἐννόμου σωτηρία ἐν τοῖς στρατιώταις ἐγγενομένη, ἢ ἡ ἐν τοῖς ἄρχουσι φρόνησίς τε καὶ φυλακὴ ἐνοῦσα, ἥ τοῦτο μάλιστα ἀγαθὴν αὐτὴν ποιεῖ ἐνὸν καὶ ἐν παιδὶ καὶ ἐν γυναικὶ καὶ δούλῳ καὶ ἐλευθέρῳ καὶ δημιουργῷ καὶ ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ, ὅτι τὸ αὑτοῦ ἕκαστος εἷς ὢν ἔπραττε καὶ οὐκ ἐπολυπραγμόνει. Δύσκριτον, ἔφη· πῶς δ' οὔ; Ἐναμίλλον ἄρα, ὡς ἔοικε, πρὸς ἀρετὴν πόλεως τῇ τε σοφίᾳ αὐτῆς καὶ τῇ σωφροσύνῃ καὶ τῇ ἀνδρείᾳ ἡ τοῦ ἕκαστον ἐν αὐτῇ τὰ αὑτοῦ πράττειν δύναμις. Καὶ μάλα, ἔφη. Οὐκοῦν δικαιοσύνην τό γε τούτοις ἐναμίλλον ἂν εἰς ἀρετὴν πόλεως θείης; Παντάπασι μὲν οὖν. Cf. p. 432, B. sqq. St. Postquam verbis ὥς γε οὕτωσὶ δόξαι innuit Plato, non esse plenam et perfectam harum rerum explicationem, et debere etiam accuratius trium virtutum vim atque naturam indagari, si id solum agatur, nihil iam reliquum esse dicit, praeter iustitiam. Dictum enim esse, iustitiam fore id quod reliquum sit, tribus inventis. Recte tamen Schleiermacherus, hoc tum demum concedi posse putat, si probatum sit, quatuor has virtutes explere omnem virtutis ambitum. Id tamen factum non esse. Cf. pag. 554. not. et p. 20. introd. — Venationis autem, quae sequitur, suavissima imagine in hunc ipsum locum lectorum aciem dirigere voluisse videtur philosophus, ne totius dialogi ratio ipsos effugeret. Eodem mihi pertinere videntur hae lectorum admonitiones ut attendant ne elabatur iustitia, hae deorum preces, hae querelae de negotii difficultate, haec laetitia quod tandem aliquando vestigium aliquod appareat, hae exclamationes. Ac subesse aliquid eiusmodi huic loco etiam Schleiermachero suboluit, qui non sine causa, tribus inventis virtutibus, tantos tamque mirificos apparatus cum gemitibus fieri statuerit, ut iustitia diversa a reliquis inveniatur. Nam non facile esse invenire discrimen inter priorem σωφροσύνης, et hanc iustitiae

definitionem. Cf. introd. l. l. Hanc tamen veram causam non esse docebimus. — Sed expendantur singula: Iam ab initio, quum civitatem exstruere coepissent, iustitiam se tenuisse dicit Socrates, h. e. iustitiam iam initio cognitam fuisse et fundamentum adeo omnis huc usque deducti sermonis fuisse. ὃ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐθέμεθα δεῖν ποιεῖν διὰ παντὸς, ὅτε τὴν πόλιν κατῳκίζομεν, τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἤτοι τούτου τι εἶδος ἡ δικαιοσύνη. Quae si vera sunt, non quaesivit Socrates in prioribus iustitiam. — Iustitiae vero quam hoc loco habemus definitio, non cognitis antea reliquis virtutibus, iustitiae veram naturam non aperit. At vero reliquas virtutes recte explicatas non esse demonstravimus. Itaque iustitiae vera natura inventa non est. Ac possis recte in hanc iustitiae definitionem eandem reprehensionem adhibere, qua Socrates primo libro Simonidis effatum, esse iustitiam τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι, exagitaverat. Id vidisse ipsum Socratem testantur haec: ὅτι ἐλέγομεν τρόπον τινὰ αὐτό· et τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἤτοι τούτου τι εἶδος ἡ δικαιοσύνη· et τοῦτο τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ φίλε, κινδυνεύει τρόπον τινὰ γιγνόμενον ἡ δικαιοσύνη εἶναι, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν. Nam quaerere sane licet τίνα τρόπον? Cur praeterea, si τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν per se solum veram iustitiae, quam quaerebat, naturam aperiret, eiusque rei mentio tam saepe recurreret, lib. II. p. 370. B. 374, A. III, 394, E. 397. C. IV, 420, D. 423, C. D. factum putemus, quod in prioribus ne verbo quidem significatum sit, hoc praecepto contineri iustitiae vim et naturam? An id Socratem antea nescivisse, nunc demum quasi casu quodam vidisse statuamus? Quod si dicas id factum ideo esse, quia antea intelligi nondum potuerit vera mens huius effati, quae nunc sit apertior, tribus virtutibus quadamtenus explicatis, eam ne nunc quidem plane intelligi respondebimus, nondum repetita ex animo omni re. Porro, nisi res ita haberet, quemadmodum nos volumus, h. e. nisi Plato perfectam rempublicam conderet, iustitiam se quaerere simularet, qui fieri potuisse putemus, ut forte atque casu omnia civitatis instituta ex iustitia tanquam ex ore aliquo imago exprimerentur? Callide igitur Socrates hac externa quasi nota iustitiae usus est, ut definitionis specie, qua interna iustitiae natura non aperitur fallat lectores,

τὴν δύναμιν παρέσχεν, ὥστε ἐγγενέσθαι, καὶ ἐγγενομένοις γε σωτηρίαν παρέχειν, ἕως περ ἂν ἐνῇ. καίτοι ἔφαμεν δικαιοσύνην ἔσεσθαι τὸ ὑπολειφθὲν ἐκείνων, εἰ τὰ τρία εὑροιμεν. Καὶ γὰρ ἀνάγκη, ἔφη. Ἀλλὰ μέντοι, ἦν δ' ἐγὼ, εἰ δέοι γε κρῖναι, τί τὴν πόλιν ἡμῖν τούτων μάλιστα ἀγαθὴν ἀπεργάσεται ἐγγενόμενον, δύσκριτον ἂν εἴη, πότερον ἡ ὁμοδοξία τῶν ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, ἢ ἡ περὶ δεινῶν τε καὶ μὴ, ἅττα ἐστὶ, δόξης ἐννόμου σωτηρία ἐν τοῖς στρατιώταις ἐγγενομένη, ἢ ἡ ἐν τοῖς ἄρχουσι φρόνησίς τε καὶ φυλακὴ ἐνοῦσα, ἥ τοῦτο μάλιστα ἀγαθὴν αὐτὴν ποιεῖ ἐνὸν καὶ ἐν παιδὶ καὶ ἐν γυναικὶ καὶ δούλῳ καὶ ἐλευθέρῳ καὶ δημιουργῷ καὶ ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ, ὅτι τὸ αὑτοῦ ἕκαστος εἷς ὢν ἔπραττε καὶ οὐχ ἑπολυπραγμόνει. Δύσκριτον, ἔφη· πῶς δ' οὔ; Ἐναμίλλον ἄρα, ὡς ἔοικε, πρὸς ἀρετὴν πόλεως τῇ τε σοφίᾳ αὐτῆς καὶ τῇ σωφροσύνῃ καὶ τῇ ἀνδρείᾳ ἡ τοῦ ἕκαστον ἐν αὐτῇ τὰ αὑτοῦ πράττειν δύναμις. Καὶ μάλα, ἔφη. Οὐκοῦν δικαιοσύνην τό γε τούτοις ἐναμίλλον ἂν εἰς ἀρετὴν πόλεως θείης; Παντάπασι μὲν οὖν. Cf. p. 432, B. sqq. St. Postquam verbis ὡς γε οὑτωσὶ δόξαι innuit Plato, non esse plenam et perfectam harum rerum explicationem, et debere etiam accuratius trium virtutum vim atque naturam indagari, si id solum agatur, nihil iam reliquum esse dicit, praeter iustitiam. Dictum enim esse, iustitiam fore id quod reliquum sit, tribus inventis. Recte tamen Schleiermacherus, hoc tum demum concedi posse putat, si probatum sit, quatuor has virtutes explere omnem virtutis ambitum. Id tamen factum non esse. Cf. pag. 554. not. et p. 20. introd. — Venationis autem, quae sequitur, suavissima imagine in hunc ipsum locum lectorum aciem dirigere voluisse videtur philosophus, ne totius dialogi ratio ipsos effugeret. Eodem mihi pertinere videntur hae lectorum admonitiones ut attendant ne elabatur iustitia, hae deorum preces, hae querelae de negotii difficultate, haec laetitia quod tandem aliquando vestigium aliquod appareat, hae exclamationes. Ac subesse aliquid eiusmodi huic loco etiam Schleiermachero suboluit, qui non sine causa, tribus inventis virtutibus, tantos tamque mirificos apparatus cum gemitibus fieri statuerit, ut iustitia diversa a reliquis inveniatur. Nam non facile esse invenire discrimen inter priorem σωφροσύνης, et hanc iustitiae

definitionem. Cf. introd. l. l. Hanc tamen veram causam non esse docebimus. — Sed expendantur singula: Iam ab initio, quum civitatem exstruere coepissent, iustitiam se tenuisse dicit Socrates, h. e. iustitiam iam initio cognitam fuisse et fundamentum adeo omnis huc usque deducti sermonis fuisse. ὃ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐθέμεθα δεῖν ποιεῖν διὰ παντὸς, ὅτε τὴν πόλιν κατῳκίζομεν, τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἤτοι τούτου τι εἶδος ἡ δικαιοσύνη. Quae si vera sunt, non quaesivit Socrates in prioribus iustitiam. — Iustitiae vero quam hoc loco habemus definitio, non cognitis antea reliquis virtutibus, iustitiae veram naturam non aperit. At vero reliquas virtutes recte explicatas non esse demonstravimus. Itaque iustitiae vera natura inventa non est. Ac possis recte in hanc iustitiae definitionem eandem reprehensionem adhibere, qua Socrates primo libro Simonidis effatum, esse iustitiam τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι, exagitaverat. Id vidisse ipsum Socratem testantur haec: ὅτι ἐλέγομεν τρόπον τινὰ αὐτό· et τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἤτοι τούτου τι εἶδος ἡ δικαιοσύνη· et τοῦτο τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ φίλε, κινδυνεύει τρόπον τινὰ γιγνόμενον ἡ δικαιοσύνη εἶναι, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν. Nam quaerere sane licet τίνα τρόπον? Cur praeterea, si τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν per se solum veram iustitiae, quam quaerebat, naturam aperiret, eiusque rei mentio tam saepe recurreret, lib. II. p. 370. B. 374, A. III, 394, E. 397. C. IV, 420, D. 423, C. D. factum putemus, quod in prioribus ne verbo quidem significatum sit, hoc praecepto contineri iustitiae vim et naturam? An id Socratem antea nescivisse, nunc demum quasi casu quodam vidisse statuamus? Quod si dicas id factum ideo esse, quia antea intelligi nondum potuerit vera mens huius effati, quae nunc sit apertior, tribus virtutibus quadamtenus explicatis, eam ne nunc quidem plane intelligi respondebimus, nondum repetita ex animo omni re. Porro, nisi res ita haberet, quemadmodum nos volumus, h. e. nisi Plato perfectam rempublicam conderet, iustitiam se quaerere simularet, qui fieri potuisse putemus, ut forte atque casu omnia civitatis instituta ex iustitia tanquam ex ore aliquo imago exprimerentur? Callide igitur Socrates hac externa quasi nota iustitiae usus est, ut definitionis specie, qua interna iustitiae natura non aperitur fallat lectores,

isque recepserat docere, iustitiam esse inter summa bona, iustumque esse cuivis optimum esse, sive quis iustus esse videatur, seu non videatur? Cf. cum his lib. II. p. 366. E. 367. E.

His nondum contentus, iam causam invertit, et ex eo quid iniustitia sit, iustitiam definire conatur, non feliciore eventu: *Ἰδὲ δή, ἐὰν σοὶ ὅπερ ἐμοὶ ξυνδοκῇ. τέκτων σκυτοτόμου ἐπιχειρῶν ἔργα ἐργάζεσθαι ἢ σκυτοτόμος τέκτονος, ἢ τὰ ὄργανα μεταλαμβάνοντες ἀλλήλων ἢ τιμὰς, ἢ καὶ ὁ αὐτὸς ἐπιχειρῶν ἀμφότερα πράττειν, πάντα ταῦλλα μεταλλαττόμενα, ἆρά σοι ἂν τι δοκεῖ μέγα βλάψαι πόλιν; Οὐ πάνυ, ἔφη. Ἀλλ' ὅταν γε οἶμαι, δημιουργὸς ὢν ἤ τις ἄλλος χρηματιστὴς φύσει, ἔπειτα ἐπαιρόμενος ἢ πλούτῳ ἢ πλήθει ἢ ἰσχύϊ ἢ ἄλλῳ τῳ τοιούτῳ εἰς τὸ τοῦ πολεμικοῦ εἶδος ἐπιχειρῇ ἰέναι, ἢ τῶν πολεμικῶν τις εἰς τὸ τοῦ βουλευτικοῦ καὶ φύλακος ἀνάξιος ὢν, καὶ τὰ ἀλλήλων οὗτοι ὄργανα μεταλαμβάνωσι καὶ τὰς τιμὰς, ἢ ὅταν ὁ αὐτὸς πάντα ταῦτα ἅμα ἐπιχειρῇ πράττειν, τότε οἶμαι καὶ σοὶ δοκεῖν ταύτην τὴν τούτων μεταβολὴν καὶ πολυπραγμοσύνην ὄλεθρον εἶναι τῇ πόλει. Παντάπασι μὲν οὖν. Ἡ τριῶν ἄρα ὄντων γενῶν πολυπραγμοσύνη καὶ μεταβολὴ εἰς ἄλληλα μεγίστη τε βλάβη τῇ πόλει καὶ ὀρθότατ' ἂν προσαγορεύοιτο μάλιστα κακουργία. Κομιδῇ μὲν οὖν. Κακουργίαν δὲ τὴν μεγίστην τῆς ἑαυτοῦ πόλεως οὐκ ἀδικίαν φήσεις εἶναι; Πῶς δ' οὔ; Τοῦτο μὲν ἄρα ἀδικία. πάλιν δὲ ὧδε λέγωμεν· χρηματιστικοῦ, ἐπικουρικοῦ, φυλακικοῦ γένους οἰκειοπραγία, ἑκάστου τούτων τὸ ἑαυτοῦ πράττοντος ἐν πόλει, τοὐναντίον ἐκείνου δικαιοσύνη τ' ἂν εἴη καὶ τὴν πόλιν δικαίαν παρέχοι; Οὐκ ἄλλη, ἔμοιγε δοκεῖ, ἢ δ' ὅς, ἔχειν ἢ ταύτη.* Cf. p. 434. St. Esse hanc iniustitiae explicationem non ex ipso fonte et capite suo, h. e. animo, derivatam, sed satis arbitrariam, nec aliter stabiliendam, quam si quae in animo accident mythice ad civitatem translata sumas, sponte patet. Quam enim hic vocavit Plato iniustitiam, est ea non iniustitia ipsa, sed facinus per iniustitiam commissum, et secundum nostri temporis instituta atque leges, cum morales tum civiles, ne facinus quidem iniustum. Itaque non recte explicata iniustitia, nec iustitia recte explicata videri debet, quam iniustitiae contrariam dicit esse. Etiamsi vero recte explicata esset iniustitia, tamen talis iustitiae explicatio per contrarium

parum respondere potest desiderio eorum, qui operis finem positum esse volunt in invenienda iustitia. Itaque iustitia primum invenienda fuit, et inde iniustitiae natura explicanda, non contra. Qua ipsa ratione se in hoc iustitiae inveniendae conatu usurum esse, Plato ante decreverat. Cf. lib. IV. p. 420, B. St. Quod tamen se facturum esse promisit, ut malam civitatem conderet et iniustitiam in ea quaereret, id factum nondum est. Apparet igitur Socratem non aliam ob causam hunc argumentorum cumulum coacervare, quam ne animadvertat statim lector iustitiam inventam non esse; doceat vero, hanc civitatem esse quasi imaginem iustitiae. Atque is est finis eius disputationis, quae versatur in iustitiae natura ex civitate repetenda. Sed nec inventa est, nec potuit inveniri in civitate, neque adeo, si vera sunt quae adhuc disputavimus, voluit eam Plato invenire in civitate, sed est alius eius sermonis finis. Sunt igitur omnia, celato vero operis fine, mirabili arte ita instituta, ut summa species excitetur, non solum quaeri iustitiam, sed inveniri. Nam si legentibus suspicio orta esset, non vere quaeri iustitiam, ruitura erat artificiosa operis constructio. Ne tamen totius operis internam rationem diligentius considerantes deciperentur, ubique tanquam signa quaedam disposuit, quae ad verum ducerent erroremque prohiberent. Sic hoc loco, ubi tamen summam lectorum exspectationem excitaverat iustitiam inventum iri et inventam iam esse, addit: *Μηδὲν, ἦν δ' ἐγώ, πω πάνυ παγίως αὐτὸ λέγωμεν, ἀλλ' ἐὰν μὲν ἡμῖν καὶ εἰς ἕνα ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων ἰὸν τὸ εἶδος τοῦτο ὁμολογῆται καὶ ἐκεῖ δικαιοσύνη εἶναι, συγχωρησόμεθα ἤδη· τί γὰρ καὶ ἐροῦμεν; εἰ δὲ μὴ, τότε ἄλλο τι σκεψόμεθα.* Cf. p. 434, D. Ceterum recte reprehenderet Schleiermacherus iustitiae, quam hoc loco habemus, definitionem, (cf. introd. p. 27. 28.) si ex republica eiusque partibus, ut ipse opinatur, non ex animo, ut iam videbimus, repeteretur.

SECTIO VII.

Diximus Socratem iustitia reliquisque virtutibus in civitate quaerendis id assequi voluisse, ut civitatem omnem ad virtutem

isque recoperat docere, iustitiam esse inter summa bona, iustumque esse cuivis optimum esse, sive quis iustus esse videatur, seu non videatur? Cf. cum his lib. II. p. 366. E. 367. E.

His nondum contentus, iam causam invertit, et ex eo quid iniustitia sit, iustitiam definire conatur, non feliciore eventu: *Ἰδὲ δή, ἐὰν σοὶ ὅπερ ἐμοὶ ξυνδοκῇ. τέκτων σκυτοτόμου ἐπιχειρῶν ἔργα ἐργάζεσθαι ἢ σκυτοτόμος τέκτονος, ἢ τὰ ὄργανα μεταλαμβάνοντες ἀλλήλων ἢ τιμὰς, ἢ καὶ ὁ αὐτὸς ἐπιχειρῶν ἀμφότερα πράττειν, πάντα ταῦτα μεταλλαττόμενα, ἆρά σοι ἂν τι δοκεῖ μέγα βλάψαι πόλιν; Οὐ πάνυ, ἔφη. Ἀλλ' ὅταν γε οἶμαι, δημιουργὸς ὢν ἤ τις ἄλλος χρηματιστὴς φύσει, ἔπειτα ἐπαιρόμενος ἢ πλούτῳ ἢ πλήθει ἢ ἰσχύϊ ἢ ἄλλῳ τῳ τοιούτῳ εἰς τὸ τοῦ πολεμικοῦ εἶδος ἐπιχειρῇ ἰέναι, ἢ τῶν πολεμικῶν τις εἰς τὸ τοῦ βουλευτικοῦ καὶ φύλακος ἀνάξιος ὢν, καὶ τὰ ἀλλήλων οὗτοι ὄργανα μεταλαμβάνωσι καὶ τὰς τιμὰς, ἢ ὅταν ὁ αὐτὸς πάντα ταῦτα ἅμα ἐπιχειρῇ πράττειν, τότε οἶμαι καὶ σοὶ δοκεῖν ταύτην τὴν τούτων μεταβολὴν καὶ πολυπραγμοσύνην ὄλεθρον εἶναι τῇ πόλει. Παντάπασι μὲν οὖν. Ἡ τριῶν ἄρα ὄντων γενῶν πολυπραγμοσύνη καὶ μεταβολὴ εἰς ἄλληλα μέγιστη τε βλάβη τῇ πόλει καὶ ὀρθότατ' ἂν προσαγορεύοιτο μάλιστα κακουργία. Κομιδῇ μὲν οὖν. Κακουργίαν δὲ τὴν μεγίστην τῆς ἑαυτοῦ πόλεως οὐκ ἀδικίαν φήσεις εἶναι; Πῶς δ' οὔ; Τοῦτο μὲν ἄρα ἀδικία. πάλιν δὲ ὧδε λέγωμεν· χρηματιστικοῦ, ἐπικουρικοῦ, φυλακικοῦ γένους οἰκειοπραγία, ἑκάστου τούτων τὸ ἑαυτοῦ πράττοντος ἐν πόλει, τοὐναντίον ἐκείνου δικαιοσύνη τ' ἂν εἴη καὶ τὴν πόλιν δικαίαν παρέχοι; Οὐκ ἄλλη, ἔμοιγε δοκεῖ, ἢ δ' ὅς, ἔχειν ἢ ταύτη.* Cf. p. 434. St. Esse hanc iniustitiae explicationem non ex ipso fonte et capite suo, h. e. animo, derivatam, sed satis arbitrariam, nec aliter stabiliendam, quam si quae in animo accident mythice ad civitatem translata sumas, sponte patet. Quam enim hic vocavit Plato iniustitiam, est ea non iniustitia ipsa, sed facinus per iniustitiam commissum, et secundum nostri temporis instituta atque leges, cum morales tum civiles, ne facinus quidem iniustum. Itaque non recte explicata iniustitia, nec iustitia recte explicata videri debet, quam iniustitiae contrariam dicit esse. Etiamsi vero recte explicata esset iniustitia, tamen talis iustitiae explicatio per contrarium

parum respondere potest desiderio eorum, qui operis finem positum esse volunt in invenienda iustitia. Itaque iustitia primum invenienda fuit, et inde iniustitiae natura explicanda, non contra. Qua ipsa ratione se in hoc iustitiae inveniendae conatu usurum esse, Plato ante decreverat. Cf. lib. IV. p. 420, B. St. Quod tamen se facturum esse promisit, ut malam civitatem conderet et iniustitiam in ea quaereret, id factum nondum est. Apparet igitur Socratem non aliam ob causam hunc argumentorum cumulum coacervare, quam ne animadvertat statim lector iustitiam inventam non esse; doceat vero, hanc civitatem esse quasi imaginem iustitiae. Atque is est finis eius disputationis, quae versatur in iustitiae natura ex civitate repetenda. Sed nec inventa est, nec potuit inveniri in civitate, neque adeo, si vera sunt quae adhuc disputavimus, voluit eam Plato invenire in civitate, sed est alius eius sermonis finis. Sunt igitur omnia, celato vero operis fine, mirabili arte ita instituta, ut summa species excitetur, non solum quaeri iustitiam, sed inveniri. Nam si legentibus suspicio orta esset, non vere quaeri iustitiam, ruitura erat artificiosa operis constructio. Ne tamen totius operis internam rationem diligentius considerantes deciperentur, ubique tanquam signa quaedam disposuit, quae ad verum ducerent errioremque prohiberent. Sic hoc loco, ubi tamen summam lectorum exspectationem excitaverat iustitiam inventum iri et inventam iam esse, addit: *Μηδὲν, ἦν δ' ἐγώ, πω πάνυ παγίως αὐτὸ λέγωμεν, ἀλλ' ἐὰν μὲν ἡμῖν καὶ εἰς ἕνα ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων ἰὸν τὸ εἶδος τοῦτο ὁμολογῆται καὶ ἐκεῖ δικαιοσύνη εἶναι, συγχωρησόμεθα ἤδη· τί γὰρ καὶ ἐροῦμεν; εἰ δὲ μὴ, τότε ἄλλο τι σκεψόμεθα.* Cf. p. 434, D. Ceterum recte reprehenderet Schleiermacherus iustitiae, quam hoc loco habemus, definitionem, (cf. introd. p. 27. 28.) si ex republica eiusque partibus, ut ipse opinatur, non ex animo, ut iam videbimus, repeteretur.

SECTIO VII.

Diximus Socratem iustitia reliquisque virtutibus in civitate quaerendis id assequi voluisse, ut civitatem omnem ad virtutem

tanquam ad regulam accommodatam esse appareret, simulasse autem, ut operis, quod in quaerenda iustitia occupatum esse fingit, ratio constaret, iustitiam se quaerere. Quanta id arte factum sit ex nostra disputatione patere arbitramur. Videbat autem Plato eorum quae dicta sint omnium non aliam vim esse, quam excitari iis speciem, iustitiam esse quod quaereret, sed inventam eam non esse, inveniendam vero, ut haberet optima civitas fundamentum quo nitatur. Itaque hoc loco ad iustitiam vere inveniendam se accingit. Indicavimus supra quid vitii haberet Platonis ratio, quatuor virtutes cardinales in civitate ita quaerendi, ut tribus inventis reliquam quartamque hoc ipso inventam esse appareret. Nam probandum primum fuisse quatuor virtutes complere omnem virtutis ambitum. [1]Quod *non* ignorantia veri, sed propter operis institutam rationem factum esse, ut argumento certo firmoque constaret, iam quatuor virtutes, ex tribus animi facultatibus, ita repetit, ut unicuique facultati unam virtutem accommodet, omnesque has virtutes coniunctas iustitiam esse dicat. Num quae ita relinquitur dubitatio, non quaeri iustitiam in civitate? Nam cur hanc viam non statim initio Plato inierit? Quid igitur relinquitur aliud, quam in civitate versari orationem statuere? Sed audiamus Platonem ipsum qui iustitia ut modo diximus inventa, haec addit: *Μηδὲν, ἦν δ' ἐγώ, πω πάνυ παγίως αὐτὸ λέγωμεν, ἀλλ' ἐὰν μὲν ἡμῖν καὶ εἰς ἕνα ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων ἰὸν τὸ εἶδος τοῦτο ὁμολογῆται καὶ ἐκεῖ δικαιοσύνη εἶναι, συγχωρησόμεθα ἤδη· τί γὰρ καὶ ἐροῦμεν; εἰ δὲ μὴ, τότε ἄλλο τι σκεψόμεθα.* Cf. lib. IV. p. 434. St. Socratis haec verba significare tantum videntur, etiam alterum illud in quo iustitia insit arcessendum esse, videndumque num iustitiae notio in civitate inventae etiam in eo concedatur iustitia esse. Neque id exspectare non debuit, qui operis supra propositam rationem memoria teneret. Si vero rem accuratius consideres, miraberis sane, cur si iustitia vere inventa sit in civitate, *id non firmiter affirmari debeat*, nec, quoniam in civitate maior iustitia insit et facilius cognoscenda quam in singulis quibusque, si quid forte discriminis inter utrumque appareat, id inde repetatur, quod tanquam minutioribus literis et difficilioribus cognitu scripta sit iustitia in animis hominum,

operaque detur, ut maiorum literarum auxilio hae minores legi possint. Cf. lib. II. p. 368. extr. St. Nec ita necessarium erat, si iustitiae notio in civitate inventae discreparet a iustitia quae esset in animis singulorum, *aliud quaerere. Plato tamen contra omnem iustitiae quaestionem in civitate, a quaestione iustitiae in animis singulorum ita pendere facit.* Itaque nobis quidem, accurate attendentibus hoc loco Plato innuere videtur, iustitiam quaerendam non esse in civitate, sed in animis singulorum. Quod tamen apparere non debuit, nisi verum operis finem atque consilium, quod ita in quaerenda iustitia positum esse non poterat, prodere vellet. Itaque ne huius loci sententia nimis aperta sit, in sequentibus eam tanquam involucris quibusdam obvolvit et obscurat, ut operis instituta ratio constare videatur: *νῦν δ' ἐκτελέσωμεν τὴν σκέψιν, ἣν ᾠήθημεν, εἰ ἐν μείζονί τινι τῶν ἐχόντων δικαιοσύνην πρότερον ἐκεῖνο ἐπιχειρήσαιμεν θεάσασθαι, ῥᾷον ἂν ἐν ἑνὶ ἀνθρώπῳ κατιδεῖν, οἷόν ἐστι. καὶ ἔδοξε δὴ ἡμῖν τοῦτο εἶναι πόλις, καὶ οὕτως ᾠκίζομεν ὡς ἐδυνάμεθα ἀρίστην, εὖ εἰδότες, ὅτι ἔν γε τῇ ἀγαθῇ ἂν εἴη.* Id tamen nusquam antea declaraverat, imo in civitate in universum, et in *luxuriante* adeo civitate iustitiam quaerere velle videbatur. Hunc igitur locum supra ob oculos habuimus, quum diceremus, mox daturos nos esse apertiora, si cui non satis probatum videatur, Platonem iam ab initio perfectam civitatem describere voluisse. Nam Plato non contentus istis, hoc loco se id eam ob causam fecisse profitetur, quoniam bene sciverint, in optima civitate futuram esse iustitiam. Apertum est autem si optima civitas sine iustitia esse non potest, huius loci non aliam esse sententiam, quam optimam hanc civitatem ad normam atque regulam iustitiae esse conditam. Atque haec est causa cur Socrates lib. II. p. 372, C. — 373. St. omnia experiatur ac tentet, ne de *luxuriante civitate*, ad quem sermonem Glauco vocabat, cogeretur dicere. Cuius loci quae mens esset nondum explicari vidimus, nec posse explicari credimus, nisi si nostram de Operis consilio sententiam probes. Sed pergamus: *ὃ οὖν ἡμῖν ἐκεῖ ἐφάνη, ἐπαναφέρωμεν εἰς τὸν ἕνα, κἂν μὲν ὁμολογῇται, καλῶς ἕξει· ἐὰν δέ τι ἄλλο ἐν τῷ ἑνὶ ἐμφαίνηται, πάλιν ἐπανιόντες ἐπὶ τὴν πόλιν βασανιοῦμεν.* καὶ

etiamsi simplicem vere iudicaret animi naturam, tamen id negligit hoc loco, etsi hac ipsa re ipsius iustitiae notio melius etiam explicari posse videretur. Nobis enim iis quae de ideis in hoc opere disseruntur, et hac ipsa de animi vera natura disputatione absolvi videtur ipsius iustitiae notio. Hac igitur disputatione de tribus animi facultatibus, quas esse sumit, eam potissimum ob causam videtur usus esse ut doceret, recte tres civium classes factas esse, nam eodem modo animum tripertitum videri, eandemque virtutum et ipsius iustitiae in utrisque rationem obtinere. Ad civitatem enim omnis hoc loco accommodanda erat oratio. Ad probanda quae diximus cf. lib. VI. p. 504. init. St. *Μνημονεύεις μέν που, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι τριττὰ εἴδη ψυχῆς διαστησάμενοι ξυνεβιβάζομεν δικαιοσύνης τε πέρι καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας καὶ σοφίας, ὃ ἕκαστον εἴη. Μὴ γὰρ μνημονεύων, ἔφη, τὰ λοιπὰ ἂν εἶην δίκαιος μὴ ἀκούειν. Ἢ καὶ τὸ προρρηθὲν αὐτῶν; Τὸ ποῖον δή; Ἐλέγομέν που, ὅτι ὡς μὲν δυνατὸν ἦν κάλλιστα αὐτὰ κατιδεῖν, ἄλλη μακροτέρα εἴη περίοδος, ἣν περιελθόντι καταφανῆ γίγνοιτο, τῶν μέντοι ἔμπροσθεν προειρημένων ἐπομένας ἀποδείξεις οἷόν τ' εἴη προσάψαι. καὶ ὑμεῖς ἐξαρκεῖν ἔφατε, καὶ οὕτω δὴ ἐῤῥήθη τὰ τότε τῆς μὲν ἀκριβείας, ὡς ἐμοὶ ἐφαίνετο, ἐλλιπῆ, εἰ δὲ ὑμῖν ἀρεσκόντως, ὑμεῖς ἂν τοῦτο εἴποιτε. Ἀλλ' ἔμοιγε, ἔφη, μετρίως· ἐφαίνετο μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις. Ἀλλ', ὦ φίλε, ἦν δ' ἐγώ, μέτρον τῶν τοιούτων ἀπολεῖπον καὶ ὁτιοῦν τοῦ ὄντος οὐ πάνυ μετρίως γίγνεται· ἀτελὲς γὰρ οὐδὲν οὐδενὸς μέτρον. δοκεῖ δ' ἐνίοτέ τισιν ἱκανῶς ἤδη ἔχειν καὶ οὐδὲν δεῖν περαιτέρω ζητεῖν. Καὶ μάλ', ἔφη, συχνοὶ πάσχουσιν αὐτὸ διὰ ῥᾳθυμίαν. Τούτου δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, τοῦ παθήματος ἥκιστα προσδεῖ φύλακι πόλεώς τε καὶ νόμων. Εἰκὸς, ἦ δ' ὅς. Τὴν μακροτέραν τοίνυν, ὦ ἑταῖρε, ἔφην, περιιτέον τῷ τοιούτῳ, καὶ οὐχ ἧττον μανθάνοντι πονητέον ἢ γυμναζομένῳ.* Ac primum quidem perspicitur ex hoc loco, non ex civitatis partibus Platoni repetendam visam esse iustitiam, sed ex animo eiusque partibus: *Μνημονεύεις μέν που, ἦν δ' ἐγὼ κ. τ. ἑ.*; deinde hac de tribus animi facul-

tatibus disputatione, iustitiae quaestionem non absolvi, sed iustitiae ὑπογραφὴν quandam in ea niti; denique hac iustitiae in civitate indagandae ratione rem ipsam non satis illustrari, quam tamen ita facilius conspici posse antea declaraverat. Cf. lib. II. p. 369. ed. St. Quid ex his omnibus recte pensitatis de operis argumento atque fine sequatur, lector intelligens ipse iudicet. Quae enim sunt *αἱ τῶν ἔμπροσθεν προειρημένων ἐπόμεναι ἀποδείξεις*, quibus factum est, ut quae de iustitiae vi ac natura dicebantur *ἐλλιπῆ* essent *τῆς ἀκριβείας* et *ἀτελῆ*? Quae sunt *μέθοδοι*, quibus nunc in sermonibus utitur, quibus accurate haec ipsa res non explicabitur, nec invenietur ipsa iustitia, consentaneae tamen antea dictis et quaesitis? Sunt argumenta, sunt *μέθοδοι*, sermoni qui de civitate habitus est congrua.

Tres igitur adesse animi facultates in hunc modum probavit Socrates: *Ἆρ' οὖν ἡμῖν, ἦν δ' ἐγὼ, πολλὴ ἀνάγκη ὁμολογεῖν, ὅτι γε τὰ αὐτὰ ἐν ἑκάστῳ ἔνεστιν ἡμῶν εἴδη τε καὶ ἤθη, ἅπερ ἐν τῇ πόλει; οὐ γάρ που ἄλλοθεν ἐκεῖσε ἀφῖκται. γελοῖον γὰρ ἂν εἴη, εἴ τις οἰηθείη τὸ θυμοειδὲς μὴ ἐκ τῶν ἰδιωτῶν ἐν ταῖς πόλεσι γεγονέναι, οἵ δὴ καὶ ἔχουσι ταύτην τὴν αἰτίαν, οἷον οἱ κατὰ τὴν Θράκην τε καὶ Σκυθικὴν καὶ σχεδόν τι κατὰ τὸν ἄνω τόπον, ἢ τὸ φιλομαθὲς, ὃ δὴ περὶ τὸν παρ' ἡμῖν μάλιστ' ἄν τις αἰτιάσαιτο τόπον, ἢ τὸ φιλοχρήματον, ὃ περὶ τούς τε Φοίνικας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ Αἴγυπτον φαίη τις ἂν οὐχ ἥκιστα. Καὶ μάλα, ἔφη. Τοῦτο μὲν δὴ οὕτως ἔχει, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ οὐδὲν χαλεπὸν γνῶναι. Οὐ δῆτα.* Cf. lib. IV. p. 435. extr. Steph. Quid autem magis nostram sententiam, iustitiam prius in animis quaerendam fuisse quam in civitate, firmabit, quam id quod Plato ipse dicit *τὸ θυμοειδὲς, τὸ φιλομαθὲς, τὸ φιλοχρήματον*, qui sunt tanquam fontes atque origines virtutum, ex singulorum animis in civitatem pervenisse? Post haec a p. 436 — 441. ed. Steph. quam fieri potest accuratissime Plato demonstrare conatur, tres, quas esse ostenderat animi facultates, diversas esse a se. Ibi, quum *τοῦ θυμοῦ* vim et naturam omnem descripsisset Socrates, Glauco, similitudinis quae inter hanc animi facultatem et militum ordinem intercederet, memor: *Πάνυ μὲν οὖν*, inquit, *ἔοικε τούτῳ, ᾧ λέγεις· καίτοι γε ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει τοὺς ἐπικούρους ὥσπερ κύνας ἐθέμεθα ὑπη-*

κόους τῶν ἀρχόντων ὥσπερ παιμένων πόλεως. p. 440, D, St. Quis qui haec legerit dubitet quin haec civitatis ordinum distributio ex animi facultatibus repetita sit? Quantum autem curet Socrates ut haec inter utrosque ratio appareat, etiam haec prohant: *ἦ καθάπερ ἐν τῇ πόλει ξυνεῖχεν αὐτὴν τρία ὄντα γένη, χρηματιστικὸν, ἐπικουρικὸν, βουλευτικὸν, οὕτω καὶ ἐν ψυχῇ τρίτον τοῦτό ἐστι τὸ θυμοειδὲς, ἐπίκουρον ὂν τῷ λογιστικῷ φύσει, ἐὰν μὴ ὑπὸ κακῆς τροφῆς διαφθαρῇ; Ἀνάγκη, ἔφη, τρίτον.* p. 440, E. sqq. St. Quibus explicatis haec leguntur: *Ταῦτα μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, μόγις διανενεύκαμεν, καὶ ἡμῖν ἐπιεικῶς ὁμολογεῖται τὰ αὐτὰ μὲν ἐν πόλει, τὰ αὐτὰ δ' ἐν ἑνὸς ἑκάστου τῇ ψυχῇ γένη ἐνεῖναι καὶ ἴσα τὸν ἀριθμόν. Ἔστι ταῦτα. Οὐκοῦν ἐκεῖνό γε ἤδη ἀναγκαῖον, ὡς πόλις ἦν σοφὴ καὶ ᾗ, οὕτω καὶ τὸν ἰδιώτην καὶ τοῦτῳ σοφὸν εἶναι; Τί μήν; Καὶ ᾧ δὴ ἀνδρεῖος ἰδιώτης καὶ ὡς, τούτῳ καὶ πάλιν ανδρείαν καὶ οὕτω, καὶ τἆλλα πάντα πρὸς ἀρετὴν ὡσαύτως ἀμφότερα ἔχειν. Ἀνάγκη. Καὶ δίκαιον δὴ, ὦ Γλαύκων, οἶμαι, φήσομεν ἄνδρα εἶναι τῷ αὐτῷ τρόπῳ ᾧπερ καὶ πόλις ἦν δικαία. Καὶ τοῦτο πᾶσα ἀνάγκη.* Ista ratio quae iam inventis virtutibus verissima videri debet, falsa est, si originem virtutum spectes. Nam tum urbs est iusta dicenda eodem modo, quo vir iustus dicitur; quod si rem invertas, cogitare tibi potes opifices, milites, custodes proprie sic dictos, qui diligenter munere suo fungantur, et tamen iniusti sint, et iniusti adeo etiamsi nullum iniustum facinus edant, sed iniustitiam animo tantum clausam teneant, ita ut iniusti esse velint si possint. *Ἀλλ' οὔ πη μὴν τοῦτο ἐπιλελήσμεθα, ὅτι ἐκείνη γε τῷ τὸ ἑαυτοῦ ἕκαστον ἐν αὐτῇ πράττειν τριῶν ὄντων γενῶν δικαία ἦν. Οὔ μοι δοκοῦμεν, ἔφη, ἐπιλελῆσθαι. Μνημονευτέον ἄρα ἡμῖν, ὅτι καὶ ἡμῶν ἕκαστος, ὅτου ἂν τὰ αὑτοῦ ἕκαστον τῶν ἐν αὑτῷ πράττῃ, οὗτος δίκαιος τε ἔσται καὶ τὰ αὑτοῦ πράττων. Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς, μνημονευτέον. Οὐκοῦν τῷ μὲν λογιστικῷ ἄρχειν προσήκει, σοφῷ ὄντι καὶ ἔχοντι τὴν ὑπὲρ ἁπάσης τῆς ψυχῆς προμήθειαν, τῷ δὲ θυμοειδεῖ ὑπηκόῳ εἶναι καὶ ξυμμάχῳ τούτου; Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν οὐχ ὥσπερ ἐλέγομεν, μουσικῆς καὶ γυμναστικῆς κρᾶσις σύμφωνα αὐτὰ ποιήσει, τὸ μὲν ἐπιτείνουσα καὶ τρέφουσα λόγοις τε καλοῖς καὶ μαθήμασι, τὸ δὲ ἀνιεῖσα παραμυθουμένη, ἁρμε-*

ροῦσα ἁρμονία τε καὶ ῥυθμῷ; Κομιδῇ γε, ἦ δ' ὅς. Κἀὶ τούτω δὴ οὕτω τραφέντε καὶ ὡς ἀληθῶς τὰ αὑτῶν μαθόντε καὶ παιδευθέντε προστήσετον τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, ὃ δὴ πλεῖστον τῆς ψυχῆς ἐν ἑκάστῳ ἐστὶ καὶ χρημάτων φύσει ἀπληστότατον, ὃ τηρήσετον, μὴ τῷ πίμπλασθαι τῶν περὶ τὸ σῶμα καλουμένων ἡδονῶν πολὺ καὶ ἰσχυρὸν γενόμενον οὐκ αὖ τὰ αὐτοῦ πράττῃ, ἀλλὰ καταδουλώσασθαι καὶ ἄρχειν ἐπιχειρήσῃ ὧν οὐ προσῆκον αὐτῷ γένει, παὶ ξύμπαντα τὸν βίον πάντων ἀνατρέψῃ. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ τοὺς ἔξωθεν πολεμίους τούτω ἂν κάλλιστα φυλλαττοίτην ὑπὲρ ἁπάσης τῆς ψυχῆς τε καὶ τοῦ σώματος, τὸ μὲν βουλευόμενον, τὸ δὲ προπολεμοῦν, ἑπόμενον δὲ τῷ ἄρχοντι καὶ τῇ ἀνδρείᾳ ἐπιτελοῦν τὰ βουλευθέντα; Ἔστι ταῦτα. Καὶ ἀνδρεῖον δὴ, οἶμαι, τούτῳ τῷ μέρει καλοῦμεν ἕνα ἕκαστον, ὅταν αὐτοῦ τὸ θυμοειδὲς διασώζῃ διά τε λυπῶν καὶ ἡδονῶν τὸ ὑπὸ τοῦ λόγου παραγγελθὲν δεινόν τι καὶ μή. Ὀρθῶς γ', ἔφη. Σοφὸν δέ γε ἐκείνῳ τῷ σμικρῷ μέρει, τῷ ὃ ἦρχε τ' ἐν αὐτῷ καὶ ταῦτα παρήγγελλεν, ἔχον αὖ κακεῖνο ἐπιστήμην ἐν αὑτῷ τὴν τοῦ ξυμφέροντος ἑκάστῳ τε καὶ ὅλῳ τῷ κοινῷ σφῶν αὐτῶν τριῶν ὄντων. Πάνυ μὲν οὖν. Τί δέ; σώφρονα οὐ τῇ φιλίᾳ καὶ ξυμφωνίᾳ τῇ αὐτῶν τούτων, ὅταν τό τε ἄρχον καὶ τὼ ἀρχομένω ὁμοδοξῶσι τὸ λογιστικὸν δεῖν ἄρχειν καὶ μὴ στασιάζωσιν αὐτῷ; Σωφροσύνη γοῦν, ἦ δ' ὅς, οὐκ ἄλλο τί ἐστιν, ἢ τοῦτο, πόλεώς τε καὶ ἰδιώτου. Ἀλλὰ μὲν δὴ δίκαιός γε, ᾧ πολλάκις λέγομεν, τούτῳ καὶ οὕτως ἔσται. Πολλὴ ἀνάγκη. Τί οὖν; εἶπον ἐγὼ· μή πῃ ἡμῖν ἀπαμβλύνεται ἄλλο τι δικαιοσύνη δοκεῖν εἶναι ἢ ὅπερ ἐν τῇ πόλει ἐφάνη; Οὐκ ἔμοιγε, ἔφη, δοκεῖ. Cf. lib. IV. p. 441, C. St. Vides igitur recte nos supra monuisse, Platonem non sine argumento, hanc de quatuor virtutibus cardinalibus doctrinam recepisse, sed ostendere potius, quo tamquam solo et fundamento nitatur, nec plures esse paucioresve virtutes quam quas dixerit. — Firmantur haec iis quae Schneiderus, impugnans Astii coniecturam, ad hunc locum adnotavit: «Non intellexit ipsam iustitiam, cuius forma primum in civitate, utpote maiore (cf. L. II. p. 368. E.) investigata, deinde ad hominem singularem translata fuerat, si in hunc non quadraret, ἀπαμβλύνεσθαι dici potuisse, h. e. *retundi*, quum lineamenta eius integra non manerent, nisi con-

gruerent alteri; Socratem igitur secundum reliquorum codicum et Stobaei lectionem, quam restituit Bekkerus, interrogare, num qua parte iustitiae figura, quam in civitate conspexissent, cum hominis iustitia collata mutationem et detrimentum experta esset, ut omnino aliter de natura iustitiae ipsius statuendum videretur;» ct. — Quam tamen de iustitia proposuerat sententiam, eam his magis adhuc firmare conatur: *Ὧδε γὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, παντάπασιν ἂν βεβαιωσαίμεθα εἴ τι ἡμῶν ἔτι ἐν τῇ ψυχῇ ἀμφισβητεῖ, τὰ φορτικὰ αὐτῷ προσφέροντες. Ποῖα δή; Οἷον εἰ δέοι ἡμᾶς ἀνομολογεῖσθαι περί τε ἐκείνης τῆς πόλεως καὶ τοῦ ἐκείνῃ ὁμοίως πεφυκότος τε καὶ τεθραμμένου ἀνδρὸς, εἰ δοκεῖ ἂν παρακαταθήκην χρυσίου ἢ ἀργυρίου δεξάμενος ὁ τοιοῦτος ἀποστερῆσαι, τὶν' ἂν οἴει οἰηθῆναι τοῦτο αὐτὸν δρᾶσαι μᾶλλον, ἢ ὅσοι μὴ τοιοῦτοι; Οὐδέν' ἄν, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἱεροσυλιῶν καὶ κλοπῶν καὶ προδοσιῶν, ἢ ἰδίᾳ ἑταίρων ἢ δημοσίᾳ πόλεων ἐκτὸς ἂν οὗτος εἴη; Ἐκτός. Καὶ μὴν οὐδ' ὁπωστιοῦν ἄπιστος ἢ κατὰ ὅρκους ἢ κατὰ τὰς ἄλλας ὁμολογίας. Πῶς γὰρ ἄν; Μοιχεῖαι μὴν καὶ γονέων ἀμέλειαι καὶ θεῶν ἀθεραπευσίαι παντὶ ἄλλῳ μᾶλλον, ἢ τῷ τοιούτῳ προσήκουσι. Παντὶμέντοι, ἔφη.* p. 442, C. Schleiermacherus p. 26, l. 17–24. introd. erravit in eo, quod Platonem hoc loco iustitiae notionem in universum examinare voluisse sumsit. Quod si huius loci haec sententia esset, profecto ut summum vitium in definienda iustitia reprehendendum fuit, quod reliquarum virtutum eadem quae iustitiae vis esset, nec re vera a iustitia differrent. Sed ea Platonis mens non fuit. Nam id tantum agebat Socrates, ut ostenderet falsum esse Glauconem, qui lib. II. p. 359, B. sqq. contenderat, etiam iustum, si occasio sit impunite peccandi, summa maleficia commissurum esse, nec differre eum ab iniusto. — Ad probandam vero eam rem non opus fuit, ut, quae unius cuiusque virtutis vis sit, accurate distingueretur. Non igitur iustitiae notionem in universum h. l. examinare Plato voluit, sed expendere, num in hanc iustitiae notionem vere caderent ea, quae de iustitiae natura Glauco dixerat. *Οὐκοῦν τούτων πάντων αἴτιον, ὅτι αὐτοῦ τῶν ἐν αὐτῷ ἕκαστον τὰ αὑτοῦ πράττει ἀρχῆς τε πέρι καὶ τοῦ ἄρχεσθαι; Τοῦτο μὲν οὖν καὶ οὐδὲν ἄλλο. Ἔτι τι οὖν ἕτερον ζητεῖς δικαιοσύνην*

εἶναι, ἢ ταύτην τὴν δύναμιν, ἣ τοὺς τοιούτους ἄνδρας παρέχεται καὶ πόλεις; Μὰ Δία, ἦ δ' ὅς, οὐκ ἔγωγε. Τέλεον ἄρα ἡμῖν τὸ ἐνύπνιον ἀποτετέλεσται, ὃ ἔφαμεν ὑποπτεῦσαι, ὡς εὐθὺς ἀρχόμενοι τῆς πόλεως οἰκίζειν κατὰ θεόν τινα εἰς ἀρχήν τε καὶ τύπον τινὰ τῆς δικαιοσύνης κινδυνεύομεν ἐμβεβηκέναι. Παντάπασι μὲν οὖν. Τὸ δέ γε ἦν ἄρα, ὦ Γλαύκων, δι' ὃ καὶ ὠφελεῖ, εἴδωλόν τι*) τῆς δικαιοσύνης, τὸ τὸν μὲν σκυτοτομικὸν φύσει ὀρθῶς ἔχειν σκυτοτομεῖν καὶ ἄλλο μηδὲν πράττειν, τὸν δὲ τεκτονικὸν τεκταίνεσθαι, καὶ τἆλλα δὴ οὕτω. Φαίνεται. Τὸ δέ γε ἀληθὲς, τοιοῦτον μέν τι ἦν, ὡς ἔοικεν, ἡ δικαιοσύνη, ἀλλ' οὐ περὶ τὴν ἔξω πρᾶξιν τῶν αὑτοῦ, ἀλλὰ περὶ τὴν ἐντὸς, ὡς ἀληθῶς περὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ, μὴ ἐάσαντα τὰ ἀλλότρια πράττειν ἕκαστον ἐν αὑτῷ μηδὲ πολυπραγμονεῖν πρὸς ἄλληλα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γένη, ἀλλὰ τῷ ὄντι τὰ οἰκεῖα εὖ θέμενον καὶ ἄρξαντα αὐτὸν αὑτοῦ καὶ κοσμήσαντα καὶ φίλον γενόμενον ἑαυτῷ καὶ ξυναρμόσαντα τρία ὄντα ὥσπερ ὅρους τρεῖς ἁρμονίας ἀτεχνῶς, νεάτης τε καὶ ὑπάτης καὶ μέσης, καὶ εἰ ἄλλα ἄττα μεταξὺ τυγχάνει ὄντα, πάντα ταῦτα ξυνδήσαντα καὶ παντάπασιν ἕνα γενόμενον ἐκ πολλῶν, σώφρονα καὶ ἡρμοσμένον, οὕτω δὴ πράττειν ἤδη, ἐάν τι πράττῃ ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν ἢ περὶ σώματος θεραπείαν ἢ καὶ πολιτικόν τι ἢ περὶ τὰ ἴδια ξυμβόλαια, ἐν πᾶσι τούτοις ἡγούμενον καὶ ὀνομάζοντα δικαίαν μὲν καὶ καλὴν πρᾶξιν ἣ ἂν ταύτην τὴν ἕξιν σώζῃ τε καὶ συναπεργάζηται, σοφίαν δὲ τὴν ἐπιστατοῦσαν ταύτῃ τῇ πράξει ἐπιστήμην, ἄδικον δὲ πρᾶξιν, ἣ ἂν ἀεὶ ταύτην λύῃ, ἀμαθίαν δὲ τὴν ταύτῃ αὖ ἐπιστατοῦσαν δόξαν. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς, ὦ Σώκρατες, ἀληθῆ λέ-

*) Cf. Schneideri ad vocabula τὸ δέ γε adnotationem: «Verum iam hic contrarium proxime dictis enuntians et *illam non ipsam iustitiam*, sed tantum eius imaginem fuisse demonstrans, deinde vero iterum opponens imagini veritatem recte utrobique eadem adversandi formula utitur.

γεις. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ· τὸν μὲν δίκαιον καὶ ἄνδρα καὶ πόλιν καὶ δικαιοσύνην, ὃ τυγχάνει ἐν αὐτοῖς ὄν, εἰ φαῖμεν εὑρηκέναι, οὐκ ἂν πάνυ τι, οἶμαι, δόξαιμεν ψεύδεσθαι. Μὰ Δία οὐ μέντοι, ἔφη. Φῶμεν ἄρα; Φῶμεν. Cf. p. 443. St. Quod hoc loco suspicatos se esse dicit se orientem civitatem considerantes fortasse etiam orientem iustitiam contituros esse, id multo secus accidit. Nam iustitiam in civitate inventam non esse docuimus. Hic tamen ipse locus probat Platonis animo priusquam civitatem conderet, inhaesisse iustitiae speciem quandam, ad quam omnia instituta civitatis ordinaret. Sequitur igitur eum non vere quaesivisse iustitiam, sed simulare tantummodo. Ita iam prima instituta civitatis *ad* iustitiam referri videmus, quod iustitia nondum cognita fieri non potuit. Sed gravius istis hoc est, quod Platonem hoc loco *dicere* videmus, *vere iustum dicendum non esse, si fabri lignarii atque sutores suum negotium agant, nam iustitiam vere non versari in actionibus externis, sed iustitiam potius esse, si singulae quaeque animi partes suum munus recte obeant.* Confirmari his vides ea quae nos supra ad librum IV. p. 432, B. — 433, B. disputavimus. Nonne sunt vero actiones externae, si tres civium classes munia sibi assignata obeant? Itaque iustitia in civitate quaerenda non est.

Rem ita esse etiam illud docet, quod singularem militum ordinem, ex quo etiam summi reipublicae magistratus prodeunt, hac eadem ratione, quae hoc loco commemoratur, commotus instituerat. Cf. lib. II. p. 374. St. sqq. Non pertinet igitur haec ratio, quod sit εἴδωλόν τι τῆς δικαιοσύνης, τὸ τὸν μὲν σκυτοτομικὸν φύσει ὀρθῶς ἔχειν σκυτοτομεῖν καὶ ἄλλο μηδὲν πράττειν ad opifices solos, sed ad universam civitatem. Civilem adeo iustitiam inde repeti videmus, quod quis iustitiam internam animi ad ea transferat, quae ipsi in civitate agenda sint, ἐάν τι πράττῃ ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν ἢ περὶ σώματος θεραπείαν ἢ καὶ πολιτικόν τι ἢ περὶ τὰ ἴδια ξυμβόλαια, ἐν πᾶσι τούτοις ἡγούμενον καὶ ὀνομάζοντα δικαίαν μὲν καὶ καλὴν πρᾶξιν ἣ ἂν ταύτην τὴν ἕξιν σώζῃ τε καὶ συναπεργάζηται κ. τ. ἑ. Quis igitur, his diligenter pensitatis, dubitet, quin hoc loco omnem errorem de iustitiae quaerendae ratione philosophus tollere, et in rectam viam, qua ingredienti vera operis ratio obscura esse

non possit, deducere legentes voluerit? Hinc est, quod hoc loco illam negotiorum distributionem *εἴδωλόν τι τῆς δικαιοσύνης* nominat, ob hanc ipsam causam utile civitati; quod iustitiam ipsam in animo vere sedem suam habere declarat: *Τὸ δέ γε ἀληθὲς, τοιοῦτον μέν τι ἦν, ὡς ἔοικεν, ἡ δικαιοσύνη κ. τ. ἑ.* Cf. Schleiermacheri introd. in Platonis opera p. 20.: «Oder die eigentliche Untersuchung wird mit einer andern, nicht wie mit einem Schleier, sondern wie mit einer angewachsenen Haut überkleidet, welche dem Unaufmerksamen, aber auch nur diesem, dasjenige verdeckt, was eigentlich soll beobachtet oder gefunden werden, dem Aufmerksamen aber nur noch den Sinn für den innern Zusammenhang schärft und läutert.» Quum autem postremis huius loci verbis iustitiam inventam esse declaretur, *τὸν μὲν δίκαιον καὶ ἄνδρα καὶ πόλιν καὶ δικαιοσύνην, ὃ τυγχάνει ἐν αὐτοῖς ὄν, εἰ φαῖμεν εὑρηκέναι, οὐκ ἂν πάνυ τι δόξαιμεν ψεύδεσθαι. Μὰ Δία οὐ μέντοι, ἔφη. Φῶμεν ἄρα; Φῶμεν·* in qua re sex reliquos operis libros occupari putemus, si iustitiam Plato quaereret?

Atque hoc loco videtur examinanda esse Schleiermacheri de omni hac iustitiae cum in civitate, tum in singulorum animis quaerendae ratione sententia. Cf. introd. p. 20. sqq. Quam vere Schleiermacherus vituperaturus fuerit Platonem, quod quatuor virtutes cardinales esse sine ullo argumento sumat, si in civitate has virtutes vere quaereret, iam supra declaravimus, sed docuimus etiam, Platonem vere ex animis singulorum et ex tribus animi facultatibus has quatuor virtutes repetere, ut ne numerum quidem earum parum apte definivisse videatur. Nam si tres, nec plures paucioresve, sunt animi facultates, quatuor virtutes recte sumi concedendum. Quam vero Schleiermacherus iniit Platonis defendendi rationem, ea, luculenta quidem per se, tamen non illud efficit, ut prudens lector nihil desideret. Etiamsi enim tres civium classes civitatem omnem constituunt, quatuorque virtutum ea vis sit, ut civitatem bonam reddant, tamen inde non sequitur, omnem vim atque ambitum virtutis Platonem ita comprehendisse, aut virtutis originem recte indagasse. Idem enim efficiunt quatuor virtutes a Schleiermachero, loco Platonicarum, positae, sapientia, fortitudo, obsequium, industria. Nam

et ipsae civitatem bonam reddunt, quod significavit Schleiermacherus, monens, non facile quid reprehensionis habituram hanc constructionem si respublica Platonica respiciatur. Id tamen certe efficit haec Platonis ratio, ut nisi qui accurate attendant et omnem operis naturam et progressum diligenter persequantur nihil desiderent, nec iustitiam non quaeri sentiant. — Acute porro vidit Schleiermacherus multum vituperationis habere, quod iustitia postremo loco, nec recta inveniatur, sed inventis demum ceteris, tanquam id quod iam reliquum sit, appareat. Quod profecto fieri non potuit, si iustitiam Plato in hoc opere, nec quidquam aliud quaereret. Nam quid tum reliquas virtutes omnino quaerere attinebat? cur non recta ad iustitiam pergebat oratio? Recte enim explicata animi natura, iam difficile non fuit, iustitiam explicare. Nobis quidem his omnibus una tantum videtur inveniri posse vera excusatio, Platonem, ut civitatis instituta omnia ad iustitiam revocaret, eaque ex facultatibus animi singulis, virtutibusque repetita et expressa esse doceret, hanc rationem secutum esse. — Quam deinceps Schleiermacherus dedit quatuor virtutum ex civitate repetitam deductionem, ea falsa est. Ac vere quidem sapientiam atque fortitudinem descripsit; falsus vero est in explicandis reliquis virtutibus, quod non, ut a Platone factum est, virtutes ex animi facultatibus repetivit, sed ex civitate eas Platonem vere repetivisse existimavit. Itaque rationem externam secutus, obsequium et industriam adesse debere existimat, et priores virtutes possint esse. Non male, si res per se, ut ex nostrae aetatis opinionibus, spectetur. At secundum Graecorum, nec vulgi solum sed etiam philosophorum sententiam, obsequium et industria per se virtutes non habebantur. Occupari enim negotiis ad victum comparandum necessariis turpe admodum putabatur. Cf. pol. lib. IX. p. 590, C. sqq. Ac mirum sane accidere deberet, si Platoni persuasum fuisset, non ab ipso propositas quatuor virtutes, sed eas quas Schleiermacherus earum loco ponit, explere omnem virtutis ambitum in civitate, quod non has, sed illas, non obsequium et industriam, sed temperantiam et iustitiam in virtutum quasi chorum receperit. Nam id ipsum, quod si illud elegisset, inventa omnino non esset iustitia, cuius tamen

REESE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

etiam hic praecipue ratio habeatur, ut vult Schleiermacherus, ab hac temeraria ratione Platonem tanto magis prohibere debebat. Nam Platonem, reverentia opinionis inveteratae commotum, hanc de quatuor virtutibus doctrinam recepisse, quis possit credere? Verendum enim non erat, ne, si quid in his novaret, in vulgi offensionem incurreret. Nam rerum ad philosophiam solam pertinentium longe alia ratio est atque earum, quae ad religionem pertinent. – Nec recte Schleiermacherus vituperavit Platonem in eo, quod parum differat a temperantia iustitia. Temperantia secundum Platonem est is animi status, quo cupiditates rationis imperio subiectae sunt atque parent. Quod ita in animo ordo et tranquillitas et concordia oritur, id ad ipsius temperantiae notionem, a reliquis virtutibus distinguendam, sane non facit. Et profecto iustitiae eadem vis est. Tamen vero Schleiermacherus hanc rem praecipue respexit, quum ita Platonem reprehenderet. At multum differunt temperantia et iustitia, quum iustitia omnes reliquas virtutes comprehendat, nec ad unam tantum animi partem praecipue pertineat, ut reliquae virtutes. Quod si ita in his erravisset Plato, circa caput rei erravisset ex mente Schleiermacheri, et frustra susceptum videri deberet totum opus. — Praecedere autem debere temperantiam, id ex iis quae modo diximus sponte apparet. Falsum est etiam si Schleiermacherus dici posse putat, iustitiam non reliquis virtutibus omnibus, sed soli temperantiae vim suam tribuere. Nam cur huic soli? Cur non sapientiae et fortitudini, si iustitia efficit ut duae superiores animi facultates negotium suum recte obeant? Ita iam sequitur, nihil esse, quod Schleiermacherus iustitia et temperantia omnem virtutem civitatis comprehendi putat. Verum est quidem sapientiam et fortitudinem partem esse iustitiae, quae est virtus universalis, sed eodem modo se res habet cum temperantia, quae et ipsa iustitiae pars est. Ex eo autem quod Schleiermacherus monet, etiam temperantem ea omnia omissurum esse, quae non facere iustum Plato dicat, nihil colligi potest contra definitiones virtutum a Platone propositas. Nam in his solum id respexit Plato, ut iam diximus, quod Glauco et Adimantus initio secundi libri affirmaverant, etiam iustum, parata peccandi licentia, eadem omnia commissu-

rum esse, quae iniustus committere non dubitet. — Quod porro Schleiermacherus censet, aristocratiae leniendae causa, pro sapientia iustitiam unicam virtutem Platonem posuisse, in eo doctrinam de tribus animi humani, qualis nunc est, partibus non respexit. Quam si respexeris sapientiam loco iustitiae poni non potuisse patet. Ea vero philosophi placita, quibus vel maxime offendimur, inde repetenda non sunt, quod virtutem voluerit esse liberam animi partium consensionem, sed secutus videtur in his id quod rerum natura edoctus fuerat. Cf. lib. V. p. 459. St. Tenendum praeterea, defuisse Graecis eam personae hominis et mulierum reverentiam et sanctitatem, quae populis Germanis, religione Christiana excultis, propria est, nec abhorruisse omnino ab hac philosophi doctrina Spartanorum instituta.

Summa autem eorum omnium, quae huc usque contra Schleiermacherum disputavimus haec est: Non posse nostram de operis Platonici fine sententiam graviori aliquo argumento firmari, quam istis, quae vir summus Platoni non plane immerito vitio vertisset, si vera esset ipsius de operis fine et consilio sententia.

Inventa iustitia iam quaerendam esse dicit iniustitiam: *Ἔστω δή, ἦν δ' ἐγώ· μετὰ γὰρ τοῦτο σκεπτέον, οἶμαι, ἀδικίαν. Δῆλον, ὅτι. Οὐκοῦν στάσιν τινὰ αὖ τριῶν ὄντων τούτων δεῖ αὐτὴν εἶναι καὶ πολυπραγμοσύνην καὶ ἀλλοτριοπραγμοσύνην καὶ ἐπανάστασιν μέρους τινὸς τῷ ὅλῳ τῆς ψυχῆς*), ἵν' ἄρχῃ ἐν αὐτῇ, οὐ προσῆκον, ἀλλὰ τοιούτου ὄντος φύσει, οἷον πρέπειν αὐτῷ δουλεύειν τῷ τοῦ ἀρχικοῦ γένους ὄντι; τοιαῦτ' ἄττα, οἶμαι, φήσομεν καὶ τὴν τούτων ταραχὴν καὶ πλάνην εἶναι τήν τε ἀδικίαν καὶ ἀκολασίαν καὶ δειλίαν καὶ ἀμαθίαν*

*) Cf. lib. IV. p. 434, B. St., ubi licet iisdem verbis, non eadem tamen sententia, iam definita fuerat iniustitiae natura ad stabiliendam iustitiae definitionem. Hoc tantum loco id videtur esse notandum, quod iniustitia non ex civitate repetita est, sed ex animo, unde repetenda fuit, quamquam illud se facturum esse aliquoties promiserat Socrates. Brevissima autem est de hac omni re disputatio, id quod non alia ratione explicari debet, quam quod pro dialogi fine et scopo non longiore ea de re disputatione opus erat.

καὶ συλλήβδην πᾶσαν κακίαν*). Ταῦτὰ μὲν οὖν ταῦτα, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ τὸ ἄδικα πράττειν καὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ αὖ τὸ δίκαια ποιεῖν, ταῦτα πάντα τυγχάνει ὄντα κατάδηλα ἤδη σαφῶς, εἴπερ καὶ ἡ ἀδικία τε καὶ δικαιοσύνη; Πῶς δή; Ὅτι, ἦν δ' ἐγὼ, τυγχάνει οὐδὲν διαφέροντα τῶν ὑγιεινῶν τε καὶ νοσωδῶν, ὡς ἐκεῖνα ἐν σώματι, ταῦτα ἐν ψυχῇ. Πῇ; ἔφη. Τὰ μέν που ὑγιεινὰ ὑγίειαν ἐμποιεῖ, τὰ δὲ νοσώδη νόσον. Ναί. Οὐκοῦν καὶ τὸ μὲν δίκαια πράττειν δικαιοσύνην ἐμποιεῖ, τὸ δ' ἄδικα ἀδικίαν; Ἀνάγκη. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ὑγίειαν ποιεῖν τὰ ἐν τῷ σώματι κατὰ φύσιν καθιστάναι κρατεῖν τε καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων, τὸ δὲ νόσον παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ' ἄλλου. Ἔστι γάρ. Οὐκοῦν αὖ, ἔφην, τὸ δικαιοσύνην ἐμποιεῖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ κατὰ φύσιν καθιστάναι κρατεῖν τε καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων, τὸ δὲ ἀδικίαν παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ' ἄλλου; Κομιδῇ, ἔφη. Ἀρετὴ μὲν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὑγιειά τε τις ἂν εἴη καὶ κάλλος καὶ εὐεξία ψυχῆς, κακία δὲ νόσος τε καὶ αἶσχος καὶ ἀσθένεια. Ἔστιν οὕτως. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τὰ μὲν καλὰ ἐπιτηδεύματα εἰς ἀρετῆς κτῆσιν φέρει, τὰ δ' αἰσχρὰ εἰς κακίας; Ἀνάγκη. Cf. lib. IV. p. 444. St. Brevis haec de iniustitiae natura et de iustitiae atque iniustitiae effectibus ex animo repetitis disputatio, qua tamen voluntati legentium et proposito disputationis fini egregie satisfactum est, iam ansam quasi praebet Socrati de eadem re latius disserendi. Docebimus tamen eum utentem hoc praetextu sermonem de civitate pertexere. Possis vero etiam hoc loco quaerere, quum etiam iniustitiam inventam esse dicat, quid de reliquorum sex librorum argumento statuendum sit, si in quaerenda ac diiudicanda iustitia et iniustitia dialogi finis positus esset.

Iam quaerit Socrates utrum praestet iustum esse an iniustum, ut respondeat ad ea quae a Glaucone et Adimanto postulata fuerant, et in quibus sermonis finem esse positum simulabat. Τὸ δὴ λοιπὸν ἤδη, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἐστὶ σκέψασθαι, πότερον αὖ λυσιτελεῖ δικαιά τε πράττειν καὶ καλὰ ἐπιτηδεύειν καὶ εἶναι δίκαιον, ἐάν τε λανθάνῃ ἐάν τε μὴ τοιοῦτος ὢν, ἢ

*) *Teneant lectores Platonem quatuor hic nominare vitiorum genera, quae quatuor virtutibus e contrario respondeant.*

ἀδικεῖν τε καὶ ἄδικον εἶναι, ἐάνπερ μὴ διδῷ δίκην μηδὲ βελτίων γίγνηται κολαζόμενος. Ἀλλ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, γελοῖον ἔμοιγε φαίνεται τὸ σκέμμα γίγνεσθαι ἤδη, εἰ τοῦ μὲν σώματος τῆς φύσεως διαφθειρομένης δοκεῖ οὐ βιωτὸν εἶναι οὐδὲ μετὰ πάντων σιτίων τε καὶ ποτῶν καὶ παντὸς πλούτου καὶ πάσης ἀρχῆς, τῆς δὲ αὐτοῦ τούτου, ᾧ ζῶμεν, φύσεως ταραττομένης καὶ διαφθειρομένης βιωτὸν ἄρα ἔσται, ἐάνπερ τις ποιῇ ὃ ἂν βουληθῇ ἄλλο πλὴν τοῦτο, ὁπόθεν κακίας μὲν καὶ ἀδικίας ἀπαλλαγήσεται, δικαιοσύνην δὲ καὶ ἀρετὴν κτήσεται, ἐπειδήπερ ἐφάνη γε ὄντα ἑκάτερα οἷα ἡμεῖς διεληλύθαμεν. Γελοῖον γὰρ, ἦν δ' ἐγώ. ἀλλ' ὅμως, ἐπείπερ ἐνταῦθα ἐληλύθαμεν, ὅσον οἷόν τε σαφέστατα κατιδεῖν, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, οὐ χρὴ ἀποκάμνειν. Ἥκιστα, νὴ τὸν Δία, ἔφη, πάντων ἀποκνητέον. Δεῦρο νῦν, ἦν δ' ἐγὼ, ἵνα καὶ ἴδῃς, ὅσα καὶ εἴδη ἔχει ἡ κακία, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἃ γε δὴ καὶ ἄξια θέας. Ἕπομαι, ἔφη· μόνον λέγε. Καὶ μὴν, ἦν δ' ἐγὼ, ὥσπερ ἀπὸ σκοπιᾶς μοι φαίνεται, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἀναβεβήκαμεν τοῦ λόγου, ἓν μὲν εἶναι εἶδος τῆς ἀρετῆς, ἄπειρα δὲ τῆς κακίας, τέτταρα δ' ἐν αὐτοῖς ἅττα, ὧν καὶ ἄξιον ἐπιμνησθῆναι. Πῶς λέγεις; ἔφη. Ὅσοι, ἦν δ' ἐγὼ, πολιτειῶν τρόποι εἰσὶν εἴδη ἔχοντες, τοσοῦτοι κινδυνεύουσι καὶ ψυχῆς τρόποι εἶναι. Πόσοι δή; Πέντε μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, πολιτειῶν, πέντε δὲ ψυχῆς. Λέγε, ἔφη, τίνες. Λέγω, εἶπον, ὅτι εἷς μὲν οὗτος, ὃν ἡμεῖς διεληλύθαμεν, πολιτείας εἴη ἂν τρόπος; ἐπονομασθείη δ' ἂν καὶ διχῇ, ἐγγενομένου μὲν γὰρ ἀνδρὸς ἑνὸς ἐν τοῖς ἄρχουσι διαφέροντος βασιλεία ἂν κληθείη, πλειόνων δὲ ἀριστοκρατία. Ἀληθῆ, ἔφη. Τοῦτο μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, ἓν εἶδος λέγω. οὔτε γὰρ ἂν πλείους οὔτε εἷς ἐγγενόμενος κινήσειεν ἂν τῶν ἀξίων λόγου νόμων τῆς πόλεως, τροφῇ τε καὶ παιδείᾳ χρησάμενος ᾗ διήλθομεν. Οὐ γὰρ εἰκὸς, ἔφη. Cf. p. 445, St. Atque his verbis quartus liber finitur. Reliqua vero pars incepti sermonis non est in quinto, sed in octavo libro. Nam quum Socrates quinti libri initio institutum sermonem pertexere vellet, a Polemarcho et Adimanto reliquisque prohibetur. Sed de his suo loco plura dicentur, nunc proferantur ea, quae ad hunc locum notanda

sunt. Secundi libri initio postulatum erat a Socrate ut doceret, utrum vere praestaret iustum esse an iniustum, et videtur omnis de republica habita disputatio hanc ob causam institui, et id unum omnis sermo spectare. Quod si vero res ita esset, iam, explicata iustitiae iniustitiaeque vera natura, legentium audientiumque voluntati abunde satisfactum erat, nec quisquam praeterea quidquam desideraret, nisi Socrates ipse telam pertexeret, novum assuens sermonem, quo in civitatibus etiam iniustitiam se quaerere velle dicit. Non posse enim ullum gravius argumentum pro colenda iustitia, reiicienda iniustitia afferri affirmamus eo, quod sit illa sanitas animi, haec morbus, et quae praeterea in eundem finem afferantur, ea inferiora his videri nec necessaria, et vix aliter, quam ex nimia quadam Socratis loquacitate, explicanda, nisi in civitate sermo versetur. Iam vero etiam illud libet quaerere, num in ea re operis finem positum esse indicandum sit, de qua si amplius quaerere velis ridendus videaris? *γελοῖον ἔμοιγε φαίνεται τὸ σκέμμα γίγνεσθαι ἤδη*, ait ipse. Tamen vero necesse esset in eiusmodi quaestione sex reliquos libros versari, si propositum esset Socrati iustitiae sive vim et naturam sive praestantiam hoc opere declarare. Potuitne igitur Plato fortius quam his monere lectores ne in eiusmodi errorem inciderent? Cui porro non mirum accidet, quod innumerabilia, quae dicit esse, vitiorum genera, ad civitatum diversa genera restringantur, nec pro iis quatuor vitia cardinalia quae paulo ante quasi consulto, et ut rectam iudicandi viam monstraret, commemoraverat, *τοιαῦτ' ἄττα, οἶμαι, φήσομεν καὶ τὴν τούτων ταραχὴν καὶ πλάνην εἶναι, τήν τε ἀδικίαν καὶ ἀκολασίαν καὶ δειλίαν καὶ ἀμαθίαν καὶ συλλήβδην πᾶσαν κακίαν*, nominentur?

Num non sensisse Platonem putabimus ita fieri, ut plura vitiorum genera vel maxima omnino non commemorentur? Cf. lib. VII. p. 518. E. sqq. ed. Steph. Num existimavisse eundem statuamus singula vitiorum genera singulis civitatibus ita inesse et propria esse, ut reliquis non insint? Itaque nobis Socrates ista simulatione de ea re se tamen amplius atque ita dicturum esse, ut singula vitiorum genera ex singulis civitatibus repetat, id secutus esse videtur, ut de reliquis etiam civitatibus dicere

posset, quatenus ea quaestio ad optimam civitatem sermonisque institutam rationem, quae talis est, ut per speciem illustranda iustitiae praestantia, optimae civitatis imaginem proponat, pertineret. Ita enim fiebat, ut cum de optimae civitatis, tum de iustitiae praestantia rectius iudicari posset; quo utroque efficiebatur, ut ne quis forte aliam quampiam civitatem praestantiorem putaret. Vides igitur his attexi quasi stamina sermonis de republica octavo et nono libro pertexendi.

Quarti libri finem recte ac suo loco positum esse, ostenditur.

Pagina 427. D. St. novae quaestionis, quae tertiam operis partem efficiat, initium esse eamque hunc totum librum complere, ipse Schleiermacherus fatetur*). Et vere res ita habet. Nam inde ab eo loco in iustitia, cum in civitate tum in hominis animo quaerenda, omnis sermo occupatur. At vero ostendimus, quae hunc locum proxime praecedant, iis cum priorem quaestionem claudi, tum aditum ad novam aperiri. Nec quaerere negleximus quo id consilio factum videatur. Nec non vidit Schleiermacherus in quarti libri fine magnam operis partem et satis gravem claudi. Cf. p. 5. l. 3. introd. Nos adeo hoc libro Reipublicae perfectae partem alteram, quam τὸ ἀνδρεῖον δρᾶμα Plato nominet, hoc libro finiri mox docebimus. Tamen vero id Plato tam parum apparere voluit, ut ipsius novae quaestionis iam quarto libro a p. 445. St. initium esse videamus. Quae ipsa res argumento debet esse, Platonem quaestionum initia aut exitus noluisse in ipsa librorum initia aut exitus ita incidere, ut dialogus systematici operis strenuam formam indueret.

---

*) Cf. p. 20. l. 13. introd.

Reipublicae liber quintus.

SECTIO I.

Libri quinti initio Socrates ita pergit: *Ἀγαθὴν μὲν τοίνυν τὴν τοιαύτην πόλιν τε καὶ πολιτείαν καὶ ὀρθὴν καλῶ, καὶ ἄνδρα τοιοῦτον· κακὰς δὲ τὰς ἄλλας καὶ ἡμαρτημένας, εἴπερ αὕτη ὀρθή, περί τε πόλεων διοικήσεις καὶ περὶ ἰδιωτῶν ψυχῆς τρόπου κατασκευήν, ἐν τέτταρσι πονηρίας εἴδεσιν οὔσας. Ποίας δὴ ταύτας; ἔφη. Καὶ ἐγὼ μὲν ἦα τὰς ἐφεξῆς ἐρῶν, ὡς μοι ἐφαίνοντο ἕκασται ἐξ ἀλλήλων μεταβαίνειν· ὁ δὲ Πολέμαρχος — σμικρὸν γὰρ ἀπωτέρω τοῦ Ἀδειμάντου καθῆστο — ἐκτείνας τὴν χεῖρα καὶ λαβόμενος τοῦ ἱματίου ἄνωθεν αὐτοῦ παρὰ τὸν ὦμον ἐκεῖνόν τε προσηγάγετο καὶ προτείνας ἑαυτὸν ἔλεγεν ἄττα προσκεκυφὼς, ὧν ἄλλο μὲν οὐδὲν κατηκούσαμεν, τόδε δέ· ἀφήσομεν οὖν, ἔφη, ἢ τί δράσομεν; Ἥκιστά γε, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος μέγα ἤδη λέγων. Καὶ ἐγὼ, Τί μάλιστα, ἔφην, ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε; Σέ, ἦ δ' ὅς. Ἔτι ἐγὼ εἶπον· τί μάλιστα; Ἀποῤῥαθυμεῖν ἡμῖν δοκεῖς, ἔφη, καὶ εἶδος ὅλον οὐ τὸ ἐλάχιστον ἐκκλέπτειν τοῦ λόγου, ἵνα μὴ διέλθῃς, καὶ λήσειν οἰηθῆναι εἰπὼν αὐτὸ φαύλως, ὡς ἄρα περὶ γυναικῶν τε καὶ παίδων παντὶ δῆλον, ὅτι κοινὰ τὰ φίλων ἔσται. Οὐκοῦν ὀρθῶς, ἔφην. Ὦ Ἀδείμαντε; Ναὶ, ἦ δ' ὅς. Ἀλλὰ τὸ ὀρθῶς τοῦτο, ὥσπερ τἆλλα, λόγου δεῖται, τίς ὁ τρόπος τῆς κοινωνίας· πολλοὶ γὰρ ἂν γένοιντο. μὴ οὖν παρῇς ὁντινα σὺ λέγεις*).*

*) Vides igitur supra factam earum rerum commemorationem minime talem fuisse, quae lectorem de mulierum liberorumque communione, qualis apud Platonem infra describitur, cogitare cogeret.

ὡς ἡμεῖς πάλαι περιμένομεν οἰόμενοί σε που μνησθήσεσθαι παιδοποιίας τε πέρι, πῶς παιδοποιήσονται, καὶ γενομένους πῶς θρέψουσι, καὶ ὅλην ταύτην ἣν λέγεις κοινωνίαν γυναικῶν τε καὶ παίδων· μέγα γάρ τι οἰόμεθα φέρειν καὶ ὅλον εἰς πολιτείαν ὀρθῶς ἢ μὴ ὀρθῶς γιγνόμενον. νῦν οὖν, ἐπειδὴ ἄλλης ἐπιλαμβάνῃ πολιτείας, πρὶν ταῦτα ἱκανῶς διελέσθαι, δέδοκται ἡμῖν τοῦτο, ὃ σὺ ἤκουσας, τὸ σὲ μὴ μεθιέναι, πρὶν ἂν ταῦτα πάντα ὥσπερ τἄλλα διέλθῃς. Καὶ ἐμὲ τοίνυν, ὁ Γλαύκων ἔφη, κοινωνὸν τῆς ψήφου ταύτης τίθετε. Ἀμέλει, ἔφη ὁ Θρασύμαχος, πᾶσι ταῦτα δεδογμένα ἡμῖν νόμιζε, ὦ Σώκρατες. Οἷον, ἦν δ' ἐγώ, εἰργάσασθε ἐπιλαβόμενοί μου. ὅσον λόγον πάλιν ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς κινεῖτε περὶ τῆς πολιτείας, ἣν ὡς ἤδη διεληλυθὼς ἔγωγε ἔχαιρον, ἀγαπῶν, εἴ τις ἐάσοι ταῦτα ἀποδεξάμενος ὡς τότε ἐρρήθη. ἃ νῦν ὑμεῖς παρακαλοῦντες οὐκ ἴστε ὅσον ἐσμὸν λόγων ἐπεγείρετε· ὃν ὁρῶν ἐγὼ παρῆκα τότε, μὴ παράσχοι πολὺν ὄχλον. Τί δέ; ἦ δ' ὅς, ὁ Θρασύμαχος· χρυσοχοήσαντας οἴει τούσδε νῦν ἐνθάδε ἀφῖχθαι, ἀλλ' οὐ λόγων ἀκουσομένους; Ναὶ, εἶπον, μετρίων γε. Μέτρον δέ γ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Γλαύκων, τοιούτων λόγων ἀκούειν ὅλος ὁ βίος νοῦν ἔχουσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἡμέτερον ἔα· σὺ δὲ περὶ ὧν ἐρωτῶμεν μηδαμῶς ἀποκάμῃς ἢ σοι δοκεῖ διεξιών, τίς ἡ κοινωνία τοῖς φύλαξιν ἡμῖν παίδων τε πέρι καὶ γυναικῶν ἔσται καὶ τροφῆς νέων ἔτι ὄντων, τῆς ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ γιγνομένης γενέσεώς τε καὶ παιδείας, ἣ δὴ ἐπιπονωτάτη δοκεῖ εἶναι. πειρῶ οὖν εἰπεῖν, τίνα τρόπον δεῖ γίγνεσθαι αὐτήν. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ εὐδαιμον, ἦν δ' ἐγὼ, διελθεῖν· πολλὰς γὰρ ἀπιστίας ἔχει ἔτι μᾶλλον τῶν ἔμπροσθεν ὧν διήλθομεν. καὶ γὰρ ὡς δυνατὰ λέγεται, ἀπιστοῖτ' ἄν, καὶ εἰ ὅτι μάλιστα γένοιτο, ὡς ἄριστ' ἂν εἴη ταῦτα, καὶ ταύτῃ ἀπιστήσεται. διὸ δὴ καὶ ὄκνος τις αὐτῶν ἅπτεσθαι, μὴ εὐχὴ δοκῇ εἶναι ὁ λόγος, ὦ φίλε ἑταῖρε. Μηδὲν, ἦ δ' ὅς, ὄκνει· οὔτε γὰρ ἀγνώμονες οὔτε ἄπιστοι οὔτε δύσνοι οἱ ἀκουσόμενοι. Καὶ ἐγὼ εἶπον· ὦ ἄριστε, ἦ που βουλόμενός με παραθαῤῥύνειν λέγεις; Ἔγωγ', ἔφη. Πᾶν τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, τοὐναντίον ποιεῖς. πιστεύοντος μὲν γὰρ ἐμοῦ ἐμοὶ εἰδέναι ἃ λέγω, καλῶς

εἶχεν ἡ παραμυθία· ἐν γὰρ φρονίμοις τε καὶ φίλοις περὶ τῶν μεγίστων τε καὶ φίλων τἀληθῆ εἰδότα λέγειν ἀσφαλὲς καὶ θαῤῥαλέον, ἀπιστοῦντα δὲ καὶ ζητοῦντα ἅμα τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, ὃ δὴ ἐγὼ δρῶ, φοβερόν τε καὶ σφαλερὸν, οὔ τι γέλωτα ὄφλειν· παιδικὸν γὰρ τοῦτό γε· ἀλλὰ μὴ σφαλεὶς τῆς ἀληθείας οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους ξυνεπισπασάμενος κείσομαι περὶ ἃ ἥκιστα δεῖ σφάλλεσθαι. προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν οὗ μέλλω λέγειν· ἐλπίζω γὰρ οὖν ἔλαττον ἁμάρτημα ἀκουσίως τινὸς φονέα γενέσθαι, ἢ ἀπατεῶνα καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν καὶ δικαίων νομίμων πέρι. τοῦτο οὖν τὸ κινδύνευμα κινδυνεύειν ἐν ἐχθροῖς κρεῖττον ἢ φίλοις· ὥστε εὖ με παραμυθεῖ*). Καὶ ὁ Γλαύκων γελάσας Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, ἔφη, ἐάν τι πάθωμεν πλημμελὲς ὑπὸ τοῦ λόγου, ἀφίεμέν σε ὥσπερ φόνου καθαρὸν εἶναι καὶ μὴ ἀπατεῶνα ἡμῶν. ἀλλὰ θαῤῥήσας λέγε. Ἀλλὰ μέντοι, εἶπον, καθαρός γε καὶ ἐκεῖ ὁ ἀφεθεὶς, ὡς ὁ νόμος λέγει· εἰκὸς δέ γε, εἴπερ ἐκεῖ, κἀνθάδε. Λέγε τοίνυν, ἔφη, τούτου γ' ἕνεκα. Λέγειν δὴ; ἔφην ἐγὼ, χρὴ ἀνάπαλιν αὖ νῦν, ἃ ποτε ἴσως ἔδει ἐφεξῆς λέγειν. τάχα δὲ οὕτως ἂν ὀρθῶς ἔχοι, μετὰ ἀνδρεῖον δρᾶμα παντελῶς διαπεραν θὲν τὸ γυναικεῖον αὖ περαίνειν, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ σὺ οὕτω προκαλῇ. Si verum est, quod demonstravisse nobis videmur, simulare Platonem in priore huius operis parte, iustitiam esse totius disputationis finem, quae revera reipublicae gratia instituatur, ea quae initio huius libri leguntur: Ἀγαθὴν μὲν τοίνυν τὴν τοιαύτην πόλιν τε καὶ πολιτείαν καὶ ὀρθὴν καλῶ, καὶ ἄνδρα τοιοῦτον· non poterunt quemquam in errorem inducere, quum eadem simulatio, cui totum opus tanquam superstructum est, etiam in his necessario recurrat. Quod si vero dialogi finis esset mere ethicus, in vitiorum diversis generibus distinguendis

*) Sunt haec ita dicta, ut timorem istum non omnino conflictum putare possimus. Nam etiamsi Plato non habebat quo haec παράδοξα refutaret, tamen fieri non potuit, quin veri quodam sensu a paradoxis istis deterreretur. Cui utinam obsecutus esset, non prolapsurus ita in tantos errores.

non rationem politicam secutus esset Plato, quod hoc loco factum videmus, sed animorum diversam indolem ac facultatem respexisset. Nam propius nihil esse poterat, quam, quum quatuor virtutum genera esse sumsisset, his quatuor vitiorum genera ex adverso ponere. Sed de his iam satis antea diximus.

Non negligendum vero quod nova haec libri quinti de republica disputatio ab Adimanto, Polemarcho, Glaucone et Thrasymacho, qui idem omnes velle pronunciat, Ἀμέλει, ἔφη ὁ Θρασύμαχος, πᾶσι ταῦτα δεδογμένα ἡμῖν νόμιζε, quasi coniuratione facta, movetur, reluctante Socrate. Nam haec ipsa res adiuvat simulationem cui totum opus tanquam involutum est. Socrates enim, cuius praecipuae in omni hoc sermone partes sunt, non videtur discedere ab eo quod se quaerere velle simulaverat, si invitus et reluctans, ab aliis ad alium sermonem protrahitur, et sermo ita natus episodii speciem induit. Unde factum est, ut plerique interpretes hanc sermonis partem pro vero episodio haberent; aut, non intellecto totius operis artificio et constructione, qua quae libro quinto, sexto, septimo continentur, ad absolvenda et perficienda ea, quae adhuc de civitate dicta sunt, necessaria videntur, nec abesse possunt, nisi mancum et imperfectum velimus esse totum opus, idque ornamento pulcherrimo privare, — nam idea boni in his libris in iustitiae locum succedit, ex eaque non solum iustitia ipsa originem habet, sed perfecta etiam civitas, surgente semper ad altiora oratione, ad eam describenda philosopho videtur, — parum praeterea memores, quod tam egregium opus non frustatim, ut aiunt, sed simul in philosophi ingenio nasci debuerit, atque adeo prima nasci debuerint totius operis principia, quae his libris insunt, serius additam putarent. Cf. C. F. Hermanni Geschichte d. plat. Philosophie, p. 540.

Schleiermacherus quidem de toto loco ita iudicat: «Am Anfange des fünften Buches wird Sokrates von Polemarchos und Adeimantos, denen auch Thrasymachos sich beigesellt, in andere Untersuchungen hineingezogen, welche das fünfte, sechste und siebente Buch einnehmend den vierten Haupttheil des Werkes bilden, aber ohnerachtet ihres bedeutenden Umfanges und noch bedeutenderen Inhaltes doch schon hier und noch

mehr am Anfange des achten Buches, wo der ursprüngliche Faden wieder aufgenommen wird, auf das allerdeutlichste als eine hineingeworfene und fast abgedrungene Episode bezeichnet sind. Dieser ganze *vierte Haupttheil* knüpft sich an die Forderung des Adeimantos, dass Sokrates ehe er auf die vorgezeichnete Weise weiter gehe, zuvor noch zur Vollendung des als Vorbild aufgestellten Staates, auch die eigenthümliche Erziehung derer, welche darin zur Regierung und Vertheidigung bestimmt sind, darstellen, und sich zugleich über die Geschlechtsverbindungen, aus welchen sie hervorgehn, näher als vorher geschehen, erklären möge; und zwar fordert er dieses als etwas höchst wichtiges, nicht etwa für die Frage von der Gerechtigkeit, *sondern für die richtige Verfassung des Staates, so dass also gegen jede etwanige gekünstelte Anwendung des in diesen Büchern verhandelten auf jene Hauptfrage von der Gerechtigkeit in der einzelnen Seele und von dem Verhältniss des gerechten Lebens zur Glückseligkeit schon hiedurch protestirt wird.* » Quocum plane facit Morgensternius, p. 44, qui idem tribus his libris non solum pro librorum ambitu gravia, sed graviora etiam quam prioribus libris inesse intellexit. Cf. p. 153. not. 119. Sed videntur sibi ipsis Schleiermacherus atque Morgensternius parum concordes esse. *Nam verosimile non est ἐπεισοδίοις tractari res, iis in quibus verus operis finis occupatur, multo graviores.* Cf. Schleiermacheri introductionem p. 32. in. p. 39. v. 9.

Quos si sequaris, Platonem fere tertiam operis partem *ἐπεισοδίοις* complevisse statuere cogeris. Nam tres libri qui sequuntur secundum utrumque ab ea quaestione, in qua totum opus occupatur, alieni sunt. Quam non verisimile hoc sit ab ipso Schleiermachero discas. Is enim introductione ad Phaedrum quum dialogi argumentum breviter enarrasset, haec habet: «Schon aus diesem kurz angedeuteten Entwurf muss Jeder sehen, dass nicht nur jene besondere erotische Frage dem Platon nicht kann die Hauptsache gewesen sein, sondern auch nicht die Liebe überhaupt. Denn in beiden Fällen erschiene ja das schöne und offenbar mit grossem Fleiss gearbeitete Werk auf eine höchst verwerfliche Weise verunstaltet, ganz der Anweisung widersprechend, dass es wie ein lebendiges Wesen

gebildet sein und einen dem Geist angemessenen Körper mit verhältnissmässigen Theilen haben müsse. Denn die ganze zweite Hälfte wäre nun nichts als eine wunderliche nicht einmal leidlich geschickt angeheftete Zugabe, welche schon an sich, besonders aber ihrer Stellung wegen, nichts sicherer bewirken müsste, als die Aufmerksamkeit so weit als möglich von der Hauptsache hinwegzuziehen.» Cf. introd. in Phaedrum p. 56. sqq. Cf. Phaedrum Platonis p. 264. ed. St. Longe igitur aliter de eorum dignitate statuendum esse vidit, quae eiusmodi episodii in sermone speciem referrent. Cf. introd. in Gorg. p. 4.: «Soviel aber ist ohne weitere Ausführung klar, dass bei jeder von diesen Ansichten der so besonders herausgehobene Theil des Ganzen in gar loser Verbindung mit den übrigen erscheint, *und dass vornehmlich die Untersuchung über die Natur der Lust, wenn man das Ganze so betrachtet, fast nur als ein müssiges wunderlich angesetztes Beiwerk kann angesehen werden. Allein derjenige muss den Platon wenig kennen, der nicht soviel gleich herausfindet, dass wo dergleichen etwas vorkommt, und zwar so tief eingehend, dies gewiss unter allem verhandelten das wichtigste und der Punkt sein muss, von welchem aus allein auch alles übrige in seinem wahren Zusammenhange kann verstanden, und eben darum auch die innere Einheit des Ganzen gefunden werden.*» Alienam esse hanc quaestionem ab operis consilio, eamque tantum tractari, quia precibus iuvenum quibuscum colloquebatur Socrates resistere non potuerit, parum probabile esse videbitur reputantibus, non recte recipi in dialogum res ab operis fine non solum alienas, sed et ambitu suo, et rerum sententiarumque gravitate tam conspicuas, ut vere dicenda iis obscurentur. Nam id quidem cum in omni sermone vitiosum est, tum in dialogo, qui externo quidem habitu quotidiani sermonis *ἀταξίαν* imitatur, quum interna eius partium ratio ad philosophici sermonis leges accmomodari debeat. — Sed perpendantur etiam ex ordine ipsa verba Platonis, quo rectius de hac omni re iudicari possit. Qui ea res ad sermonem proprie non pertineat, quam qui non explicet, *Ἀποῤῥαθυμεῖν* dicatur, *καὶ εἶδος ὅλον οὐ τὸ ἐλάχιστον ἐκκλέπτειν τοῦ λόγου ἵνα μὴ διέλθῃ καὶ λήσειν οἰηθῆναι εἰπὼν αὐτὸ φανέλως*—? Si vero iustitiae tantum inveniendae

causa civitas exstructa esset, inventa iustitia, iam satisfactum erat eorum quibuscum colloquebatur Socrates voluntati. At diligentius etiam eandem rem se explicare velle significavit. Cf. finem libri IV. Mirum igitur, quod re, in qua versari vult disputationem, nondum satis explicata — cf. lib. IV. p. 435, D. et lib. VI. p. 504. A. St. — eiusmodi quaestiones in sermonem recipiuntur, quae ad explicandum id quod quaeritur, nihil omnino valent. At ne talia reprehenderentur cautum est iis quae in fine quarti libri p. 445. St. leguntur.

Alienane ab operis consilio ea sermonis pars videri debet, quam auditores iam diu exspectavisse se dicunt, *ὡς ἡμεῖς πάλαι περιμένομεν οἰόμενοί σε μνησθήσεσθαι κ. τ. ἑ.*, etiamsi id finxit Adimantus, ne in hunc sermonem irruere, sed sponte delatus esse videretur? Nam quid statuendum esset de eo qui sic omnia misceret? Ex eo autem, quod iam dudum se exspectasse dicunt, ut de eiusmodi rebus, ad civitatem pertinentibus, diceretur, colligere debemus in civitate versari sermonem. Ipsi ii qui Platonis consilium in hoc opere iustitiam potissimum spectare credunt, tamen non negant, hanc quaestionem quam nunc Plato instituat ad civitatem pertinere, nam id declarari verbis: *μέγα γάρ τι οἰόμεθα φέρειν καὶ ὅλον εἰς πολιτείαν ὀρθῶς ἢ μὴ ὀρθῶς γιγνόμενον.* Sed nos praeterea dicimus ex his ipsis verbis sequi, Platonis in hoc opere consilium potissimum circa civitatem versari. Nam si de iustitia tantum ageret, quid opus erat eiusmodi quaestiones recipere, et eam quidem ob causam, quia magni *civitatis* interesset, quomodo eae res institutae sint?

Porro quum hoc loco Socrates utatur verbis: *νῦν οὖν ἐπειδὴ ἄλλης ἐπιλαμβάνῃ πολιτείας πρὶν ταῦτα ἱκανῶς διελέσθαι*, nonne ex iis concludendum est, priorem sermonis partem, ab eo loco quo civitatem condere instituebat, totam in civitate versatam esse, itemque eam ad quam transire quidem volebat, sed a qua ingredienda ab Adimanto, Polemarcho, Glaucone et Thrasymacho prohibetur? Nonne ita omnes partes sermonis in civitate versantur? Nam quam sermoni instituto interiici dicunt orationis partem, ea vel iis ipsis, qui contrariam nostrae sententiam defendunt, in civitate versari videtur.

gebildet sein und einen dem Geist angemessenen Körper mit verhältnissmässigen Theilen haben müsse. Denn die ganze zweite Hälfte wäre nun nichts als eine wunderliche nicht einmal leidlich geschickt angeheftete Zugabe, welche schon an sich, besonders aber ihrer Stellung wegen, nichts sicherer bewirken müsste, als die Aufmerksamkeit so weit als möglich von der Hauptsache hinwegzuziehen.» Cf. introd. in Phaedrum p. 56. sqq. Cf. Phaedrum Platonis p. 264. ed. St. Longe igitur aliter de eorum dignitate statuendum esse vidit, quae eiusmodi episodii in sermone speciem referrent. Cf. introd. in Gorg. p. 4.: «Soviel aber ist ohne weitere Ausführung klar, dass bei jeder von diesen Ansichten der so besonders herausgehobene Theil des Ganzen in gar loser Verbindung mit den übrigen erscheint, *und dass vornehmlich die Untersuchung über die Natur der Lust, wenn man das Ganze so betrachtet, fast nur als ein müssiges wunderlich angesetztes Beiwerk kann angesehen werden. Allein derjenige muss den Platon wenig kennen, der nicht soviel gleich herausfindet, dass wo dergleichen etwas vorkommt, und zwar so tief eingehend, dies gewiss unter allem verhandelten das wichtigste und der Punkt sein muss, von welchem aus allein auch alles übrige in seinem wahren Zusammenhange kann verstanden, und eben darum auch die innere Einheit des Ganzen gefunden werden.*» Alienam esse hanc quaestionem ab operis consilio, eamque tantum tractari, quia precibus iuvenum quibuscum colloquebatur Socrates resistere non potuerit, parum probabile esse videbitur reputantibus, non recte recipi in dialogum res ab operis fine non solum alienas, sed et ambitu suo, et rerum sententiarumque gravitate tam conspicuas, ut vere dicenda iis obscurentur. Nam id quidem cum in omni sermone vitiosum est, tum in dialogo, qui externo quidem habitu quotidiani sermonis ἀταξίαν imitatur, quum interna eius partium ratio ad philosophici sermonis leges accmomodari debeat. — Sed perpendantur etiam ex ordine ipsa verba Platonis, quo rectius de hac omni re iudicari possit. Qui ea res ad sermonem proprie non pertineat, quam qui non explicet, Ἀποῤῥαθυμεῖν dicatur, *καὶ εἶδος ὅλον οὐ τὸ ἐλάχιστον ἐκκλέπτειν τοῦ λόγου ἵνα μὴ διέλθῃ καὶ λήσειν οἰηθῆναι εἰπὼν αὐτὸ φανύλως*—? Si vero iustitiae tantum inveniendae

causa civitas exstructa esset, inventa iustitia, iam satisfactum erat eorum quibuscum colloquebatur Socrates voluntati. At diligentius etiam eandem rem se explicare velle significavit. Cf. finem libri IV. Mirum igitur, quod re, in qua versari vult disputationem, nondum satis explicata — cf. lib. IV. p. 435, D. et lib. VI. p. 504. A. St. — eiusmodi quaestiones in sermonem recipiuntur, quae ad explicandum id quod quaeritur, nihil omnino valent. At ne talia reprehenderentur cautum est iis quae in fine quarti libri p. 445. St. leguntur.

Alienane ab operis consilio ea sermonis pars videri debet, quam auditores iam diu exspectavisse se dicunt, *ὡς ἡμεῖς πάλαι περιμένομεν οἰόμενοί σε μνησθήσεσθαι κ. τ. ἑ.*, etiamsi id finxit Adimantus, ne in hunc sermonem irruere, sed sponte delatus esse videretur? Nam quid statuendum esset de eo qui sic omnia misceret? Ex eo autem, quod iam dudum se exspectasse dicunt, ut de eiusmodi rebus, ad civitatem pertinentibus, diceretur, colligere debemus in civitate versari sermonem. Ipsi ii qui Platonis consilium in hoc opere iustitiam potissimum spectare credunt, tamen non negant, hanc quaestionem quam nunc Plato instituat ad civitatem pertinere, nam id declarari verbis: *μέγα γάρ τι οἰόμεθα φέρειν καὶ ὅλον εἰς πολιτείαν ὀρθῶς ἢ μὴ ὀρθῶς γιγνόμενον.* Sed nos praeterea dicimus ex his ipsis verbis sequi, Platonis in hoc opere consilium potissimum circa civitatem versari. Nam si de iustitia tantum ageret, quid opus erat eiusmodi quaestiones recipere, et eam quidem ob causam, quia magni *civitatis* interesset, quomodo eae res institutae sint?

Porro quum hoc loco Socrates utatur verbis: *νῦν οὖν ἐπειδὴ ἄλλης ἐπιλαμβάνῃ πολιτείας πρὶν ταῦτα ἱκανῶς διελέσθαι*, nonne ex iis concludendum est, priorem sermonis partem, ab eo loco quo civitatem condere instituebat, totam in civitate versatam esse, itemque eam ad quam transire quidem volebat, sed a qua ingredienda ab Adimanto, Polemarcho, Glaucone et Thrasymacho prohibetur? Nonne ita omnes partes sermonis in civitate versantur? Nam quam sermoni instituto interiici dicunt orationis partem, ea vel iis ipsis, qui contrariam nostrae sententiam defendunt, in civitate versari videtur.

Quae autem res non satis explicata est, *πρὶν ταῦτα ἱκανῶς διελέσθαι*, ea nobis quidem proprie ad sermonem pertinere videtur. — Nec alia verborum quae iam sequuntur mens est: *ὅσον λόγον πάλιν ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς κινεῖτε περὶ τῆς πολιτείας· ἦν ὡς ἤδη διεληλυθὼς ἔγωγε ἔχαιρον, ἀγαπῶν εἴτις ἐάσοι ταῦτα ἀποδεξάμενος ὡς τότε ἐρρήθη.* Ita quam orditur sermonis pars in civitate versatur *ὅσον λόγον κινεῖτε περὶ τῆς πολιτείας*, et quae modo dixerat a lib. II. p. 368. St. usque ad lib. IV. p. 427. St. ea omnia civitatem spectabant *ἦν ὡς ἤδη διεληλυθὼς ἔγωγε ἔχαιρον.* — Quod vero sermonum examen se praevidentem omisisse Socrates dicit, timentem, ne multam turbam excitaret, id ad sermonem proprie non pertinere arbitrabimur? Vide porro quam callide his *ὅσον λόγον κινεῖτε* et *οὐκ ἴστε ὅσον ἐσμὸν λόγων ἐπεγείρετε* caverit, ne haec longa in rebus a simulato dialogi fine alienis commoratio inexspectata accidat lectoribus, et quam prudenter haec ita annexuerit, ut tota operis conformatio, qua iustitiam se quaerere simulabat, non laederetur. Cf. similem locum lib. II. p. 376, D. St. Sed consideranda etiam extrema verba eius loci quem supra scripsimus: *Λέγειν δὴ, ἔφην ἐγὼ, χρὴ ἀνάπαλιν αὖ νῦν, ἃ ποτε ἴσως ἔδει ἐφεξῆς λέγειν· τάχα δὲ οὕτως ἂν ὀρθῶς ἔχοι, μετὰ ἀνδρεῖον δρᾶμα παντελῶς διαπεραν θὲν τὸ γυναικεῖον αὖ περαίνειν, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ σὺ οὕτω προκαλῇ.* Quae iam sequitur sermonis pars in civitate versatur, quid igitur de prioribus statuendum, quum sequentia priore loco *ἐφεξῆς* tractanda fuisse videri possint? Et vere, si priore loco tractata fuissent, omnis quaestio de civitate uno atque eodem loco plene absoluta esset. Quid autem indicandum foret de operis fine si ista etiam explicata essent, priusquam ad quaerendam iustitiam se converteret oratio? Quam parum vero res eo immutabitur, quod explicantur alio quidem loco, addita tamen excusatione, quod priore loco explicanda fuissent? Ac parum recte cepisse hunc locum Schleiermacherum acute vidit Schneiderus: « Neque vero serio hanc rerum dispositionem vituperare existimandus est Socrates, nedum id, quod continuo addit (*τάχα δὲ* etc.) cum Schleiermachero non ad eius excusationem, sed ad reprehensionem pertinere statuendum. »

Multo vero graviora istis sunt verba proxime sequentia, ex quibus patet, cum ea quae dicta sint a p. 368. St., tum dicenda adhuc, in civitate versari, totamque quaestionem in duas partes, ambitu pares, distribui, alterum *ΑΝΔΡΕΙΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ*, alterum *ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ* vocabulo insigniendam. *Hanc sermonis in duas partes distributionem interpretes praeterviderunt, quum his τοῦ ἀνδρείου et γυναικείου δράματος vocabulis non partes operis indicari, sed dictorum dicendorumque indolem significari crederent. Et sunt sane ποιητικῶς dicta, nec τοῦ γυναικείου δράματος vocabulo quae dicentur omnia comprehenduntur, etiamsi cum ea quaestione, quam hoc vocabulo proprie insignire licet, quam arctissime cohaereant.* Nam philosophorum magistratuum nondum potuit hoc loco mentionem facere, nisi de operis fine atque consilio excitatam speciem turbare vellet, et in civitate describenda versari sermonem indicare, quum iam dixisset tertio libro de magistratibus, nec ita posset ea res omissa videri. *Sed ita singulae partes orationis tanquam involucris quibusdam cooperiendae, et vestigiis leviter tantum impressis indicandae fuerunt, ne perspicuum fieret in qua re operis finis vere positus esset, poëticave indoles dialogi interiret et mere philosophicam naturam indueret, nec tamen attento ac diligenti lectori partium operis vera ratio indicata non esset.* — Cur autem Socrates non haec etiam quae de civitate dicenda fuerant, supra exposuit, quum in ea quaestione totus esset? Hac eum ratione commotum fuisse, ut aliam viam ingrederetur, arbitramur: Voluerat civitatem perfectam exstruere, quae ad iustitiae similitudinem facta esset, voluerat hunc in finem declarare iustitia ipsa quid esset*), voluerat omnia sic instituere ut iustitiam quaeri lectores arbitrarentur. Itaque primum simulandum fuit

*) Miramur sane quod interpretes multi eo quod Plato, etiam legum libro I. p. 631. sqq. III. 688. sq. 693. IV. 705. D. sqq. 707. D. VI. 770. sqq. ed. St. civitatem ad perfectam virtutem tanquam ad normam et regulam componendam esse multis docet, non adducti sunt ut statuerent, hanc de iustitia quaestionem tantum reipublicae causa institui. Nam id per se patet, bonam civitatem sine iustitia esse non posse, contra vero quaestionem de iustitia sine quaestione de republica optime confici posse. Quae quum ita sint, sequitur, ei qui rempublicam optimam describere velit ordiendum esse a iustitia.

institiam quaeri, civitatemque eius inveniendae gratia exstrui, quippe in qua facilius inveniri possit. Ob eandem hanc causam ea tantum civitatis instituta commemoranda fuerunt, quae iustitiae notionem referre quam maxime appareret. Quod fiebat, si iustam civitatem ita exstrueret, ut tanquam εἴδωλον aliquod esset iusti hominis. Quare tres civium classes tribus animi partibus respondent, eademque est virtutum cardinalium, quas vocant, in utrisque ratio. Omnia vero ea secernenda fuerunt, quae ad illustrandam iustitiae notionem non pertinerent, nec ita comparata essent, ut pateret inter ipsa et iustitiae notionem analogiam quandam accuratissimam intercedere. Nam si addita fuissent, turbari necesse fuit cohaerentiam partium sermonis, intellectumque aut plane prohiberi aut difficillimum fieri. Huc accedit, quod nisi res ita instituta esset, quemadmodum institutam videmus, quaestio de civitate, alteram de iustitia, nimium quantum superatura visa esset et amplitudine et gravitate, neque ita retineri potuisset species, finem operis in iustitia quaerenda esse positum. Neque tum satisfactum esset legentium et audientium cupiditati, quos aegre laturos esse exspectandum erat, si iustitiae quaestio, quam sermonis finem continere Plato simulavit, ab eorum oculis tantum remota esset. Quam etiam causam Platonem commovisse putamus, ut tam breviter de magistratibus supra diceret, etiamsi eius rei cum idearum doctrina arctissimus est nexus. Nam mirum videri necesse est, Platonem de magistratibus tam pauca tradere, quum in rebus aliis multo levioribus diutissime commoretur. Distribuere enim debuit ea quae de civitate dicebat, ne mole earum quaestio de iustitia laborare, atque adeo e legentium atque audientium oculis atque auribus removeri videretur. *Non alia ratione factum est, quod civitatis perfectae hac parte absoluta, ex animo hominis iustitiam repetit, qua inventa alterius partis dialogi finis est, atque adeo finis totius dialogi, si in quaerenda iustitia illustrandave natura et praestantia eius dialogi finis positus esset. Iam nova pars sermonis exoritur, quae tamen, inventa iustitia, non ita suscipienda fuit tanquam iustitiae quaerendae causa explicetur.* Atque ita apparet, cur Socrates, cui altera adhuc pars et maior graviorque etiam perfectae civitatis explicanda esset,

adeo tergiversetur nec dicere velit. Nam quo alio modo, si quidem conservare vellet speciem, in iustitia quaerenda finem operis esse positum, ea res denuo in sermonem recipi posse videbatur, quae, inventa iustitia, cuius inveniendae gratia civitas exstructa est, aliena videri debuit ab instituto sermone, quam ita, ut audientes poscerent eam denuo tractari, quoniam non accurate satis tractata esset? Huius vero negligentiae suae, vituperatae ab iis quibuscum colloquebatur, quos non latuerat, potuitne aliam aptiorem Socrates afferre causam ea quam attulit, se quae nunc dicturus sit iam antea dicenda esse vidisse, timuisse autem ea referre, quoniam difficilia visa essent, et nimiam quandam excitatura esse sermonum turbam. Quam rem tanto magis prospere succedere necesse erat, si res ipsae eiusmodi essent, ut earum explicatio difficilis esset, magnamque sermonum turbam excitaret. Nam si iuvenum quibuscum colloquebatur Socrates postulata vere aliena essent ab operis fine, cur eos non in aliud tempus reiicit, quaestionem institutam primum ad finem perducendam esse ostendens? Praeterea ita miscendo res graviores ac difficiliores, et ex intima philosophia repetitas, cum levioribus et facilioribus, legentium satietati et defatigationi occurrebat. Praecipuam tamen causam eius rationis, qua Plato disputationem de Republica in duas partes distribuit, nondum attigimus. Est vero haec: Perfectae civitatis ex iustitia, quae apud homines est, repetitam descriptionem, ad prima civitatis fundamenta iacienda sufficere videbat Plato; ad totum vero opus exstruendum aliud adhuc adesse debere intelligebat — *ideam boni*. Noluit tamen haec utraque civitatis perfectae principia, quorum unum altero includitur, miscere; noluit miscere quae ex utrisque instituta profluerent. De mulierum vero liberorumque communione disputatio, quadam saltem ex parte cum doctrina de magistratibus, quae ipsa cum idea boni cohaeret, coniuncta est. Cf. p. 497. St. de quo loco infra plura dicentur. Nam liberorum mulierumque communionis is finis est, ut in lucem edantur ii, quos philosophos vel magistratus evadere vult Plato. Itaque Plato per speciem tantum dialogi, nullis orationis rectae legibus adstricti, et in dicendorum silva tanquam debacchantis, licentia usus est, ut de his rebus dicere posset, quae a

specioso operis fine alienae sunt. Nec quisquam erit, qui divinum Platonis ingenium in componendo hoc praestantissimo opere orationis recte fingendae leges neglexisse dicere audeat. — Nam viri divino ingenio praediti, superiores vulgari regula artis, sibi pro regula sunt. Cf. Dissen. ad Demosthenem pro cor. p. 146. et Becker. Demosthenes p. 343.

Iam videntur reliqua percensenda esse. Est vero earum rerum explicatio cum iis quae praecesserunt arctissime connexa. *Ἀνθρώποις γὰρ φῦσι καὶ παιδευθεῖσιν ὡς ἡμεῖς διήλθομεν, κατ᾽ ἐμὴν δόξαν οὐκ ἔστ᾽ ἄλλη ὀρθὴ παίδων τε καὶ γυναικῶν κτῆσίς τε καὶ χρεία, ἢ κατ᾽ ἐκείνην τὴν ὁρμὴν ἰοῦσιν ἥνπερ τὸ πρῶτον ὡρμήσαμεν. ἐπεχειρήσαμεν δέ που ὡς ἀγέλης φύλακας τοὺς ἄνδρας καθιστάναι τῷ λόγῳ. Ναί. Ἀκολουθῶμεν τοίνυν καὶ τὴν γένεσιν καὶ τροφὴν παραπλησίαν ἀποδιδόντες, καὶ σκοπῶμεν, εἰ ἡμῖν πρέπει, ἢ οὔ. Πῶς; ἔφη. Ὧδε.* Cf. p. 451. St. Quod si virorum quos gregis custodes fecit educatio ad iustitiam pertinebat, hanc etiam mulierum educationem ad iustitiam pertinere necesse est; si vero haec quae de mulieribus dicuntur ad civitatem pertinent, cur quae de viris antea eadem dicta sunt, non eodem pertineant? Ad civitatem vero haec nostra pertinere interpretes affirmant: Die erste Erörterung nun über die Verbindung der Geschlechter unter der herrschenden Abtheilung des Staates, bezieht sich fast ausschliessend auf jenen dem Platon eigenthümlichen urbildlichen Staat.» Cf. Schleiermacher. introd. p. 31.

Mulieribus igitur eadem quae viris, sua tamen, negotia tribuenda esse existimat, atque ut id recte fiat, mulieres eadem ratione qua viros nutriendos et educandos esse docet. Itaque musica et gymnastica arte mulieres etiam excolendae, nec procul habendae a militaribus negotiis neque a bello. Non negligit autem rei difficultates: *Ἴσως δή, εἶπον, παρὰ τὸ ἔθος γελοῖα ἂν φαίνοιτο πολλὰ περὶ τὰ νῦν λεγόμενα, εἰ πράξεται ἢ λέγεται.* Refutat deinde *τὰ τῶν χαριέντων σκώμματα* de puellis vetulisque in gymnasiis libenter se exercentibus, ita ut doceat eadem in viris quoque non multum antea apud Graecos turpia et ridicula visa esse, sicuti barbarorum plerisque nunc quoque videantur; et licuisse urbanis hominibus tum eadem haec ridere, quum

primum Cretes atque Lacedaemonii gymnasiis exerceri coepissent. At desiisse paulatim ista, quum ratione persuasi intellexissent, melius esse nudari quam velari. Tum quaerit fierine ea possint: Ἆρ' οὖν οὐ πρῶτον μὲν τοῦτο περὶ αὐτῶν ἀνομολογητέον, εἰ δυνατὰ, ἢ οὔ, καὶ δοτέον ἀμφισβήτησιν, εἴτε τις φιλοπαίγμων εἴτε σπουδαστικὸς ἐθέλει ἀμφισβητῆσαι, πότερον δυνατὴ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη, ἡ θηλεία, τῇ τοῦ ἄρρενος γένους κοινωνῆσαι εἰς ἅπαντα τὰ ἔργα, ἢ οὐδ' εἰς ἕν, ἢ εἰς τὰ μὲν οἷά τε, εἰς δὲ τὰ οὔ, καὶ τοῦτο δὴ τὸ περὶ τὸν πόλεμον ποτέρων ἐστίν; Ἆρ' οὐχ οὕτως ἂν κάλλιστά τις ἀρχόμενος ὡς τὸ εἰκὸς καὶ κάλλιστα τελευτήσειε; Πολύ γε, ἔφη. Cf. p. 453. St. Non omittendus videtur is locus, qui iam sequitur, ex quo nobis quidem certe patere videtur, hanc etiam de mulieribus disputationem esse non additamentum extrinsecus additum et ab ipso scopo Reipublicae alienum, sed integram eius partem, quippe quam iam antea explicandam viderit Socrates, sed propter difficultatem explicare noluerit. Etiamsi haec postrema ex dialogi indole conficta sint, quod propter difficultatem quaestionis eam rem explicare noluerit, tamen prius illud verum puto, providisse Socratem explicandam eam esse. Ταῦτ' ἐστὶν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ Γλαύκων, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα, ἃ ἐγὼ πάλαι προορῶν ἐφοβούμην τε καὶ ὤκνουν ἅπτεσθαι τοῦ νόμου, τοῦ περὶ τὴν τῶν γυναικῶν καὶ παίδων κτῆσιν καὶ τροφήν. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη· οὐ γὰρ εὐκόλῳ ἔοικεν.

Tandem vero p. 456. St. ita concludit: Ἔστιν ἄρα καὶ φυλακικὴ γυνὴ, ἢ δ' οὔ, ἢ οὐ τοιαύτην καὶ τῶν ἀνδρῶν, τῶν φυλακικῶν, φύσιν ἐξελεξάμεθα; Τοιαύτην μὲν οὖν. Καὶ γυναικὸς ἄρα καὶ ἀνδρὸς ἡ αὐτὴ φύσις εἰς φυλακὴν πόλεως, πλὴν ὅσα ἀσθενεστέρα ἢ ἰσχυροτέρα ἐστί. Φαίνεται. Καὶ γυναῖκες ἄρα αἱ τοιαῦται τοῖς τοιούτοις ἀνδράσιν ἐκλεκτέαι συνοικεῖν τε καὶ συμφυλάττειν, ἐπείπερ εἰσὶν ἱκαναὶ καὶ ξυγγενεῖς αὐτοῖς τὴν φύσιν. Πάνυ γε. Τὰ δ' ἐπιτηδεύματα οὐ τὰ αὐτὰ ἀποδοτέα ταῖς αὐταῖς φύσεσι; Τὰ αὐτά. Ἥκομεν ἄρα εἰς τὰ πρότερα περιφερόμενοι, καὶ ὁμολογοῦμεν μὴ παρὰ φύσιν εἶναι ταῖς τῶν φυλάκων γυναιξὶ μουσικήν τε καὶ γυμναστικὴν ἀποδιδόναι. Παντάπασι μὲν οὖν. Οὐκ ἄρα ἀδύνατά γε οὐδὲ εὐχαῖς ὅμοια ἐνομοθετοῦμεν, ἐπείπερ κατὰ

speciose operis fine alienae sunt. Nec quisquam erit, qui divinum Platonis ingenium in componendo hoc praestantissimo opere orationis recte fingendae leges neglexisse dicere audeat. — Nam viri divino ingenio praediti, superiores vulgari regula artis, sibi pro regula sunt. Cf. Dissen. ad Demosthenem pro cor. p. 146. et Becker. Demosthenes p. 343.

Iam videntur reliqua percensenda esse. Est vero earum rerum explicatio cum iis quae praecesserunt arctissime connexa. *Ἀνθρώποις γὰρ φῦσι καὶ παιδευθεῖσιν ὡς ἡμεῖς διήλθομεν, κατ' ἐμὴν δόξαν οὐκ ἔστ' ἄλλη ὀρθὴ παίδων τε καὶ γυναικῶν κτῆσίς τε καὶ χρεία, ἢ κατ' ἐκείνην τὴν ὁρμὴν ἰοῦσιν ἥνπερ τὸ πρῶτον ὡρμήσαμεν. ἐπεχειρήσαμεν δέ που ὡς ἀγέλης φύλακας τοὺς ἄνδρας καθιστάναι τῷ λόγῳ. Ναί. Ἀκολουθῶμεν τοίνυν καὶ τὴν γένεσιν καὶ τροφὴν παραπλησίαν ἀποδιδόντες, καὶ σκοπῶμεν, εἰ ἡμῖν πρέπει, ἢ οὔ. Πῶς; ἔφη. Ὧδε.* Cf. p. 451. St. Quod si virorum quos gregis custodes fecit educatio ad iustitiam pertinebat, hanc etiam mulierum educationem ad iustitiam pertinere necesse est; si vero haec quae de mulieribus dicuntur ad civitatem pertinent, cur quae de viris antea eadem dicta sunt, non eodem pertineant? Ad civitatem vero haec nostra pertinere interpretes affirmant: Die erste Erörterung nun über die Verbindung der Geschlechter unter der herrschenden Abtheilung des Staates, bezieht sich fast ausschliessend auf jenen dem Platon eigenthümlichen urbildlichen Staat.» Cf. Schleiermacher. introd. p. 31.

Mulieribus igitur eadem quae viris, sua tamen, negotia tribuenda esse existimat, atque ut id recte fiat, mulieres eadem ratione qua viros nutriendos et educandos esse docet. Itaque musica et gymnastica arte mulieres etiam excolendae, nec procul habendae a militaribus negotiis neque a bello. Non negligit autem rei difficultates: *Ἴσως δή, εἶπον, παρὰ τὸ ἔθος γελοῖα ἂν φαίνοιτο πολλὰ περὶ τὰ νῦν λεγόμενα, εἰ πράξεται ἃ λέγεται.* Refutat deinde *τὰ τῶν χαριέντων σκώμματα* de puellis vetulisque in gymnasiis libenter se exercentibus, ita ut doceat eadem in viris quoque non multum antea apud Graecos turpia et ridicula visa esse, sicuti barbarorum plerisque nunc quoque videantur; et licuisse urbanis hominibus tum eadem haec ridere, quum

rimum Cretes atque Lacedaemonii gymnasiis exerceri coepissent. At desiisse paulatim ista, quum ratione persuasi intellexissent, melius esse nudari quam velari. Tum quaerit fierine ea possint: Ἆρ' οὖν οὐ πρῶτον μὲν τοῦτο περὶ αὐτῶν ἀνομολογητέον, εἰ δυνατὰ, ἢ οὔ, καὶ δοτέον ἀμφισβήτησιν, εἴτε τις φιλοπαίσμων εἴτε σπουδαστικὸς ἐθέλει ἀμφισβητῆσαι, πότερον δυνατὴ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη, ἡ θηλεία, τῇ τοῦ ἄρρενος γένους κοινωνῆσαι εἰς ἅπαντα τὰ ἔργα, ἢ οὐδ' εἰς ἕν, ἢ εἰς τὰ μὲν οἷά τε, εἰς δὲ τὰ οὔ, καὶ τοῦτο δὴ τὸ περὶ τὸν πόλεμον πότερον ἐστίν; ἆρ' οὐχ οὕτως ἂν κάλλιστά τις ἀρχόμενος ὡς τὸ εἰκὸς καὶ κάλλιστα τελευτήσειε; Πολύ γε, ἔφη. Cf. p. 453. St. Non omittendus videtur is locus, qui iam sequitur, ex quo nobis quidem certe patere videtur, hanc etiam de mulieribus disputationem esse non additamentum extrinsecus additum et ab ipso scopo Reipublicae alienum, sed integram eius partem, quippe quam iam antea explicandam viderit Socrates, sed propter difficultatem explicare noluerit. Etiamsi haec postrema ex dialogi indole conficta sint, quod propter difficultatem quaestionis eam rem explicare noluerit, tamen prius illud verum puto, providisse Socratem explicandam eam esse. Ταῦτ' ἐξιν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα, ἃ ἐγὼ πάλαι προορῶν ἐφοβούμην τε καὶ ὤκνουν ἅπτεσθαι τοῦ νόμου, τοῦ περὶ τὴν τῶν γυναικῶν καὶ παίδων κτῆσιν καὶ τροφήν. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη· οὐ γὰρ εὐκόλῳ ἔοικεν.

Tandem vero p. 456. St. ita concludit: Ἔστιν ἄρα καὶ φυλακικὴ κυνὴ, ἡ δ' οὔ. ἢ οὐ τοιαύτην καὶ τῶν ἀνδρῶν, τῶν φυλακικῶν, φύσιν ἐξελεξάμεθα; Τοιαύτην μὲν οὖν. Καὶ γυναικὸς ἄρα καὶ ἀνδρὸς ἡ αὐτὴ φύσις εἰς φυλακὴν πόλεως, πλὴν ὅσα ἀσθενεστέρα ἢ ἰσχυροτέρα ἐστί. Φαίνεται. Καὶ γυναῖκες ἄρα αἱ τοιαῦται τοῖς τοιούτοις ἀνδράσιν ἐκλεκτέαι συνοικεῖν τε καὶ συμφυλάττειν, ἐπείπερ εἰσὶν ἱκαναὶ καὶ ξυγγενεῖς αὐτοῖς τὴν φύσιν. Πάνυ γε. Τὰ δ' ἐπιτηδεύματα οὐ τὰ αὐτὰ ἀποδοτέα ταῖς αὐταῖς φύσεσι; Τὰ αὐτά. Ἤκομεν ἄρα εἰς τὰ πρότερα περιφερόμενοι, καὶ ὁμολογοῦμεν μὴ παρὰ φύσιν εἶναι ταῖς τῶν φυλάκων γυναιξὶ μουσικήν τε καὶ γυμναστικὴν ἀποδιδύναι. Παντάπασι μὲν οὖν. Οὐκ ἄρα ἀδύνατά γε οὐδὲ εὐχαῖς ὅμοια ἐνομοθετοῦμεν, ἐπείπερ κατὰ

haec omnia instituta ex eodem capite repetenda, — si autem id est in civitate operis finem positum esse intelligitur — quid attinebat hoc loco dicere: *Ἕπεται νόμος καὶ τοῖς ἔμπροσθεν τοῖς ἄλλοις, ὡς ἐγῷμαι, ὅδε?* Sed pergamus: *Πολύ, ἔφη, τοῦτο ἐκείνου μεῖζον πρὸς ἀπιστίαν καὶ τοῦ δυνατοῦ πέρι καὶ τοῦ ὠφελίμου. Οὐκ οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, περί γε τοῦ ὠφελίμου ἀμφισβητεῖσθαι ἄν, ὡς οὐ μέγιστον ἀγαθὸν κοινὰς μὲν τὰς γυναῖκας εἶναι, κοινοὺς δὲ τοὺς παῖδας, εἴπερ οἷόν τε· ἀλλ' οἶμαι περὶ τοῦ εἰ δυνατὸν ἢ μὴ πλείστην ἀμφισβήτησιν γενέσθαι**). *Περὶ ἀμφοτέρων, ἦ δ' ὅς, εὖ μάλα ἂν ἀμφισβητηθείη. Λέγεις, ἦν δ' ἐγώ, λόγων σύστασιν· ἐγὼ δ' ᾤμην ἔκ γε τοῦ ἑτέρου ἀποδράσεσθαι, εἴ σοι δόξειεν ὠφέλιμον εἶναι, λοιπὸν δὲ δή μοι ἔσεσθαι περὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ μή. Ἀλλ' οὐκ ἔλαθες, ἦ δ' ὅς, ἀποδιδράσκων· ἀλλ' ἀμφοτέρων πέρι δίδου λόγον. Ὑφεκτέον, ἦν δ' ἐγώ, δίκην. τοσόνδε μέντοι χάρισαί μοι· ἐάσόν με ἑορτάσαι, ὥσπερ οἱ ἀργοὶ τὴν διάνοιαν εἰώθασιν ἑστιᾶσθαι ὑφ' ἑαυτῶν, ὅταν μόνοι πορεύωνται. καὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοί που, πρὶν ἐξευρεῖν, τίνα τρόπον ἔσται τι ὧν ἐπιθυμοῦσι, τοῦτο παρέντες, ἵνα μὴ κάμνωσι βουλευόμενοι περὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ μή, θέντες ὡς ὑπάρχον εἶναι ὃ βούλονται, ἤδη τὰ λοιπὰ διατάττουσι καὶ χαίρουσι διεξιόντες, οἷα δράσουσι γενομένου, ἀργὸν καὶ ἄλλως ψυχὴν ἔτι ἀργοτέραν ποιοῦντες. ἤδη οὖν καὶ αὐτὸς μαλθακίζομαι καὶ ἐκεῖνα μὲν ἐπιθυμῶ ἀναβαλέσθαι καὶ ὕστερον ἐπισκέψασθαι, ἢ δυνατά, νῦν δὲ ὡς δυνατῶν ὄντων θεὶς σκέψομαι, ἄν μοι παρίῃς, πῶς διατάξουσιν αὐτὰ οἱ ἄρχοντες γιγνόμενα, καὶ ὅτι πάντων ξυμφορώτατ' ἂν εἴη πραχθέντα τῇ τε πόλει καὶ τοῖς φύλαξι. ταῦτα πειράσομαί σοι πρότερα συνδιασκοπεῖσθαι, ὕστερα δ' ἐκεῖνα, εἴπερ παρίῃς. Ἀλλὰ παρίημι, ἔφη, καὶ σκόπει.* Cf. p. 457. C. St. Quae hoc loco effugere se velle dicit Socrates, ea ad sermonem vel maxime pertinere facile intelligitur. Considerentur vel haec tantum: *τοσόνδε μέντοι χάρισαί μοι· ἐάσόν με ἑορτάσαι, ὥσπερ οἱ ἀργοὶ τὴν διάνοιαν εἰώθασιν ἑστιᾶ-*

*) Ex hac tanta cura qua Socrates possibilia esse docet quae tradit, concludendum esse existimamus, non speciem aliquam perfectae civitatis, quae tamen fieri non possit, eum iustitiae illustrandae causa delineare, sed ad civitatem eius orationem pertinere. Cf. C. F. Hermann. l. l. p. 68. sqq.

σθαι ὑφ' ἑαυτῶν ὅταν μόνοι πορεύωνται. Quis Socratem ἀργὸν τὴν διάνοιαν habebit, qui eorum memor sit, quae libro II. p. 368. professus erat: δέδοικα γάρ, μὴ οὐδ' ὅσιον ᾖ παραγενόμενον δικαιοσύνῃ κακηγορουμένῃ ἀπαγορεύειν καὶ μὴ βοηθεῖν ἔτι ἐμπνέοντα καὶ δυνάμενον φθέγγεσθαι. Sunt igitur haec eodem modo dicta, quo plane gemina in primi libri fine, οὐ μέντοι καλῶς γε εἰστίαμαι κ. τ. ἑ., ut et partium operis ratio legitima celaretur, et nova de civitate disputandi occasio, nonnisi accurate attendentibus perspecta, arriperetur, quod fieri videmus verbis: πῶς διατάξουσιν αὐτὰ οἱ ἄρχοντες γιγνόμενα. Pugnat enim secum ipse hoc loco Socrates, qui, *quum de instituti utilitate dicere nolle videretur*, ἐγὼ δ' ᾤμην ἔχ γε τοῦ ἑτέρου ἀποδράσεσθαι, εἰ σοι δόξειεν ὠφέλιμον εἶναι, λοιπὸν δὲ δή μοι ἔσεσθαι περὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ μή· ut statim dicere posset de eo *utrum fieri haec possent, an non*, tamen *hunc* sermonem, propter ignaviam, ut ipse ait, differt, *illum* ingreditur. Num quid igitur vere aufugere Socratem, nec alteram quaestionis partem pertractare voluisse propter difficultatem, an ludere in his pro consuetudine sua arbitrabimur? Possunt vero haec multum lucis affundere iis, quae a nobis ad huius libri initium de re eadem fere dicta sunt. Nam ibi quoque effugere Socrates, nec sermonis magnam partem explicare velle videbatur. Sed accuratius etiam inspiciamus hunc locum ut videamus quanta arte Plato systematicam rationem operis celaverit, et quotidiani sermonis facilitatem atque licentiam imitatus sit. Tanquam nihil interesset utra harum quaestionum prior institueretur, somniantibus se assimilat, qui fieri aliquid posse ponentes, secum perlustrarent animo et cogitationibus, quam pulchra omnia futura essent, si facta sint. Hoc vero loco primum exponendum fuisse quam utile futurum sit institutum illud patet, quum ita instituti natura explicetur. Nam plane supervacaneum esset quaerere num fieri possit haec communio, nondum cognito, qualis futura sit et quid utilitatis habitura. Quaestio autem de instituti natura cum altera de utilitate arctissime connexa est, σκέψομαι — πῶς διατάξουσιν αὐτὰ οἱ ἄρχοντες γιγνόμενα, καὶ ὅτι πάντων ξυμφορώτατ' ἂν εἴη πραχθέντα. Prioris tamen, ne dialogus severam systematici operis formam indueret, hic tanquam in transcursu mentio iniicitur,

quum de instituti cum utilitate tum possibilitate tantum dicere velle videretur. De possibilitate non singulatim disseritur, sed ita, ut quaeratur num universa haec civitas fieri possit, an non. Eam vero quaestionem postremo loco, et eo quidem, quo omnis descriptio civitatis absoluta erat, tractandam fuisse perspicitur. Non sine consilio igitur factum esse vides, quod postremo loco de hujus instituti possibilitate dicere velit. Quantam vero ista res nostrae de operis fine et consilio sententiae lucem affundit? Nam omnis causa nostra in eo versatur, quod Platonem, ut dialogi indolem conservaret — quae, remotis ab lectorum oculis operum per partes dispositionibus, longeque repetitis quaestionibus, efficit ut omnia sponte sua fluere, nec dedita opera atque consilio instituta esse videantur, etiamsi summum auctoris artificium in eo situm sit, ut id quod non appareat, tamen in se ferat dialogus, — operis finem in quaerenda iustitia situm esse, et quaestionem de republica ad illustrandam illam institui, simulasse dicimus, quum res plane contra habeat. Nam finis operis situs est in quaestione de perfecta republica, ad quam recte describendam quaestio de iustitia necessaria est.

Itaque primum quam mulierum atque liberorum communionem intelligat, latius exponit, monens inter alia, si quis canum aviumve aliorumque animalium bonos greges habere velit, eum optima quaeque viribusque validissima ad gignendum coniungere, et hoc idem in hominibus ita ordinandum esse, opusque esse eum in finem quodam mendacii genere. Cf. p. 459, B. St. *Βαβαὶ, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ φίλε ἑταῖρε, ὡς ἄρα ἀφόδρα ἡμῖν δεῖ ἄκρων εἶναι τῶν ἀρχόντων, εἴπερ καὶ περὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὡσαύτως ἔχει. Ἀλλὰ μὲν δὴ ἔχει, ἔφη· ἀλλὰ τί δή; Ὅτι ἀνάγκη αὐτοῖς, ἦν δ' ἐγὼ, φαρμάκοις πολλοῖς χρῆσθαι. — — — — συχνῷ τῷ ψεύδει καὶ τῇ ἀπάτῃ κινδυνεύει ἡμῖν δεήσειν χρῆσθαι τοὺς ἄρχοντας ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀρχομένων. ἔφαμεν δέ που ἐν φαρμάκου εἴδει πάντα τὰ τοιαῦτα χρήσιμα εἶναι. Καὶ ὀρθῶς γε, ἔφη. Ἐν τοῖς γάμοις τοίνυν καὶ παιδοποιίαις ἔοικε τὸ ὀρθὸν τοῦτο γίγνεσθαι οὐκ ἐλάχιστον.* Si quid ego video, quae ea de re antea lib. III. p. 389. B. dicebantur, ad hunc locum potissimum referenda sunt, ut huic sententiae, quae cum vulgari hominum opinioni, tum ipsius philo-

sophi praeceptis repugnare videtur, ne deesset defensio. Monemus haec propterea, ut cohaerentia et nexus partium operis tanto magis appareat, magisque elucescat, omnia ad unum pertinere finem, Rempublicam. Nam nisi res ita esset, haec mendacii defensio in prioribus omitti et poterat et omissa profecto esset, inanis omnino futura et temere alieno loco assuta, ita ut quid ea sibi vellet vix intelligeretur. Si autem Socrates quum illa diceret iam hunc locum ante oculos habebat, quod fieri non aliter poterat quam si in Republica omnis sermo versaretur, tum res multo alia fiebat. Nam adiuvantur ita singulae disputationis partes et praeparantur, ut audientibus minus mirae accidant, nec tantam disputationem requirant, quum tamen sint res secundariae. Nam facile intelligitur, hoc loco multo acrius certamen inde oriturum fuisse, utrum magistratus mentiri conveniat an non, quo res ipsa ageretur, quam priore illo, quo haec tanquam transeundo monentur, et in universum tantum conceduntur, remota rerum veritate. Ac neminem futurum esse arbitror, qui his se opponat. Nam quod illa mendacii in magistratibus excusatio etiam ad alia pertineat, cf. lib. III. p. 414. B. sqq., nos ipsi memores sumus. Sed illa ipsa cum hoc loco coniuncta sunt et cohaerent; nec errabimus, si ab his, cf. p. 460, C, D. illa pendere et quasi lucem accipere dicamus, ut eorum quae hoc loco monentur potissimum causa illa mendacii excusatio instituta videatur.

Eam quaestionem p. 461, E. excipit alia: *Ἡ μὲν δὴ κοινωνία, ὦ Γλαύκων, αὕτη τε καὶ τοιαύτη γυναικῶν τε καὶ παίδων τοῖς φύλαξί σοι τῆς πόλεως· ὡς δὲ ἑπομένη τε τῇ ἄλλῃ πολιτείᾳ καὶ μακρῷ βελτίστη, δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο βεβαιώσασθαι παρὰ τοῦ λόγου. ἢ πῶς ποιῶμεν; Οὕτω, νὴ Δία, ἦ δ' ὅς.* Itaque quum communionem voluptatis atque doloris summum bonum civitatis esse docuisset, mulierum et liberorum communionem, quae sit apud custodes, eam efficere persuadere conatur. Tum ita pergit: *Καὶ μὲν δὴ καὶ τοῖς πρόσθεν γε ὡμολογοῦμεν. ἔφαμεν γάρ που οὔτε οἰκίας τούτοις ἰδίας δεῖν εἶναι οὔτε γῆν οὔτε τι κτῆμα, ἀλλὰ παρὰ τῶν ἄλλων τροφὴν λαμβάνοντας μισθὸν τῆς φυλακῆς κοινῇ πάντας ἀναλίσκειν, εἰ μέλλοιεν ὄν-*

τως φύλακες εἶναι. Ὀρθῶς, ἔφη. Cf. p. 464, B. St. Quod si autem haec, quae in civitate versantur, prioribus consentanea sunt, priora etiam in civitate versari necesse est, et coniungi ita sermonis, tanquam unius cuiusdam corporis membra apparet. Enumerat deinde Socrates plurima bona quae custodes ob hanc mulierum liberorumque communionem habituri sint, tandemque concludit: Ἀλλὰ μέντοι, ὅ γε καὶ ἐκεῖ ἔλεγον, δικαιον κἀνταῦθα εἰπεῖν, ὅτι εἰ οὕτως ὁ φύλαξ ἐπιχειρήσει εὐδαίμων γίγνεσθαι, ὥστε μηδὲ φύλαξ εἶναι, μηδ' ἀρκέσει αὐτῷ βίος οὕτω μέτριος καὶ βέβαιος καὶ, ὡς ἡμεῖς φαμὲν, ἄριστος, ἀλλ' ἀνόητός τε καὶ μειρακιώδης δόξα ἐμπεσοῦσα εὐδαιμονίας πέρι ὁρμήσει αὐτὸν διὰ δύναμιν ἐπὶ τὸ ἅπαντα ἐν τῇ πόλει οἰκειοῦσθαι, γνώσεται τὸν Ἡσίοδον ὅτι τῷ ὄντι ἦν σοφὸς λέγων πλέον εἶναί πως ἥμισυ παντός. Ἐμοὶ μὲν, ἔφη, ξυμβούλῳ χρώμενος μενεῖ ἐπὶ τούτῳ τῷ βίῳ. Cf. p. 466. St., ita iustitiam prae omnibus aliis respiciendam esse significans, et interituram optimam civitatem, si eius praecepta negligantur.

Tandem vero p. 466. D. St.: Οὐκοῦν, inquit, ἐκεῖνο λοιπὸν διελέσθαι, εἰ ἄρα καὶ ἐν ἀνθρώποις δυνατὸν, ὥσπερ ἐν ἄλλοις ζώοις, ταύτην τὴν κοινωνίαν ἐγγενέσθαι, καὶ ὅπη δυνατόν; Ἔφθης, ἔφη, εἰπὼν ἢ ἔμελλον ὑπολήψεσθαι. Quis non exspectet iam Socratem explicaturum esse, fierine possit ista communio inter homines et quomodo fieri possit? Quum vero Socrates istam communionem fieri posse singulatim demonstrare nollet, sed ita tantum ut doceret, quomodo universa haec civitas fieri posset, quoniam pauca adhuc de vi atque effectu mulierum liberorumque communionis, cum iniecta quaestione de instituti utilitate cohaerentia dicenda fuerunt, iam Glauconem ad alias res transducit: Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ, οἶμαι, ἔφην, δῆλον ὃν τρόπον πολεμήσουσι. Πῶς; ἦ δ' ὅς. Atque id ita factum videmus, ut iam sponte sua se ea explicaturum esse simulet, quae ab audientibus exspectabantur. Sed quemadmodum saepe accidere videmus, ut sponte promittentium liberalitate ita fallamur, ut iam manibus tenere ea arbitremur, quae interdum ne accipimus quidem, aut seriùs quam exspecta-

tum est, ita hoc etiam loco accidere videbis. Falli nos patimur hac Socratis liberalitate et astutia. Ita igitur nulla eorum quae Glauco interrogare voluerat ratione habita, novae rei antea explicandae mentionem faciens, docet, pueros iam tenera actate ad bella adducendos esse, ut melius discant militaria munera, adhibita tamen diligenti cura ne civitas per eam rem detrimentum aliquod capiat. Itaque illa, quibus fieri haec posse se iam explicare velle significabat, non aliam ob causam dicta videntur, quam ut ita cupiditatem legentium audientiumque paulum restingueret, et sine reprehensione reliquum sermonem de civitate pertexere posset. Exspectabant autem lectores iam demonstraturum esse Socratem, quomodo ista communio mulierum atque liberorum fieri posset. Cf. lib. V. pag. 457, D. St. Itaque felicissime hoc loco Socratem vulgaris sermonis licentiam imitari videmus, ac celare ita rationem partium operis et systematicam eius rationem, cum tamen omnia proprio loco et suo proferret. Nam quo alio loco explicari potuit, quomodo in bellis versaturi essent custodes cum mulieribus suis et liberis, nisi hoc ipso loco quo de his etiam dixerat? Similiter plane Socratem toties repetere vidimus, se iam iamque iustitia quid esset quaesiturum esse. Cf. lib. II. p. 372, A. E. 376, D. St. Hinc vero concludi potest, quantam vim habeat eorum sententia, qui *Πολιτείας* finem in quaerenda iustitia positum videri propterea dicunt, quoniam eius mentio tam saepe atque ita iniiciatur, tanquam ea causa omnis sermo instituatur.

Deinde Socrates tanquam occasionem nactus latius de bello dicendi *τί δὲ δή*, inquit, *τὰ περὶ τὸν πόλεμον; πῶς ἐκτέον σοι τοὺς, στρατιώτας πρὸς αὐτούς τε καὶ τοὺς πολεμίους; ἆρ' ὀρθῶς μοι καταφαίνεται, ἢ οὔ; Λέγ', ἔφη, ποῖ' ἄν;* cf. p. 468. A. St. Huius loci interna ratio non fugit Schneideri sagacitatem. Is igitur receptam a se lectionem *Τί δὲ δή*, contra alteram Par. A. aliorum, *Τί δαὶ δή*, receptam a Bekkero, defendens, haec habet: «Me quo minus idem facerem quum ea deterruerunt, quae Vol. I. p. 155. de dubia optimi codicis in hac re auctoritate exposita sunt, tum quod causam non viderem, cur Socrates *novam hancce digressionem* maiori cum affectu exordiendam putaverit.» Pertinet vero haec duplex quaestio, quam ita etiam tractavit Plato,

τως φύλακες εἶναι. Ὀρθῶς, ἔφη. Cf. p. 464, B. St. Quod si autem haec, quae in civitate versantur, prioribus consentanea sunt, priora etiam in civitate versari necesse est, et coniungi ita sermonis, tanquam unius cuiusdam corporis membra apparet. Enumerat deinde Socrates plurima bona quae custodes ob hanc mulierum liberorumque communionem habituri sint, tandemque concludit: Ἀλλὰ μέντοι, ὅ γε καὶ ἐκεῖ ἔλεγον, δικαιον κἀνταῦθα εἰπεῖν, ὅτι εἰ οὕτως ὁ φύλαξ ἐπιχειρήσει εὐδαίμων γίγνεσθαι, ὥστε μηδὲ φύλαξ εἶναι, μηδ' ἀρχέσει αὐτῷ βίος οὕτω μέτριος καὶ βέβαιος καὶ, ὡς ἡμεῖς φαμὲν, ἄριστος, ἀλλ' ἀνόητός τε καὶ μειραχιώδης δόξα ἐμπεσοῦσα εὐδαιμονίας πέρι ὀρμήσει αὐτὸν διὰ δύναμιν ἐπὶ τὸ ἅπαντα ἐν τῇ πόλει οἰκειοῦσθαι, γνώσεται τὸν Ἡσίοδον ὅτι τῷ ὄντι ἦν σοφὸς λέγων πλέον εἶναί πως ἥμισυ παντός. Ἐμοὶ μὲν, ἔφη, ξυμβούλῳ χρώμενος μενεῖ ἐπὶ τούτῳ τῷ βίῳ. Cf. p. 466. St., ita institiam prae omnibus aliis respiciendam esse significans, et interituram optimam civitatem, si eius praecepta negligantur.

Tandem vero p. 466. D. St.: Οὐκοῦν, inquit, ἐκεῖνο λοιπὸν διελέσθαι, εἰ ἄρα καὶ ἐν ἀνθρώποις δυνατὸν, ὥσπερ ἐν ἄλλοις ζώοις, ταύτην τὴν κοινωνίαν ἐγγενέσθαι, καὶ ὅπη δυνατόν; Ἔφθης, ἔφη, εἰπὼν ἢ ἔμελλον ὑπολήψεσθαι. Quis non exspectet iam Socratem explicaturum esse, fierine possit ista communio inter homines et quomodo fieri possit? Quum vero Socrates istam communionem fieri posse singulatim demonstrare nollet, sed ita tantum ut doceret, quomodo universa haec civitas fieri posset, quoniam pauca adhuc de vi atque effectu mulierum liberorumque communionis, cum iniecta quaestione de instituti utilitate cohaerentia dicenda fuerunt, iam Glauconem ad alias res transducit: Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ, οἶμαι, ἔφην, δῆλον ὃν τρόπον πολεμήσουσι. Πῶς; ἦ δ' ὅς. Atque id ita factum videmus, ut iam sponte sua se ea explicaturum esse simulet, quae ab audientibus exspectabantur. Sed quemadmodum saepe accidere videmus, ut sponte promittentium liberalitate ita fallamur, ut iam manibus tenere ea arbitremur, quae interdum ne accipimus quidem, aut serius quam exspecta-

tum est, ita hoc etiam loco accidere videbis. Falli nos patimur hac Socratis liberalitate et astutia. Ita igitur nulla eorum quae Glauco interrogare voluerat ratione habita, novae rei antea explicandae mentionem faciens, docet, pueros iam tenera actate ad bella adducendos esse, ut melius discant militaria munera, adhibita tamen diligenti cura ne civitas per eam rem detrimentum aliquod capiat. Itaque illa, quibus fieri haec posse se iam explicare velle significabat, non aliam ob causam dicta videntur, quam ut ita cupiditatem legentium audientiumque paulum restingueret, et sine reprehensione reliquum sermonem de civitate pertexere posset. Exspectabant autem lectores iam demonstraturum esse Socratem, quomodo ista communio mulierum atque liberorum fieri posset. Cf. lib. V. pag. 457, D. St. Itaque felicissime hoc loco Socratem vulgaris sermonis licentiam imitari videmus, ac celare ita rationem partium operis et systematicam eius rationem, cum tamen omnia proprio loco et suo proferret. Nam quo alio loco explicari potuit, quomodo in bellis versaturi essent custodes cum mulieribus suis et liberis, nisi hoc ipso loco quo de his etiam dixerat? Similiter plane Socratem toties repetere videmus, se iam iamque iustitia quid esset quaesiturum esse. Cf. lib. II. p. 372, A. E. 376, D. St. Hinc vero concludi potest, quantam vim habeat eorum sententia, qui *Πολιτείας* finem in quaerenda iustitia positum videri propterea dicunt, quoniam eius mentio tam saepe atque ita iniiciatur, tanquam ea causa omnis sermo instituatur.

Deinde Socrates tanquam occasionem nactus latius de bello dicendi *τί δὲ δή*, inquit, *τὰ περὶ τὸν πόλεμον; πῶς ἐκτέον σοι τοὺς, στρατιώτας πρὸς αὐτούς τε καὶ τοὺς πολεμίους; ἆρ' ὀρθῶς μοι καταφαίνεται, ἢ οὔ; Λέγ', ἔφη, ποῖ' ἄν;* cf. p. 468. A. St. Huius loci interna ratio non fugit Schneideri sagacitatem. Is igitur receptam a se lectionem *Τί δὲ δή*, contra alteram Par. A. aliorum, *Τί δαὶ δή*, receptam a Bekkero, defendens, haec habet: «Me quo minus idem facerem quum ea deterruerunt, quae Vol. I. p. 155. de dubia optimi codicis in hac re auctoritate exposita sunt, tum quod causam non viderem, cur Socrates *novam hancce digressionem* maiori cum affectu exordiendam putaverit.» Pertinet vero haec duplex quaestio, quam ita etiam tractavit Plato,

cf. p. 469, B. St. *Τί δέ; πρὸς τοὺς πολεμίους πῶς ποιήσουσιν ἡμῖν οἱ στρατιῶται; Τὸ ποῖον δή; κ. τ. ἑ.*, **a p. 468 — 471. St. Quam ut legere velis rogamus. Nam magis etiam perspicietur vere nos supra monuisse in educandis custodibus Platonem civitatem tantum respexisse.**

SECTIO III.

Hanc de via recta per speciem tantum digressionem, quae re vera in via recta migratio est, ab iis qui audiebant animadversam et reprehensam videmus, p. 471, C, St. *Ἀλλὰ γάρ μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, ἐάν τίς σοι τὰ τοιαῦτα ἐπιτρέπῃ λέγειν, οὐδέποτε μνησθήσεσθαι ὃ ἐν τῷ πρόσθεν παρωσάμενος πάντα ταῦτα εἴρηκας, τὸ ὡς δυνατὴ αὕτη ἡ πολιτεία γενέσθαι, καὶ τίνα τρόπον ποτὲ δυνατή. ἐπεὶ ὅτι γε, εἰ γένοιτο, πάντ' ἂν εἴη ἀγαθὰ πόλει ἥτις γένοιτο, καὶ ἃ σὺ παραλείπεις, ἐγὼ λέγω, ὅτι καὶ τοῖς πολεμίοις ἄριστ' ἂν μάχοιντο τῷ ἥκιστα ἀπολείπειν ἀλλήλους, γιγνώσκοντές τε καὶ ἀνακαλοῦντες ταῦτα τὰ ὀνόματα ἑαυτοὺς, ἀδελφοὺς, πατέρας, υἱεῖς· εἰ δὲ καὶ τὸ θῆλυ συστρατεύοιτο, εἴτε καὶ ἐν τῇ αὐτῇ τάξει εἴτε καὶ ὄπισθεν ἐπιτεταγμένον, φόβων τε ἕνεκα τοῖς ἐχθροῖς καὶ εἴ ποτέ τις ἀνάγκη βοηθείας γένοιτο, οἶδ', ὅτι ταύτῃ πάντῃ ἄμαχοι ἂν εἶεν· καὶ οἴκοι γε ἃ παραλείπεται ἀγαθὰ, ὅσα ἂν εἴη αὐτοῖς, ὁρῶ· ἀλλ' ὡς ἐμοῦ ὁμολογοῦντος πάντα ταῦτα ὅτι εἴη ἄν, καὶ ἄλλα γε μυρία, εἰ γένοιτο ἡ πολιτεία αὕτη, μηκέτι πλείω περὶ αὐτῆς λέγε, ἀλλὰ τοῦτο αὐτὸ ἤδη πειρώμεθα ἡμᾶς αὐτοὺς πείθειν, ὡς δυνατὸν καὶ ᾗ δυνατὸν, τὰ δ' ἄλλα χαίρειν ἐῶμεν. Ἐξαίφνης γε σὺ, ἦν δ' ἐγὼ, ὥσπερ καταδρομὴν ἐποιήσω ἐπὶ τὸν λόγον μου, καὶ οὐ συγγινώσκεις στρατευομένῳ· ἴσως γὰρ οὐκ οἶσθα, ὅτι μόγις μοι τὸ δύο κύματε ἐκφυγόντι νῦν τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τρικυμίας ἐπάγεις· ὃ ἐπειδὰν ἴδῃς τε καὶ ἀκούσῃς, πάνυ συγγνώμην ἕξεις, ὅτι εἰκότως ἄρα ὤκνουν τε καὶ ἐδεδοίκειν οὕτω παράδοξον λέγειν λόγον τε καὶ ἐπιχειρεῖν διασκοπεῖν. Ὅσῳ ἄν, ἔφη,**

τοιαῦτα πλείω λέγῃς, ἧττον ἀφεθήσῃ ὑφ' ἡμῶν πρὸς τὸ μὴ εἰπεῖν, πῇ δυνατὴ γίγνεσθαι αὕτη ἡ πολιτεία. ἀλλὰ λέγε καὶ μὴ διάτριβε. Non aliam huius cunctationis suae Socrates rationem affert, quam timorem quo praepeditus sit quo minus tam difficiles res et tam arduas explicaret. Sunt haec eadem cum iis, quae quinti libri initio leguntur, quae, parum intellecta ab interpretibus, effecerunt, ut tres hos libros, in quibus versamur, pro ἐπεισοδίοις haberent. Utroque loco Socrates totus est in explicanda alia re quadam, utroque loco cunctatur et timet, tandemque veluti contra voluntatem suam ad dicendum adigitur. Id tantum inter utrumque locum discriminis interest, quod hoc loco Socrates cunctatur, ut eas res explicare posset, quas, etiamsi ad operis verum finem necessariae essent, auditores explicari nolle viderentur, illo vero, ut voluntati eorum qui audiebant obtemperans de iis rebus dicere posset, quae cum vero operis fine coniunctae fuerunt. Num quid igitur alio modo de quinti libri initio iudicabimus, quam de hoc loco iudicare cogimur? Utrumque scilicet pertinere ad verum operis finem. Ita patent artes Platonis, quibus rationem partium dialogi finemque eius celabat. Sed expendamus etiam diligentius singula. Eo enim, quod ab iis quibuscum colloquebatur Socrates quasi incursio fit in sermonem eius, ad alia omnia, quae ipsi explicari non cupiant, aberrantis, de Republica tamen vere dicentis, adiuvatur Socratis simulatio, se propter timorem et ignaviam, cf. p. 457, E., ad reliquas sermonis partes non accedere, et retinetur ita ea species, quasi haec omnia merae digressiones sint, et vere versetur Operis finis in iustitia, de qua tamen in his sermo omnino non est, ut omnes fatentur. Tam inhumanos enim nemo fuisse vere putabit eos, quibuscum colloquebatur Socrates, ut orationis eius cursum perturbaturi fuissent. Subesse igitur simulationem patet. Et haec nos causa praecipue commovit, cur omnium codicum lectionem στρατευομένῳ, alteri, ab Orellio sagaciter excogitatae, receptae a Stallbaumio et Schneidero, qui tamen illam explicari posse putaret, ut « vel Sorates operam in describenda re militari positam cum ipsius militiae laboribus comparans, licentiam, quae militibus in expeditionibus permitti soleat, sibi negatam, vel dum ipse belli causa

peregre abesset, incursionem in suos fines factam iocose conquereretur, vel defatigationis suae rationem non habitam doleret, quomodo Ficinus στρατευομένῳ interpretatus sit *militiae laboribus iam defesso,*» quorum nihil verum, praeferremus. Nam simulat Socrates se sermone de re militari, *quasi belli gerendi studio*, abreptum haec percensuisse, etiamsi per se necessaria non sint. Cum qua explicatione congruunt quae praecedunt, ὥσπερ καταδρομὴν ἐποιήσω ἐπὶ τὸν λόγον μου. Quod autem in sequentibus *cunctationi* et *timori* suo ignoscendum fuisse dicit Socrates, quae Schneidero explicationem verbi στραγγεύεσθαι continere videntur, iis nobis Socrates quasi veram cunctationis suae causam, licet ipsam quoque falsam, sed prioribus congruam, cf. p. 457, E., afferre videtur, quum in his, οὐ συγγιγνώσκεις στρατευομένῳ, aperte iocatus sit. Sunt igitur haec explicanda ex iis quae ad p. 457, E. diximus, et detegitur fraus eo ipso, quod iidem, qui antea de huius instituti utilitate dici voluerant, nunc sermonem abrumpi postulant, et quod Socrates, qui tum sermonem de instituti utilitate subterfugere velle videbatur, ut de possibilitate diceret, nunc diutius quam illi optant in hoc sermone commoratur, et sermonem de possibilitate evitare velle videtur. Cf. p. 471, C. 472, A, B. Sed videamus etiam quanta arte paulatim oratio eo deducta sit, ut dicere posset, *num ista civitas fieri posset, et quomodo.* Adhuc in eo versata erat oratio ut quaereretur, num apud homines fieri posset *ista mulierum liberorumque communio.* Ecce subito de eo sermonem esse videmus, *num civitas ista fieri possit,* quod neque postulatum erat antea, neque postulari poterat, si omnis de civitate habitus sermo tantum iustitiae explicandae gratia habitus esset. Hanc vero quaestionem, *quomodo civitas ista fieri possit*, quae non multum discrepat ab altera, *num fieri possit ut sint communes mulieres atque liberi*, non diversam esse videbimus ab alia, quam ita pronunciare liceat: *qui magistratus esse debeant, si ista civitas futura sit.* Ita de magistratibus dicendi occasionem nanciscitur, quae sola res adhuc explicanda erat accuratius quam tertio libro factum est, ut perfectae civitatis descriptio plane absolveretur. Atque hoc etiam loco artem Platonis admirari libet, qua id assecutus est, ut de singulis quibusque institutis civitatis dicere posset, non

recedens tamen ab eo quem totius operis finem esse simulabat, neque aperiens consilium, quo omne opus ad civitatem vere pertinere voluit. — Iam vero perspicitur quam ob rem quaestio de utilitate communionis virorum mulierumque, alteram de possibilitate antecedat. Nam quum haec paulatim cum alia, fierine ista civitas possit, commutetur, eam postremo loco tractandam fuisse intelligitur.

Iam lectorum audientiumque voluntati satisfaciens: *Οὐκοῦν*, inquit, *πρῶτον μὲν τόδε χρὴ ἀναμνησθῆναι, ὅτι ἡμεῖς ζητοῦντες δικαιοσύνην οἷόν ἐστι καὶ ἀδικίαν δεῦρο ἤκομεν. Χρή· ἀλλὰ τί τοῦτο; ἔφη. Οὐδέν. ἀλλ' ἐὰν εὕρωμεν, οἷόν ἐστι δικαιοσύνη, ἆρα καὶ ἄνδρα τὸν δίκαιον ἀξιώσομεν μηδὲν δεῖν αὐτῆς ἐκείνης διαφέρειν, ἀλλὰ πανταχῆ τοιοῦτον εἶναι, οἷον δικαιοσύνη ἐστίν; ἢ ἀγαπήσομεν, ἐὰν ὅτι ἐγγύτατα αὐτῆς ᾖ καὶ πλεῖστα τῶν ἄλλων ἐκείνης μετέχῃ; Οὕτως, ἔφη· ἀγαπήσομεν. Παραδείγματος ἄρα ἕνεκα, ἦν δ' ἐγώ, ἐζητοῦμεν αὐτό τε δικαιοσύνην οἷόν ἐστι, καὶ ἄνδρα τὸν τελέως δίκαιον, εἰ γένοιτο, καὶ οἷος ἂν εἴη γενόμενος, καὶ ἀδικίαν αὖ καὶ τὸν ἀδικώτατον, ἵνα εἰς ἐκείνους ἀποβλέποντες, οἷοι ἂν ἡμῖν φαίνωνται εὐδαιμονίας τε πέρι καὶ τοῦ ἐναντίου, ἀναγκαζώμεθα καὶ περὶ ἡμῶν αὐτῶν ὁμολογεῖν, ὃς ἂν ἐκείνοις ὅτι ὁμοιότατος ᾖ, τὴν ἐκείνης μοῖραν ὁμοιοτάτην ἕξειν, ἀλλ' οὐ τούτου ἕνεκα, ἵν' ἀποδείξωμεν, ὡς δυνατὰ ταῦτα γίγνεσθαι. Τοῦτο μέν, ἔφη, ἀληθὲς λέγεις. Οἴει ἂν οὖν ἧττόν τι ἀγαθὸν ζωγράφον εἶναι ὃς ἂν γράψας παράδειγμα, οἷον ἂν εἴη ὁ κάλλιστος ἄνθρωπος, καὶ πάντα εἰς τὸ γράμμα ἱκανῶς ἀποδοὺς μὴ ἔχῃ ἀποδεῖξαι, ὡς καὶ δυνατὸν γενέσθαι τοιοῦτον ἄνδρα; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφη. Τί οὖν; οὐ καὶ ἡμεῖς, φαμέν, παράδειγμα ἐποιοῦμεν λόγῳ ἀγαθῆς πόλεως; Πάνυ γε. Ἧττόν τι οὖν οἴει ἡμᾶς εὖ λέγειν τούτου ἕνεκα, ἐὰν μὴ ἔχωμεν ἀποδεῖξαι ὡς δυνατὸν οὕτω πόλιν οἰκῆσαι, ὡς ἐλέγετο; Οὐ δῆτα, ἔφη. Τὸ μὲν τοίνυν ἀληθὲς, ἦν δ' ἐγώ, οὕτω· εἰ δὲ καὶ τοῦτο προθυμηθῆναι δεῖ σὴν χάριν, ἀποδεῖξαι, πῇ μάλιστα καὶ κατὰ τί δυνατώτατ' ἂν εἴη, πάλιν μοι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀπόδειξιν τὰ αὐτὰ διομολόγησαι. Τὰ ποῖα; Ἆρ' οἷόν τέ τι πραχθῆναι ὡς λέγεται, ἢ φύσιν ἔχει πρᾶξιν λέξεως ἧττον ἀληθείας ἐφάπτεσθαι, κἂν εἰ μή τῳ δοκεῖ;*

ἀλλὰ σὺ πότερον ὁμολογεῖς οὕτως, ἢ οὔ; Ὁμολογῶ, ἐφη. Τοῦτο μὲν δὴ μὴ ἀνάγκαζέ με, οἷα τῷ λόγῳ διήλθομεν, τοιαῦτα παντάπασι καὶ τῷ ἔργῳ δεῖν γιγνόμενα ἀποφαίνειν. ἀλλ' ἐὰν οἷοί τε γενώμεθα εὑρεῖν, ὡς ἂν ἐγγύτατα τῶν εἰρημένων πόλις οἰκήσειε, φάναι ἡμᾶς ἐξευρηκέναι, ὡς δυνατὰ ταῦτα γίγνεσθαι, ἃ σὺ ἐπιτάττεις. ἢ οὐκ ἀγαπήσεις τούτων τυγχάνων; ἐγὼ μὲν γὰρ ἂν ἀγαπῴην. Καὶ γὰρ ἐγὼ, ἔφη. Τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, πειρώμεθα ζητεῖν τε καὶ ἀποδεικνύναι, τί ποτε νῦν κακῶς ἐν ταῖς πόλεσι πράττεται, δι' ὃ οὐχ οὕτως οἰκοῦνται, καὶ τίνος ἂν σμικροτάτου μεταβαλόντος ἔλθοι εἰς τοῦτον τὸν τρόπον τῆς πολιτείας πόλις, μάλιστα μὲν ἑνὸς, εἰ δὲ μὴ, δυοῖν, εἰ δὲ μὴ, ὅτι ὀλιγίστων τὸν ἀριθμὸν καὶ σμικροτάτων τὴν δύναμιν. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Ἑνὸς μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, μεταβαλόντος δοκοῦμέν μοι ἔχειν δεῖξαι ὅτι μεταπέσοι ἄν, οὐ μέντοι σμικροῦ γε οὐδὲ ῥᾳδίου, δυνατοῦ δέ. Τίνος; ἔφη. Ἐπ' αὐτὸ δὴ, ἦν δ' ἐγὼ, εἶμι, ὃ τῷ μεγίστῳ προσηκάζομεν κύματι. εἰρήσεται δ' οὖν, εἰ καὶ μέλλει γέλωτί τε ἀτεχνῶς ὥσπερ κῦμα ἐκγελῶν καὶ ἀδοξίᾳ κατακλύσειν. σκόπει δὲ ὃ μέλλω λέγειν. Λέγε, ἔφη. Ἐὰν μὴ, ἦν δ' ἐγὼ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα, ὦ φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσι, δοκῶ δὲ οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, οὐδὲ αὕτη ἡ πολιτεία μή ποτε πρότερον φυῇ τε εἰς τὸ δυνατὸν καὶ φῶς ἡλίου ἴδῃ, ἣν νῦν λόγῳ διεληλύθαμεν. ἀλλὰ τοῦτό ἐστιν, ὃ ἐμοὶ πάλαι ὄκνον ἐντίθησι λέγειν, ὁρῶντι, ὡς πολὺ παρὰ δόξαν ῥηθήσεται. χαλεπὸν γὰρ ἰδεῖν, ὅτι οὐκ ἂν ἄλλη τις εὐδαιμονήσειεν οὔτε ἰδίᾳ οὔτε δημοσίᾳ. Καὶ ὅς, Ὦ Σώκρατες, ἔφη, τοιοῦτον ἐκβέβληκας ῥῆμά τε καὶ λόγον, ὃν εἰπὼν ἡγοῦ ἐπί σε πάνυ πολλοὺς τε καὶ οὐ φαύλους νῦν οὕτως οἷον ῥίψαντας τὰ ἱμάτια γυμνοὺς λαβόντας ὅτι ἑκάστῳ παρέτυχεν ὅπλον, θεῖν διατεταμένους ὡς θαυμάσια ἐργασομένους· οὓς εἰ μὴ ἀμυνεῖ τῷ λόγῳ καὶ ἐκ-

φεύξει, τῷ ὄντι τωθαζόμενος δώσεις δίκην. Οὐκοῦν σύ μοι, ἦν δ' ἐγώ, τούτων αἴτιος; Καλῶς γ', ἔφη, ἐγὼ ποιῶν. ἀλλά τοί σε οὐ προδώσω, ἀλλ' ἀμυνῶ οἷς δύναμαι· δύναμαι δὲ εὐνοίᾳ τε καὶ τῷ παρακελεύεσθαι, καὶ ἴσως ἂν ἄλλου του ἐμμελέστερόν σοι ἀποκρινοίμην. ἀλλ' ὡς ἔχων τοιοῦτον βοηθὸν πειρῶ τοῖς ἀπιστοῦσιν ἐνδείξασθαι, ὅτι ἔχει ἢ σὺ λέγεις. Πειρατέον, ἦν δ' ἐγώ, ἐπειδὴ καὶ σὺ οὕτω μεγάλην ξυμμαχίαν παρέχει. ἀναγκαῖον οὖν μοι δοκεῖ, εἰ μέλλομέν πη ἐκφεύξεσθαι οὓς λέγεις, διορίσασθαι πρὸς αὐτοὺς τοὺς φιλοσόφους τίνας λέγοντες τολμῶμεν φάναι δεῖν ἄρχειν, ἵνα διαδήλων γενομένων δύνηταί τις ἀμύνεσθαι ἐνδεικνύμενος, ὅτι τοῖς μὲν προσήκει φύσει ἅπτεσθαί τε φιλοσοφίας ἡγεμονεύειν τ' ἐν πόλει, τοῖς δ' ἄλλοις μήτε ἅπτεσθαι ἀκολουθεῖν τε τῷ ἡγουμένῳ. Ὥρα ἂν εἴη, ἔφη, ὁρίζεσθαι. Ἴθι δή, ἀκολουθησόν μοι τῇδε, ἐὰν αὐτὸ ἀμηγέπη ἱκανῶς ἐξηγησώμεθα. Ἄγε, ἔφη. Cf. p. 472, St. sqq. Non defuturos esse arbitror, qui iis quae initio huius loci leguntur ita utantur, ut doceant, sermonem huc usque deductum in quaerenda iustitia versatum esse. Neque nego hunc locum esse quasi epiphonema quoddam, quo ad ea quae de dialogi fine antea dicta erant, satis callide revocemur. Nam qui fallit et simulat, is si laudari vult, bene fallat et simulet necesse est. Ita ne hoc quidem loco, quo in Republica sermo cum maxime versatur, iustitiam dimittere ex animo licet. Ad disputationem vero quae iam sequitur id commemorare plane nihil attinebat; idque Plato ipse docet verbis ἀλλὰ τί τοῦτο; ἔφη. Οὐδέν. Nam profecto, si in quaerenda iustitia hic dialogus occuparetur, et de Republica tantum illustrandae aut inveniendae iustitiae causa disputaretur, hoc loco dicere iure poterat philosophus vel adeo debebat, sibi propositum non fuisse, hunc de civitate sermonem dedita opera explicare; nec referre, utrum ea quae dixerit fieri possint an non; id tantum quaeri, utrum his quae de Republica dicta sint quaestio de iustitia bene explicetur. Id si concedatur, abunde satis factum esse iis quae postulari possint; *alienum autem esse ab huius sermonis fine quaerere, num fieri haec Respublica possit.* — De his vero quae hic innui facile credas prudenter tacet philosophus et rem plane invertit. Iustitia enim, cuius animo conceptam

speciem mente contueri, re ipsa videre non possimus, propterea utitur, ut exemplo doceat, non recte postulari ut perfectae civitatis animo conceptam speciem, ita ut cogitetur, quis apud homines existere posse demonstret, quemadmodum postulandum non sit, ut pictor qui pulcherrimi hominis imaginem pinxerit, etiam fieri posse. eiusmodi hominem demonstret. Nam esse non posse ut aliquid ita fiat, quemadmodum dicatur, eamque esse rerum naturam, ut actio minus quam sermo verum attingat. Itaque, et iure quidem nostro, affirmamus, hoc loco quaestionem de iustitia infra illam de Republica collocari. Nam quae rei alicuius declarandae causa exempla afferuntur, ea inferiora sunt iis, quorum causa afferuntur. — Ceterum iam vix opus esse arbitramur ut accuratius exponamus, quam callide in his Plato, vera falsis miscendo, ipso eo, quod παράδοξα videri debebant quae pronunciabat Socrates, utatur ad augendam et conservandam falsam de Operis fine speciem excitatam. Nam quum Socrates tantopere vereatur suscipere hunc sermonem, memor risus et ignominiae, memor periculorum sibi imminentium, quae et ab ipso et a Glaucone nimium verbis augentur, quorum culpam adeo in Glauconem confert, ita tamen ut in hac veritatis superlatione et traiectione, et in Glauconis verbis, Καλῶς γ', ἔφη, ἐγὼ ποιῶν, κ. τ. ἑ., Socratisque, quod statim sequitur, responso ironia appareat, nonne qui haec legent solum, nec totius rei rationem considerent, nec multo usu iam cognitam habeant hanc Socratis ironiam, fere cogentur statuere, aliena haec esse ab iis quae vere quaerantur, et pro digressionibus habenda? Ita falsam videbis esse Schleiermacheri de hoc loco sententiam: Indem nun dieser erste Abschnitt unseres vierten Haupttheiles mit dem Zugeständnisse schliesst, dass der beschriebene Staat nur als Vorbild sei gezeichnet worden, *um nämlich aufzustellen unter welchen Bedingungen eine vollkommene Gerechtigkeit und ein solcher Mann möglich sei*, dass man aber in der Wirklichkeit zufrieden sein müsse mit dem, was durch grösstmögliche Annäherung an jenes Vorbild zu erreichen sei: so wird doch» ct. Cf. introd. p. 37. Usquamne hoc loco vel minimum vestigium apparet, quo indicaverit Plato, se civitatem hanc ideo tantum condidisse, *ut doceret quo modo fieri posset perfecta iustitia et vir iustus?* Quod Plato dicit hoc est:

se quaerentes iustitiam et iniustitiam huc venisse. Nihil amplius. *Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, πρῶτον μὲν τόδε χρὴ ἀναμνησθῆναι, ὅτι ἡμεῖς ζητοῦντες δικαιοσύνην οἷόν ἐστι καὶ ἀδικίαν δεῦρο ἤκομεν. Χρή· ἀλλὰ τί τοῦτο; ἔφη. Οὐδέν.* Reliqua igitur de suo addidit Schleiermacherus. Contra Plato ita sibi ipse parum consentiret. Nam adhuc Socrates *inveniendae* iustitiae gratia civitatem se condere vel condidisse repetita vice declaraverat. — Falsum est etiam quod Schleiermacherus dicit priorem partem huius novae quaestionis *τοῦ γυναικείου δράματος* exire iis quae p. 472, B, St. dicuntur. Nam contra ea novae quaestionis initium sunt. — Sed ad recte iudicandum de toto loco hoc unum sufficere potest: Civitatem Socrates ostendit fieri posse, iustitiam non ostendit. Quid ita de Operis fine statuendum est? Omnem igitur causam invertit Schleiermacherus.

Quod si vero qui accuratiorem de philosophis doctrinam non pertinere putent ad quaestionem de Republica, ii recte perpensa huius loci sententia, *οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα, ὦ φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσι, δοκῶ δὲ οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, οὐδὲ αὕτη ἡ πολιτεία μή ποτε πρότερον φυῇ τε εἰς τὸ δυνατὸν καὶ φῶς ἡλίου ἴδῃ, ἣν νῦν λόγῳ διεληλύθαμεν*, intelligent, longe gravissimam partem totius quaestionis de Republica esse hanc de philosophis disputationem. Nam salutem non solum civitatum, sed etiam humani generis, ab eo pendere dicit auctor, si philosophi imperium accipiant, aliter ne hanc quidem, quam descripserit civitatem, oriri posse significans.

Haec a Socrate dicta quum ita paradoxa essent ut stuporem quidem et admirationem, non assensionem commovere viderentur, cf. p. 473, E. St., necessarium esse putavit definire, quos philosophos diceret. Itaque philosophos eos esse dicit, *qui idearum cognoscendarum facultate praediti sint.* Atque is est finis quinti libri.

Quinti libri finem recte ac suo loco positum esse, ostenditur.

Quas nonnulli interpretum de recta librorum huius operis distributione moverunt dubitationes, paulum eae hoc loco subsistere nos cogunt, ut declaremus, hunc etiam librum in se absolutum videri recteque sextum librum ab eo separari. Nam argumentum quinti libri si in unum collegeris, eum τῷ γυναικείῳ δράματι dicatum esse dices. Agitur enim in eo de negotiis virorum feminarumque communibus, de liberorum mulierumque communione, de ratione qua custodes cum omni familia sua in bellis versentur, tandem, explicata hactenus civitate, quomodo fieri ea possit, quaeritur. Ita, respondetur, si philosophis imperium tradatur. Quod responsum quum mirum videretur, necessarium Plato putabat esse, definire quos philosophos diceret. Is autem est finis quinti libri, qui nobis recte a libro sexto, in quo de magistratibus Reipublicae agitur, disiungi videtur.

Reipublicae liber sextus.

SECTIO I.

Sexti libri initio haec leguntur: *Οἱ μὲν δὴ φιλόσοφοι, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ Γλαύκων, καὶ οἱ μὴ διὰ μακροῦ τινὸς διεξελθόντος λόγου μόγις πως ἀνεφάνησαν, οἵ εἰσιν ἑκάτεροι. Ἴσως γὰρ, ἔφη, διὰ βραχέος οὐ ῥᾴδιον. Οὐ φαίνεται, εἶπον. ἐμοὶ γοῦν ἔτι δοκεῖ ἂν βελτιόνως φανῆναι, εἰ περὶ τούτου μόνου ἔδει ῥηθῆναι, καὶ μὴ πολλὰ τὰ λοιπὰ διελθεῖν μέλλοντι κατόψεσθαι, τί διαφέρει βίος δίκαιος ἀδίκου.* Quis quum ista legat non exspectet, *iam quaerere velle Socratem quid differat vita iusta iniustaque.* Nec tollunt istam exspectationem verba proxima. *Τί οὖν, ἔφη, τὸ μετὰ τοῦτο ἡμῖν; Τί δ' ἄλλο, ἦν δ' ἐγὼ, ἢ τὸ ἐξῆς.* Tamen vero ea ita comparata sunt, ut lectores de iis quae secundum propositum, sed speciosum tantum, dialogi finem, sequi debeant in errorem inducantur. Nam quis est, qui si ista legat, *Τί δ' ἄλλο, ἦν δ' ἐγὼ, ἢ τὸ ἐξῆς;* sibi non persuadeat, iam ad finem perducendum esse *cœptum sermonem de philosophis eorumque imperio.* Id enim esse videatur *τὸ ἐξῆς* secundum rei naturam et dialogi cursum. Et quae sequuntur: *ἐπειδὴ φιλόσοφοι μὲν οἱ τοῦ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχοντος δυνάμενοι ἐφάπτεσθαι, οἱ δὲ μὴ, ἀλλ' ἐν πολλοῖς καὶ πάντως ἴσχουσι πλανώμενοι οὐ φιλόσοφοι, ποτέρους δὴ δεῖ πόλεως ἡγεμόνας εἶναι; Πῶς οὖν λέγοντες ἂν αὐτὸ, ἔφη, μετρίως λέγοιμεν;* ea cum praecedentibus tam arcte cohaerent et tam brevem moram ipsi capiti quaestionis interponere videntur, — nam non aliud superesse videbatur, quam ut diceretur, utri duces civitatis esse deberent, *Ὁπότεροι ἄν, ἦν δ' ἐγὼ, δυνατοὶ φαίνωνται φυλάξαι*

νόμους τε καὶ ἐπιτηδεύματα πόλεων, τούτους καθιστάναι φύλακας. Ὀρθῶς, ἔφη. — ut lectores se elusos non sentiant. Ex istis enim omnis deinceps sermo deducitur, qui sexto et septimo libro de optima republica inest, nec lectores, semel de via deducti, et eorum quae dicuntur gravitate et splendore capti ac deliniti, se in eodem errore permanere animadvertunt. Quam callide haec omnia inventa sunt ad celandum operis finem et ad fallendos lectores! Hanc solam ob causam hic caput quaestionis non solum in memoriam revocatur, — quod ne exiret e legentium animis timendum fuit, quum in rebus ab eo alienis tam diu versaretur oratio — sed ob eandem causam Platonem tam ambiguis verbis uti videmus, ut iam ad iustitiae quaestionem accedere orationem credas; nec diversa ratio fuit, ob quam omne libri sexti et septimi argumentum reticuit. Nam ita fugere audientium animos necesse fuit, quam multa hic interserantur a specioso operis fine aliena, quae quum abunde satisfecisset Socrates voluntati eorum, qui quinti libri initio rogaverant ut de liberorum mulierumque communione diceret, ne hanc quidem ob causam explicanda fuerunt, etiamsi id simulet Socrates, nec aliam ob causam dicta sunt, *quam quod ad perfectam civitatem pertinebant*, in qua versatur haec omnis disputatio. Neque vero reticendum, quod haec ipsa res: *τί διαφέρει βίος δίκαιος ἀδίκου*, quam postea, Reipublicae quidem gratia explicare cogitur, ita recte in memoriam revocatur. Nam ita non solum hic liber cum quarti libri fine quintique initio copulatur; sed id etiam consequitur Plato, ut non miram accidat legentibus, quod libris Reipublicae postremis docere conatur, utra praestet vita, iusta an iniusta. Nam id necessario explicandum fuit, si docere vellet quid differrent inter se civitas bona reliquaeque, quibus alia omnia proposita sunt, praeter virtutem. Intelligitur ita, hanc disputationem de vi atque effectu vitae iustae iniustaeque, civitatum et Reipublicae gratia institui debere. Quod ita factum esse a Platone apparebit; nec alium in finem eum de singulorum hominum vitae statu et conditione locutum esse videbimus, quam ut doceret, qui esset diversarum civitatum, et s. iustitiae s. ininstitiae quae in iis deprehendatur, fons et origo. Ceterum sapienti moderatione usus Socrates eas res, quae ad

verum dialogi finem non necessario pertinerent, omittit, *ἐμοὶ γοῦν ἔτι δοκεῖ ἂν βελτιόνως φανῆναι, εἰ περὶ τούτου μόνου ἔδει ῥηθῆναι*, et vides ita quid statuendum sit de his digressionibus. — Tum docet Socrates, eos custodes fieri debere, qui possint leges et instituta civitatum custodire. Id vero apertum esse, num caecum an acriter videntem custodem quid observare oporteat. Quod quum apertum esse Glauco dixisset, Socrates *Ἦ οὖν, δοκοῦσί τι τυφλῶν διαφέρειν*, inquit, *οἱ τῷ ὄντι τοῦ ὄντος ἑκάστου ἐστερημένοι τῆς γνώσεως καὶ μηδὲν ἐναργὲς ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντες παράδειγμα μηδὲ δυνάμενοι ὥσπερ γραφῆς εἰς τὸ ἀληθέστατον ἀποβλέποντες κἀκεῖσε ἀεὶ ἀναφέροντές τε καὶ θεώμενοι ὡς οἷόν τε ἀκριβέστατα, οὕτω δὴ καὶ τὰ ἐνθάδε νόμιμα καλῶν τε περὶ καὶ δικαίων καὶ ἀγαθῶν τίθεσθαί τε, ἐὰν δέῃ τίθεσθαι, καὶ τὰ κείμενα φυλάττοντες σώζειν*. Philosophorum igitur quod sit praecipuum munus in civitate his indicatur. Debent civitates ad ideas ordinare. Quam ipsam rem argumento esse docebimus, gravissimam partem civitatis, cui illustrandae haec altera pars Operis, *τὸ γυναικεῖον δρᾶμα*, potissimum dicata est, nondum absolutam esse. Porro intelligitur ex hoc loco esse omnino non posse perfectam hanc civitatem, nisi sint qui eam ordinent et regant secundum ideas pulchri, boni, iusti. Sed pergamus. *Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, οὐ πολύ τι διαφέρει. Τούτους οὖν μᾶλλον φύλακας στησόμεθα, ἢ τοὺς ἐγνωκότας μὲν ἕκαστον τὸ ὂν, ἐμπειρίᾳ δὲ μηδὲν ἐκείνων ἐλλείποντας**) *μηδ' ἐν ἄλλῳ μηδενὶ μέρει ἀρετῆς ὑστεροῦντας; Ἄτοπον μέντ' ἂν, ἔφη, εἴη ἄλλους αἱρεῖσθαι, εἴ γε τἆλλα μὴ ἐλλείποιντο· τούτῳ γὰρ αὐτῷ σχεδόν τι τῷ μεγίστῳ ἂν προέχοιεν. Οὐκοῦν τοῦτο δὴ λέγωμεν, τίνα τρόπον οἷοί τ' ἔσονται οἱ αὐτοὶ κἀκεῖνα καὶ ταῦτα ἔχειν; Πάνυ μὲν οὖν. Ὃ τοίνυν ἀρχόμενοι τούτου τοῦ λόγου ἐλέγομεν, τὴν φύσιν αὐτῶν πρῶτον δεῖ καταμαθεῖν. καὶ οἶμαι, ἐὰν ἐκείνην ἱκανῶς ὁμολογήσωμεν, ὁμολογήσειν καὶ ὅτι οἷοί τε ταῦτα ἔχειν οἱ αὐτοὶ, ὅτι τε οὐκ ἄλλους πόλεων ἡγεμόνας δεῖ εἶναι, ἢ τούτους.* Cf.

*) Quid ita Plato neque rerum experientia inferiores vult esse philosophos, si tantum virum iustum describebat?

p. 485, A. St. Ita, vix animadvertente quoquam, iam longum sermonem ingreditur, quo docet fieri posse, ut philosophi utrumque habeant, nec cognitione eorum quae vere sunt, nec experientia destituantur, quem tamen nemo exspectabat, post ea quae initio libri dixerat: *καὶ μὴ πολλὰ τἄ λοιπὰ διελθεῖν μέλλοντι κατόψεσθαι, τί διαφέρει βίος δίκαιος ἀδίκου.* Nam id ne postulatum quidem erat a Socrate, ne forte libero dialogi ingressu hanc velut digressionem a sermonis fine excusandum putes, nec cum dialogi proposito fine, invenienda aut explicanda iustitiae iniustitiaeque vi ac natura, ulla ex parte coniunctum est. Ex his igitur proxime hae duae sermonis partes oriuntur: primum disputatio de natura et indole philosophorum; deinde disquisitio de eo, num fieri possit, ut in iisdem rerum scientia cum experientia reliquisque virtutibus coniuncta sit. Quae profecto explicanda non erant, nisi ad rempublicam spectaret omnis sermo. Itaque quum naturam philosophi latius descripsisset, tandem interrogat Socrates: *Ἔστιν οὖν ὅπη μέμψῃ τοιοῦτον ἐπιτήδευμα, ὃ μήποτ' ἄν τις οἷός τε γένοιτο ἱκανῶς ἐπιτηδεῦσαι, εἰ μὴ φύσει εἴη μνήμων, εὐμαθής, μεγαλοπρεπής, εὔχαρις, φίλος τε καὶ ξυγγενὴς ἀληθείας, δικαιοσύνης, ἀνδρίας, σωφροσύνης; Οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος, ἔφη, τό γε τοιοῦτον μέμψαιτο. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, τελειωθεῖσι τοῖς τοιούτοις παιδείᾳ τε καὶ ἡλικίᾳ ἆρα οὐ μόνοις ἂν τὴν πόλιν ἐπιτρέποις;* p. 487, A. St. Poterat his finiri hic sermo, et ad iustitiae quaestionem redire, si id ageretur. Quod tamen factum non esse videmus, quoniam gravissimae quaestiones politicae explicandae adhuc erant, et absolvenda perfectae reipublicae, in qua versatur hic omnis sermo, descriptio.

SECTIO II.

Quibus dictis quum ii qui audirent contra nihil moneri posse faterentur, dicerent tamen, sibi plane aliam mentem esse, si philosophos qui vocentur, intueantur, *quorum plurimi plane absurdi evadant, vel nequissimi potius, qui vero optimi, tamen nihil prosint civitatibus*, nec ista vera esse Socrates negasset, tum Glauco *Πῶς οὖν*, inquit, *εὖ ἔχει λέγειν ὅτι οὐ πρότε-*

ρον κακῶν παύσονται αἱ πόλεις, πρὶν ἂν ἐν αὐταῖς οἱ φιλόσοφοι ἄρξωσιν, οὓς ἀχρήστους ὁμολογοῦμεν αὐταῖς εἶναι. Ad haec Socrates: Ἐρωτᾷς, ἦν δ' ἐγὼ, ἐρώτημα δεόμενον ἀποκρίσεως δι' εἰκόνος λεγομένης. Σὺ δέ γε, ἔφη, οἶμαι, οὐκ εἴωθας δι' εἰκόνων λέγειν. Εἶεν, εἶπον· σκώπτεις ἐμβεβληκώς με εἰς λόγον οὕτω δυσαπόδεικτον; ἄκουε δ' οὖν τῆς εἰκόνος, ἵν' ἔτι μᾶλλον ἴδῃς, ὡς γλίσχρως εἰκάζω. οὕτω γὰρ χαλεπὸν τὸ πάθος τῶν ἐπιεικεστάτων, ὃ πρὸς τὰς πόλεις πεπόνθασιν, ὥστ' οὐδ' ἔστιν ἓν οὐδὲν ἄλλο τοιοῦτον πεπονθός, ἀλλὰ δεῖ ἐκ πολλῶν αὐτὸ ξυναγαγεῖν εἰκάζοντα καὶ ἀπολογούμενον ὑπὲρ αὐτῶν, οἷον οἱ γραφεῖς τραγελάφους καὶ τὰ τοιαῦτα μιγνύντες γράφουσι. νόησον γὰρ τοιουτονὶ γενόμενον εἴτε πολλῶν νεῶν πέρι εἴτε μιᾶς· ναύκληρον μεγέθει μὲν καὶ ῥώμῃ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ νηῒ πάντας, ὑπόκωφον δὲ καὶ ὁρῶντα ὡσαύτως βραχύ τι καὶ γιγνώσκοντα περὶ ναυτικῶν ἕτερα τοιαῦτα, τοὺς δὲ ναύτας στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς κυβερνήσεως, ἕκαστον οἰόμενον δεῖν κυβερνᾶν, μήτε μαθόντα πώποτε τὴν τέχνην μήτε ἔχοντα ἀποδεῖξαι διδάσκαλον ἑαυτοῦ μηδὲ χρόνον, ἐν ᾧ ἐμάνθανε, πρὸς δὲ τούτοις φάσκοντας μηδὲ διδακτὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸν λέγοντα, ὡς διδακτόν, ἑτοίμους κατατέμνειν, αὐτοὺς δὲ αὐτῷ ἀεὶ τῷ ναυκλήρῳ περικεχύσθαι δεομένους καὶ πάντα ποιοῦντας ὅπως ἂν σφίσι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψῃ, ἐνίοτε δ', ἂν μὴ πείθωσιν, ἀλλὰ ἄλλοι μᾶλλον, τοὺς μὲν ἄλλους ἢ ἀποκτιννύντας ἢ ἐκβάλλοντας ἐκ τῆς νεώς, τὸν δὲ γενναῖον ναύκληρον μανδραγόρᾳ ἢ μέθῃ ἤ τινι ἄλλῳ συμποδίσαντας τῆς νεὼς ἄρχειν χρωμένους τοῖς ἐνοῦσι, καὶ πίνοντάς τε καὶ εὐωχουμένους πλεῖν, ὡς τὸ εἰκὸς τοὺς τοιούτους, πρὸς δὲ τούτοις ἐπαινοῦντας, ναυτικὸν μὲν καλοῦντας καὶ κυβερνητικὸν καὶ ἐπιστάμενον τὰ κατὰ ναῦν ὃς ἂν ξυλλαμβάνειν δεινὸς ᾖ, ὅπως ἄρξουσιν ἢ πείθοντες ἢ βιαζόμενοι τὸν ναύκληρον, τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον ψέγοντας ὡς ἄχρηστον, τοῦ δὲ ἀληθινοῦ κυβερνήτου πέρι μήδ' ἐπαΐοντας, ὅτι ἀνάγκη αὐτῷ τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι ἐνιαυτοῦ καὶ ὡρῶν καὶ οὐρανοῦ καὶ ἄστρων καὶ πνευμάτων καὶ πάντων τῶν τῇ τέχνῃ προσηκόντων, εἰ μέλλει τῷ ὄντι νεὼς ἀρχικὸς ἔσεσθαι, ὅπως δὲ κυβερνήσει, ἐάν τέ τινες βούλωνται ἐάν τε μὴ, μήτε τέχνην τούτου μήτε μελέτην οἰόμενοι δυνατὸν εἶναι λαβεῖν ἅμα καὶ τὴν κυβερνητικήν. τοιούτων δὴ περὶ τὰς

ναῦς-γιγνομένων τὸν ὡς ἀληθῶς κυβερνητικὸν οὐχ ἡγῇ ἂν τῷ ὄντι μετεωροσκόπον τε καὶ ἀδολέσχην καὶ ἄχρηστόν σφισι καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς οὕτω κατεσκευασμέναις ναυσὶ πλωτήρων; Καὶ μάλα, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος. Οὐ δῆ, ἦν δ' ἐγώ, οἶμαι δεῖσθαί σε ἐξεταζομένην τὴν εἰκόνα ἰδεῖν, ὅτι ταῖς πόλεσι πρὸς τοὺς ἀληθινοὺς φιλοσόφους τὴν διάθεσιν ἔοικεν, ἀλλὰ μανθάνειν ὃ λέγω. Καὶ μάλ', ἔφη. Πρῶτον μὲν τοίνυν ἐκεῖνον τὸν θαυμάζοντα, ὅτι οἱ φιλόσοφοι οὐ τιμῶνται ἐν ταῖς πόλεσι, δίδασκέ τε τὴν εἰκόνα καὶ πειρῶ πείθειν, ὅτι πολὺ ἂν θαυμαστότερον ἦν, εἰ ἐτιμῶντο. Ἀλλὰ διδάξω, ἔφη. Καὶ ὅτι τοίνυν ταληθῆ λέγεις, ὡς ἄχρηστοι τοῖς πολλοῖς οἱ ἐπιεικέστατοι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ· τῆς μέντοι ἀχρηστίας τοὺς μὴ χρωμένους κέλευε αἰτιᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ τοὺς ἐπιεικεῖς. οὐ γὰρ ἔχει φύσιν κυβερνήτην ναυτῶν δεῖσθαι ἄρχεσθαι ὑφ' αὑτοῦ, οὐδὲ τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἰέναι, ἀλλ' ὁ τοῦτο κομψευσάμενος ἐψεύσατο, τὸ δὲ ἀληθὲς πέφυκεν, ἐάν τε πλούσιος ἐάν τε πένης κάμνῃ, ἀναγκαῖον εἶναι ἐπὶ ἰατρῶν θύρας ἰέναι, καὶ πάντα τὸν ἄρχεσθαι δεόμενον ἐπὶ τὰς τοῦ ἄρχειν δυναμένου, οὐ τὸν ἄρχοντα δεῖσθαι τῶν ἀρχομένων ἄρχεσθαι, οὗ ἂν τῇ ἀληθείᾳ τι ὄφελος ᾖ. ἀλλὰ τοὺς νῦν πολιτικοὺς ἄρχοντας ἀπεικάζων οἷς ἄρτι ἐλέγομεν ναύταις οὐχ ἁμαρτήσει, καὶ τοὺς ὑπὸ τούτων ἀχρήστους λεγομένους καὶ μετεωρολέσχας τοῖς ὡς ἀληθῶς κυβερνήταις. Ὀρθότατα, ἔφη. Cf. p. 487, E. St.

Hanc omnem philosophiae verae defensionem, ita factam ut ex perversis civitatum moribus doceatur cur utilis non sit, ideo institui videmus, *quoniam alias concidere necesse fuit illud παράδοξον, quo philosophis civitatum imperium tradendum esse existimaverat.* Nam fluxit haec omnis Socratis disputatio ex hac Glauconis reprehensione: *Πῶς οὖν εὖ ἔχει λέγειν, ὅτι οὐ πρότερον κακῶν παύσονται αἱ πόλεις, πρὶν ἂν ἐν αὐταῖς οἱ φιλόσοφοι ἄρξωσιν, οὓς ἀχρήστους ὁμολογοῦμεν αὐταῖς εἶναι.* Ad id vero quod interrogatum erat, fierine possit, ut philosophi simul rerum naturam cognitam habeant veraque scientia praediti sint, simul tamen nec experientia nec reliquis virtutibus ceteris cedant, — quem ipsum sermonem nos ab ea disputatione quae in iustitia versaretur alienum esse iam antea docuimus, — haec necessaria non sunt,

nec loco suo posita esse concedam, nisi in Republica versetur omnis sermo. Tum vero necessario explicanda fuerunt, si Plato dubitationes, quas commotum iri praevidebat contra placitum, philosophos magistratus esse debere, solvere et defensionem paratam habere vellet. Nam eorum sententia, qui haec pro episodiis, ab ipso operis fine alienis, quibus tanquam exonerare voluerit philosophus animum suum, habuerunt, quod ita omnis sermo in minutas partes parum prudenter inter se conglutinatas divelletur, nec amplius unius in se cohaerentis, ex uno capite profecti, ad unum finem tendentis operis, tanquam fluminis eodem alveo decurrentis, speciem praebebit, mihi nunquam probabitur. Idem valet etiam de his: *Ἔκ τε τοίνυν τούτων καὶ ἐν τούτοις οὐ ῥᾴδιον εὐδοκιμεῖν τὸ βέλτιστον ἐπιτήδευμα ὑπὸ τῶν τἀναντία ἐπιτηδευόντων· πολὺ δὲ μεγίστη καὶ ἰσχυροτάτη διαβολὴ γίγνεται φιλοσοφίᾳ διὰ τοὺς τὰ τοιαῦτα φάσκοντας ἐπιτηδεύειν, οὓς δὴ σὺ φῂς τὸν ἐγκαλοῦντα τῇ φιλοσοφίᾳ λέγειν, ὡς παμπόνηροι οἱ πλεῖστοι τῶν ἰόντων ἐπ' αὐτήν, οἱ δὲ ἐπιεικέστατοι ἄχρηστοι, καὶ ἐγὼ συνεχώρησα ἀληθῆ σε λέγειν. ἦ γάρ; Ναί.* Quae ut illa explicanda non fuerunt, nisi in Republica sermo versaretur. Totus igitur denuo est Socrates in sermone de rebus politicis, etiam hoc loco sedulo curans, ut coactus et invitus hunc sermonem, qui ita degressionis speciem induit, suscipere videatur, *σκώπτεις ἐμβεβληκώς με εἰς λόγον οὕτω δυσαπόδεικτον.* Ceterum verbis praecedentibus, *Σὺ δέ γε, ἔφη, οἶμαι, οὐκ εἴωθας δι' εἰκόνων λέγειν*, quae aperte eo pertinent, quod in civitate iustitiam quasi maioribus ibi literis scriptam quaerere voluerat, leniter rideri videtur Socratis haec iustitiae quaerendae ratio.

Sed iam transeamus ad alteram huius disputationis partem: *Οὐκοῦν τῆς μὲν τῶν ἐπιεικῶν ἀχρηστίας τὴν αἰτίαν διειλήλυθαμεν; Καὶ μάλα. Τῆς δὲ τῶν πολλῶν πονηρίας τὴν ἀνάγκην βούλει τὸ μετὰ τοῦτο διέλθωμεν, καὶ ὅτι οὐδὲ τούτου φιλοσοφία αἰτία, ἂν δυνώμεθα, πειραθῶμεν δεῖξαι; Πάνυ μὲν οὖν.* p. 489, extr. St. Quem in finem repetit ea quae paulo ante de natura philosophorum explicaverat. In cuius disputationis fine p. 490, D. St. haec leguntur: *τῆς ἤδη διαβολῆς τὴν αἰτίαν ἐπισκοποῦντες ἐπὶ τούτῳ νῦν γεγόναμεν, τί ποθ' οἱ πολλοὶ κακοὶ, καὶ*

τούτων δὴ ἕνεκα πάλιν ἀνειλήφαμεν τὴν τῶν ἀληθῶς φιλοσόφων φύσιν καὶ ἐξ ἀνάγκης ὡρισάμεθα. Ἔστιν, ἔφη, ταῦτα. quae adscribere placuit quo intelligeretur in dialogis Platonis tam accurate omnia disposita esse, ut excusandum explicandumque philosophus putaverit, si quando repetitio aliqua locum haberet, eum quidem in finem, ut de dialogi ordine ac dispositione non perverse iudicaret lector omnemque rerum nexum intelligeret. Ne dubites igitur quin is auctor, qui tantam dialogis ordinandis artem curamque adhibuit, ab intelligentibus saltem voluerit intelligi quid spectaverit. Digna ob eandem causam quae adscribantur sequentia, in quibus dicendorum ordinem diligenter exposuit, ταύτης δή, ἦν δ' ἐγώ, τῆς φύσεως δεῖ θεάσασθαι τὰς φθοράς, ὡς διόλλυται ἐν πολλοῖς, σμικρὸν δέ τι ἐκφεύγει, οὓς δὴ καὶ οὐ πονηροὺς, ἀχρήστους δὲ καλοῦσι· καὶ μετὰ τοῦτο αὖ τὰς μιμουμένας ταύτην καὶ εἰς τὸ ἐπιτήδευμα καθισταμένας αὐτῆς, οἵαι οὖσαι φύσεις ψυχῶν εἰς ἀνάξιον καὶ μεῖζον ἑαυτῶν ἀφικνούμεναι ἐπιτήδευμα πολλαχῇ πλημμελοῦσαι πανταχῇ καὶ ἐπὶ πάντας δόξαν οἵαν λέγεις φιλοσοφίᾳ προσῆψαν. Cf. p. 490, E. St. Ne putes igitur Socratem, eorum qui audiebant voluntati cedentem se abripi passum esse ad sermones a dialogi vero fine plane alienos, quibus omnem partium dialogi aequabilitatem tolli necesse esset. Primum igitur paucissimos ita nasci demonstrat, deinde ostendit omnia fere bona cum naturae humanae, tum ea quae externa dicantur, plerumque eam vim habere, ut a vera philosophia mentem animumque avertant. Nam non sophistas, sed multitudinem ipsam corrumpere eos qui ita praestent animo et ingenio, quippe cuius multo maior vis sit in laudando vituperandoque, itemque multando ignominia, pecunia, morte. Nec privati cuiusquam sermones contra ea valere. Congruere cum istis sophistarum rationem. Ita philosophos, quorum sententiae multum absint a plebis iudicio, ab ea vituperari necesse esse, itemque a sophistis, nec servari ita philosophi naturam. Nam quum bona philosophicae naturae eiusmodi sint, ut ad suas res se ea uti posse aliquando familiares ac cives intelligant, antea blandiri eos potentiam illius quae futura sit, atque ita fastu et superbia implere. Nec contra ista quidquam valere rationem recte suadentis, quoniam contra nisuri sint, qui suis

rebus damnum inde praevideant. Tum ita pergit Socrates: *Ὁρᾷς οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι οὐ κακῶς ἐλέγομεν, ὡς ἄρα καὶ αὐτὰ τὰ τῆς φιλοσόφου φύσεως μέρη, ὅταν ἐν κακῇ τροφῇ γένηται, αἴτια τρόπον τινὰ τοῦ ἐκπεσεῖν ἐκ τοῦ ἐπιτηδεύματος, καὶ τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ, πλοῦτοί τε καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη παρασκευή; Οὐ γὰρ, ἀλλ' ὀρθῶς, ἔφη, ἐλέχθη. Οὗτος δὴ, εἶπον, ὦ θαυμάσιε, ὅλεθρός τε καὶ διαφθορὰ τοσαύτη τε καὶ τοιαύτη τῆς βελτίστης φύσεως εἰς τὸ ἄριστον ἐπιτήδευμα, ὀλίγης καὶ ἄλλως γιγνομένης, ὡς ἡμεῖς φαμέν. Καὶ ἐκ τούτων δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ οἱ τὰ μέγιστα κακὰ ἐργαζόμενοι τὰς πόλεις γίγνονται καὶ τοὺς ἰδιώτας, καὶ οἱ ταὐγαθὰ, οἳ ἂν ταύτῃ τύχωσι ῥυέντες· σμικρὰ δὲ φύσις οὐδὲν μέγα οὐδέποτε οὐδένα οὔτε ἰδιώτην οὔτε πόλιν δρᾷ.* Cf. p. 495. St. Ita eos philosophorum munia obire, qui corrupti animo et corpore apti non videantur ad philosophiam recte tractandam, eosque efficere ut philosophi et philosophia omnis male audiant. Nam qui paucissimi veri philosophi relinquantur *γευσάμενοι, ὡς ἡδὺ καὶ μακάριον τὸ κτῆμα, καὶ τῶν πολλῶν αὖ ἱκανῶς ἰδόντες τὴν μανίαν, καὶ ὅτι οὐδεὶς οὐδὲν ὑγιὲς ὡς ἔπος εἰπεῖν περὶ τὰ τῶν πόλεων πράττει, οὐδ' ἔστι ξύμμαχος, μεθ' ὅτου τις ἰὼν ἐπὶ τὴν τῶν δικαίων βοήθειαν σώζοιτ' ἄν, ἀλλ' ὥσπερ εἰς θηρία ἄνθρωπος ἐμπεσὼν οὔτε ξυναδικεῖν ἐθέλων οὔτε ἱκανὸς ὢν εἷς πᾶσιν ἀγρίοις ἀντέχειν, πρίν τι τὴν πόλιν ἢ φίλους ὀνῆσαι, προαπολόμενος ἀνωφελὴς αὑτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν γένοιτο, ταῦτα πάντα λογισμῷ λαβὼν ἡσυχίαν ἔχων καὶ τὰ αὑτοῦ πράττων, οἷον ἐν χειμῶνι κονιορτοῦ καὶ ζάλης ὑπὸ πνεύματος φερομένου ὑπὸ τειχίον ἀποστὰς, ὁρῶν τοὺς ἄλλους καταπιμπλαμένους ἀνομίας ἀγαπᾷ, εἴ πη αὐτὸς καθαρὸς ἀδικίας τε καὶ ἀνοσίων ἔργων τόν τε ἐνθάδε βίον βιώσεται καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτοῦ μετὰ καλῆς ἐλπίδος ἵλεώς τε καὶ εὐμενὴς ἀπαλλάξεται. Ἀλλά τοι, ἦ δ' ὅς, οὐ τὰ ἐλάχιστα ἂν διαπραξάμενος ἀπαλλάττοιτο. Οὐδέ γε, εἶπον, τὰ μέγιστα, μὴ τυχὼν πολιτείας προσηκούσης· ἐν γὰρ προσηκούσῃ αὐτός τε μᾶλλον αὐξήσεται καὶ μετὰ τῶν ἰδίων τὰ κοινὰ σώσει.* p. 496. med. Steph. *Vides ita, hanc omnem philosophorum defensionem ideo institutam esse, ut stabiliretur παράδοξον illud, quo miserarum finem urbibus non prius futurum esse declaraverat Plato, quam philosophi summum imperium tenerent, eamque cum instituto ser-*

mone de perfecta republica arctissime connexam esse. Verane tamen videbitur Schleiermacheri de hoc loco sententia, qua hoc perfectissimum opus Platonis in multas alienas a se ac male concinnas particulas tanquam discerpitur? Platonem enim nunc subito sermonem de Republica somniis plenum relinquere putat, quamquam in breve tantum tempus, et se convertere ad sui temporis rationes, non aliam profecto ob causam, quam ut sui defendendi occasionem nanciscatur contra eos qui reprehenderent, quod patriam desereret, et praestantissimos etiam adolescentium a Republica averteret.» Cf. introd. p. 38. Quod philosophum etiam, sed non solum neque praecipue, secutum esse non negaverim.

SECTIO III.

Pergamus: *Τὸ μὲν οὖν τῆς φιλοσοφίας ὧν ἕνεκα διαβολὴν εἴληφε, καὶ ὅτι οὐ δικαίως, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ μετρίως εἰρῆσθαι, εἰ μὴ ἔτ' ἄλλο λέγεις τι σύ. Ἀλλ' οὐδέν, ἦ δ' ὅς, ἔτι λέγω περὶ τούτου· ἀλλὰ τὴν προσήκουσαν αὐτῇ τίνα τῶν νῦν λέγεις πολιτειῶν; Οὐδ' ἡντιναοῦν, εἶπον, ἀλλὰ τοῦτο καὶ ἐπαιτιῶμαι, μηδεμίαν ἀξίαν εἶναι τῶν νῦν κατάστασιν πόλεως φιλοσόφου φύσεως· διὸ καὶ στρέφεσθαί τε καὶ ἀλλοιοῦσθαι αὐτὴν, ὥσπερ ξενικὸν σπέρμα ἐν γῇ ἄλλῃ σπειρόμενον ἐξίτηλον εἰς τὸ ἐπιχώριον φιλεῖ κρατούμενον ἰέναι, οὕτω καὶ τοῦτο τὸ γένος νῦν μὲν οὐκ ἴσχειν τὴν αὑτοῦ δύναμιν, ἀλλ' εἰς ἀλλότριον ἦθος ἐκπίπτειν· εἰ δὲ λήψεται τὴν ἀρίστην πολιτείαν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ ἄριστόν ἐστι, τότε δηλώσει, ὅτι τοῦτο μὲν τῷ ὄντι θεῖον ἦν, τὰ δὲ ἄλλα ἀνθρώπινα, τά τε τῶν φύσεων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων. δῆλος δὴ οὖν εἶ, ὅτι μετὰ τοῦτο ἐρήσει τίς αὕτη ἡ πολιτεία. Οὐκ ἔγνως, ἔφη· οὐ γὰρ τοῦτο ἔμελλον, ἀλλ' εἰ αὕτη, ἣν ἡμεῖς διεληλύθαμεν οἰκίζοντες τὴν πόλιν, ἢ ἄλλη. Τὰ μὲν ἄλλα, ἦν δ' ἐγὼ, αὕτη· τοῦτο δὲ αὐτὸ ἐρρήθη μὲν καὶ τότε, ὅτι δεήσοι τι ἀεὶ ἐνεῖναι ἐν τῇ πόλει λόγον ἔχον τῆς πολιτείας τὸν αὐτὸν, ὅνπερ καὶ σὺ, ὁ νομοθέτης, ἔχων τοὺς νόμους ἐτίθεις. Ἐρρήθη γὰρ, ἔφη. Ἀλλ' οὐχ ἱκανῶς, εἶπον, ἐδηλώθη, φόβῳ ὧν ὑμεῖς ἀντιλαμ-*

βανόμενοι δεδηλώκατε μακρὰν καὶ χαλεπὴν αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν, ἐπεὶ καὶ τὸ λοιπὸν οὐ πάντως ῥᾷστον διελθεῖν. Τὸ ποῖον; Τίνα τρόπον μεταχειριζομένη πόλις φιλοσοφίαν οὐ διολεῖται. Τὰ γὰρ δὴ μεγάλα πάντα ἐπισφαλῆ, καὶ, τὸ λεγόμενον, τὰ καλὰ τῷ ὄντι χαλεπά. Ἀλλ' ὅμως, ἔφη, λαβέτω τέλος ἡ ἀπόδειξις τούτου φανεροῦ γενομένου. Οὐ τὸ μὴ βούλεσθαι, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλ' εἴπερ, τὸ μὴ δύνασθαι διακωλύσει· παρὼν δὲ τὴν γ' ἐμὴν προθυμίαν εἴσῃ. Cf. p. 497, A. St. Quum Socrates nullam civitatum quae sint aptam esse diceret philosophis, nihil reliquum erat, quam ut aut describeret eam civitatem quae apta esset, aut iam descriptam esse diceret. Ita nova de civitate dicendi occasio suppeditatur, qua ita utitur, ut hanc unam rem superesse diceret, dictam quidem, lib. III. p. 412, C., sed non satis explicatam propter timorem et quaestionis difficultatem. Quod simulari quis non intelligit? Potuisse ea antea non commode tractari demonstravimus, quoniam primum disputatio de iustitiae vi ac natura ad finem deducenda et consulendum erat partium ordini et placitorum perspicuitati. Ita non solum constat, Socratem praevidisse accuratius dicenda esse ista quae iam exponat, nec ab operis fine aliena existimasse, sed apparet etiam, haec quae nunc de Republica dicat cum iis quae antea dixerit arctissime cohaerere et in unum coniungenda esse, quippe quibus expleantur ea, quae antea non sufficienter explicata sint, nec versari alteram Reipublicae partem in iustitiae laude, alteram in civitate, sed utriusque partis finem esse Rempublicam unumque ita opus effici.

Quod si Platonis verba accuratius examinemus, hanc de philosophis disputationem magis etiam illa, quae in mulierum liberorumque communione versabatur, necessariam esse nec digressionis loco habendam patebit. Dicit enim *τοῦτο δὲ αὐτὸ ἐῤῥήθη μὲν καὶ τότε, ὅτι δεήσοι τι ἀεὶ ἐνεῖναι ἐν τῇ πόλει λόγον ἔχον τῆς πολιτείας τὸν αὐτὸν, ὅνπερ καὶ σὺ, ὁ νομοθέτης, ἔχων τοὺς νόμους ἐτίθεις. Ἐῤῥήθη γὰρ, ἔφη. Ἀλλ' οὐχ ἱκανῶς, εἶπον, ἐδηλώθη, φόβῳ ὧν ὑμεῖς ἀντιλαμβανόμενοι δεδηλώκατε μακρὰν καὶ χαλεπὴν αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν.* Quum

igitur plane omittere voluisse Socratem de mulierum liberorumque communione disputationem viderimus, eam sermonis partem multo facilius abesse posse patet, neque sive additam sive omissam mancam facere summae rei explicationem; aliter autem se res habet, cum ea sermonis parte, quae ne antea quidem omissa est, et accuratius explicanda fuisset, cf. p. 414, A. St., et ob eam solam causam negligentius tractata est, quod praeviderit Socrates, quod tamen ibi significatum non est, se si eam rem latius exposuisset, ad ea deductum iri, quae propter sermonis longitudinem et difficultatem explicare nollet. Palam est autem hoc fingere Socratem ut causam afferret satis speciosam et dialogi legibus consentaneam, cur haec nunc demum explicentur, nec illo loco diligentius explicata sint. Quod cur vere factum sit, etiamsi iam perspicuum fore putamus ex iis quae cum hoc loco tum antea diximus, tamen plane tum demum intelligetur, si demonstraverimus, cur de *idea boni* in hac Operis parte dicendum existimaverit philosophus. Dubitatum est etiam, num ea sermonis pars, qua philosophorum instituendi ratio late describitur ad Rempublicam pertineat an non. Si vero probatum est, priora omnia quae de philosophis disputata sunt ad Rempublicam referenda esse, haec eodem pertinere iam sponte sequitur. Sed demonstrari id etiam potest ex Platone ipso: Scribit enim: *ἐπεὶ καὶ τὸ λοιπὸν οὐ πάντως ῥᾷξον διελθεῖν.* Coniuncta igitur haec est sermonis pars cum praecedentibus ex iisque adeo sequitur. *Τὸ ποῖον; Τίνα τρόπον μεταχειριζομένη πόλις φιλοσοφίαν οὐ διολεῖται.* Sermo igitur est hoc loco de Republica, quae curet ne intereat philosophia. Profecto si haec non Reipublicae gratia explicarentur, quaesitum esset a Platone, quibus instituendi essent disciplinis, qui *philosophi* futuri sint. *τὰ γὰρ δὴ μεγάλα πάντα ἐπισφαλῆ, καὶ, τὸ λεγόμενον, τὰ καλὰ τῷ ὄντι χαλεπά. Ἀλλ' ὅμως, ἔφη, λαβέτω τέλος ἡ ἀπόδειξις τούτου φανεροῦ γενομένου.* Quae igitur iam dicentur ea faciunt ad consummandam disputationem *de magistratibus Reipublicae.* Nam paulo antea dixerat Socrates: *τοῦτο δὲ αὐτὸ ἐῤῥήθη μὲν καὶ τότε, ὅτι δεήσοι τι ἀεὶ ἐνεῖναι ἐν τῇ πόλει λόγον ἔχον τῆς πολιτείας τὸν αὐτὸν, ὅνπερ καὶ σὺ, ὁ νομοθέτης, ἔχων τοὺς νόμους*

ἐτίθεις. Ἐρρήθη γὰρ, ἔφη. Ἀλλ' οὐχ ἱκανῶς, εἶπον, ἐδηλώθη, φόβῳ ὧν ὑμεῖς ἀντιλαμβανόμενοι δεδηλώκατε μακρὰν καὶ χαλεπὴν αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν. Huius igitur sermonis consummationem iis inesse dicit quae sequuntur. Ἀλλ' ὅμως, ἔφη, λαβέτω τέλος ἡ ἀπόδειξις τούτου φανεροῦ γενομένου.

Flagitatum autem non erat a Socrate quinti libri initio ut explicaret, τίνα τρόπον μεταχειριζομένη πόλις φιλοσοφίαν οὐ διολεῖται, iique adeo quibuscum colloquitur nesciunt quid praeterea illustrandum sit, quaerentes τὸ ποίον ἔτι λοιπὸν εἴη διελθεῖν; Sponte igitur sua haec Socrates explicat, nec pro digressionibus habenda sunt, et in Republica versari sermonem patet. Tamen ipse, sibi constans, haec quoque cum iis quae quaesita erant necessario coniuncta esse simulat. Videntur igitur haec omnia tantum eam ob causam explicari, quoniam auditorum voluntati resistere non potuerit Socrates. Ita hanc quoque a proposito operis fine, disputatione de iustitia, aberantis, de magistratibusque dicentis, Socratis reprehendendi occasionem, de manibus tibi detorqueri vides. Imo universam operis constructionem tantum tanquam per transennam conspici sinens Plato, aliamque causam, veram per se ac propiorem etiam dicendorum praetendens, nam vere absolvitur ita quod docere voluerat, philosophis gubernacula reipublicae tradenda esse, efficit, ut quaecunque dicat, non extrinsecus adducta, sed ex re ipsa profecta esse videantur. Profecto autem nisi in perfecta republica versaretur omnis oratio, ac nisi hanc praecipuam Reipublicae partem, quae est de magistratibus absolvere vellet, Socrates eam rem non cum tanta cura explicaturus fuisset, sed satis habuisset breviter tantum eius rei summa capita recensere.

Quum deinde Socrates adolescentibus ac pueris iuvenilem disciplinam philosophiamque tradendam, corporum, quo tempore crescant et firmentur satis diligentem curam habendam, animi, qua aetate perfici incipiat, exercitationes augendas, cum vero robur corporis deficiat, nec aptum sit amplius ad civilia et militaria munia, tum nihil aliud agendum philosophiaeque omnem operam impendendam esse dixisset, tum Adimantus plerosque audientium magis adhuc repugnaturos esse monet, minime per-

suasos. Quod Socrates mirandum non esse fatetur: *οὐ γὰρ πώποτε εἶδον γενόμενον τὸ νῦν λεγόμενον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοιαῦτ' ἄττα ῥήματα ἐξεπίτηδες ἀλλήλοις ὡμοιωμένα, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ὥσπερ νῦν συμπεσόντα· ἄνδρα δὲ ἀρετῇ παρισωμένον καὶ ὡμοιωμένον μέχρι τοῦ δυνατοῦ τελέως ἔργῳ τε καὶ λόγῳ, δυναστεύοντα ἐν πόλει ἑτέρᾳ τοιαύτῃ, οὐ πώποτε ἑωράκασιν οὔτε ἕνα οὔτε πλείους. ἢ οἴει; Οὐδαμῶς γε. Οὐδέ γε αὖ λόγων, ὦ μακάριε, καλῶν τε καὶ ἐλευθέρων ἱκανῶς ἐπήκοοι γεγόνασιν, οἵων ζητεῖν μὲν τὸ ἀληθὲς ξυντεταμένως ἐκ παντὸς τρόπου τοῦ γνῶναι χάριν, τὰ δὲ κομψά τε καὶ ἐριστικὰ καὶ μηδαμόσε ἄλλοσε τείνοντα, ἢ πρὸς δόξαν καὶ ἔριν, καὶ ἐν δίκαις καὶ ἐν ἰδίαις συνουσίαις πόῤῥωθεν ἀσπαζομένων. Οὐδὲ τούτων, ἔφη. Τούτων τοι χάριν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ταῦτα προορώμενοι ἡμεῖς τότε καὶ δεδιότες ὅμως ἐλέγομεν, ὑπὸ τἀληθοῦς ἠναγκασμένοι, ὅτι οὔτε πόλις οὔτε πολιτεία οὐδέ γ' ἀνὴρ ὁμοίως μήποτε γένηται τέλεος, πρὶν ἂν τοῖς φιλοσόφοις τούτοις τοῖς ὀλίγοις καὶ οὐ πονηροῖς, ἀχρήστοις δὲ νῦν κεκλημένοις ἀνάγκη τις ἐκ τύχης παραβάλῃ, εἴτε βούλονται εἴτε μή, πόλεως ἐπιμεληθῆναι καὶ τῇ πόλει κατήκοοι γενέσθαι, ἢ τῶν νῦν ἐν δυναστείαις ἢ βασιλείαις ὄντων υἱέσιν ἢ αὐτοῖς ἔκ τινος θείας ἐπιπνοίας ἀληθινῆς φιλοσοφίας ἀληθινὸς ἔρως ἐμπέσῃ. τούτων δὲ πότερα γενέσθαι ἢ ἀμφότερα ὡς ἄρα ἔστιν ἀδύνατον, ἐγὼ μὲν οὐδένα φημὶ ἔχειν λόγον. οὕτω γὰρ ἂν ἡμεῖς δικαίως καταγελῴμεθα, ὡς ἄλλως εὐχαῖς ὅμοια λέγοντες. ἦ ῥυχ οὕτως; Οὕτως. Εἰ τοίνυν ἄκροις εἰς φιλοσοφίαν πόλεώς τις ἀνάγκη ἐπιμεληθῆναι ἢ γέγονεν ἐν τῷ ἀπείρῳ τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ, ἢ καὶ νῦν ἐστὶν ἔν τινι βαρβαρικῷ τόπῳ πόῤῥω που ἐκτὸς ὄντι τῆς ἡμετέρας ἐπόψεως, ἢ καὶ ἔπειτα γενήσεται, περὶ τούτου ἕτοιμοι τῷ λόγῳ διαμάχεσθαι, ὡς γέγονεν ἡ εἰρημένη πολιτεία καὶ ἔστι καὶ γενήσεταί γε, ὅταν αὕτη ἡ Μοῦσα πόλεως ἐγκρατὴς γένηται. οὐ γὰρ ἀδύνατος γενέσθαι, οὐδ' ἡμεῖς ἀδύνατα λέγομεν· χαλεπὰ δὲ καὶ παρ' ἡμῶν ὁμολογεῖται. Καὶ ἐμοί, ἔφη, οὕτω δοκεῖ.* p. 498. extr. St.

Quae sponte sua in unum concidunt, quaeque ideo non creduntur quia visa non sunt, si visa sint credi necesse est, ea fieri non posse putabimus? Quum vero ita pergat philosophus: Plerosque non audivisse sermones, quibus, adhibitis omnibus viribus, verum omni modo quaeratur; seque veritate coactos (agnosce philosophi de genere humani bene merendi studium) pronunciavisse, neque urbem, neque civitatem, neque virum perfectum proditurum prius, quam philosophi aut ipsi summum imperium teneant, aut iis qui civitatibus praesint verae philosophiae verus amor accidat, nec esse ullam rationem probabilem, cur horum alterum vel utrumque fieri non possit, tum enim se recte rideri, quoniam ita votis similia dixerint — possumusne dubitare, quin Plato vere fieri posse hanc civitatem demonstrare voluerit? Num igitur iustitiae illustrandae gratia, ad quam quaestionem nihil omnino intererat fierine posset nec ne, est descripta haec civitas, an sua gratia? Profecto indignum esset tanto philosopho eiusmodi doctrina, qua neque civitatem bonam et ne virum quidem bonum h. e. nec virtutem fieri posse affirmaret, et plane contraria iis quae secundo Politiae libro docere se velle Socrates promiserat, quum virtutem ab iis defendere vellet, quae virtutis amicis obiecerant Glauco et Adimantus. Nam ita inanes esse omnes hominum contentiones sequeretur. Quae si vera esse nemo concedet, sequitur Platonem docere voluisse fieri posse hanc civitatem, in qua philosophi gubernacula teneant, eiusque Reipublicae gratia de philosophis disputavisse, et, quod cum his coniunctum est, in Republica versari hunc sermonem. Ipse autem Plato ab ea cogitatione, ut haec non Reipublicae gratia disputentur, tantum abest, ut nulla omnino ratione niti affirmet, si quis fieri non posse dicat, ut aut philosophi imperium teneant, aut summi magistratus philosophi fiant. Potestne igitur fortius affirmari fieri posse haec omnia, nec virtutis illustrandae aut inveniendae gratia hanc disputationem institui? Imo si fieri haec non possint, se dignum esse profitetur qui derideatur, quippe qui votis similia dixerit. Non igitur votis similia haec esse vult philosophus, sed vera, nec omnem hunc sermonem risu dignum. Et profecto virtutis illustrandae gratia non tanto opus fuisset ser-

monum apparatu. Nec vero hanc de philosophis disputationem ipsorum philosophorum gratia instituisse putandus est, quum eos rempublicam regere debere dicat, s. velint s. nolint. Nam nolle eos multo magis credibile est, si quidem vere philosophi sint, eamque curam non sua, sed aliorum gratia suscipiant, ut dictum est lib. I. p. 347, C. St. ὅθεν κινδυνεύει τὸ ἑκόντα ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἰέναι ἀλλὰ μὴ ἀνάγκην περιμένειν αἰσχρὸν νενομίσθαι. τῆς δὲ ζημίας μεγίστη τὸ ὑπὸ πονηροτέρου ἄρχεσθαι, ἐὰν μὴ αὐτὸς ἐθέλῃ ἄρχειν· ἦν δεισαντές μοι φαίνονται ἄρχειν, ὅταν ἄρχωσιν, οἱ ἐπιεικεῖς. καὶ τότε ἔρχονται ἐπὶ τὸ ἄρχειν οὐχ ὡς ἐπ' ἀγαθόν τι ἰόντες οὐδ' ὡς ἐνπαθήσοντες ἐν αὐτῷ, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον καὶ οὐκ ἔχοντες ἑαυτῶν βελτίοσιν ἐπιτρέψαι οὐδὲ ὁμοίοις. ἐπεὶ κινδυνεύει πόλις ἀνδρῶν ἀγαθῶν εἰ γένοιτο, περιμάχητον ἂν εἶναι τὸ μὴ ἄρχειν ὥσπερ νυνὶ τὸ ἄρχειν, καὶ ἐνταῦθα ἂν καταφανὲς γενέσθαι, ὅτι τῷ ὄντι ἀληθινὸς ἄρχων οὐ πέφυκε τὸ αὑτῷ ξυμφέρον σκοπεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ, ὥςε πᾶς ἂν ὁ γιγνώσκων τὸ ὠφελεῖσθαι μᾶλλον ἕλοιτο ὑπ' ἄλκου, ἢ ἄλλον ὠφελῶν πράγματα ἔχειν. Nam eandem esse utriusque huius loci sententiam doceri potest eo, quod in utroque philosophi necessitate ad imperium Reipublicae suscipiendum coguntur. Et perspicitur ita quam falsi sint ii, qui hanc de civitate et philosophis disputationem iustitiae explicandae causa institui sumant. Nec contra ista nisuram esse multitudinem, si recte proponantur. Nam quod plerique inimici infestique sint philosophiae, eius rei causam inde repetendam esse, quod ii philosophorum loca muniaque obtineant, qui indigni sint tanto honore, λοιδορουμένους τε αὐτοῖς καὶ φιλαπεχθημόνως ἔχοντας καὶ ἀεὶ περὶ ἀνθρώπων τοὺς λόγους ποιουμένους, ἥκιστα φιλοσοφίᾳ πρέπον ποιοῦντας. Πολύ γ', ἔφη. Οὐδὲ γάρ που, ὦ Ἀδείμαντε, σχολὴ τῷ γε ὡς ἀληθῶς πρὸς τοῖς οὖσι τὴν διάνοιαν ἔχοντι κάτω βλέπειν εἰς ἀνθρώπων πραγματείας καὶ μαχόμενον αὐτοῖς φθόνου τε καὶ δυσμενείας ἐμπίπλασθαι, ἀλλ' εἰς τεταγμένα ἄττα καὶ κατὰ ταὐτὰ ἀεὶ ἔχοντα ὁρῶντας καὶ θεωμένους οὔτ' ἀδικοῦντα οὔτ' ἀδικούμενα ὑπ' ἀλλήλων, κόσμῳ δὲ πάντα καὶ κατὰ λόγον ἔχοντα, ταῦτα μιμεῖσθαί τε καὶ ὅτι μάλιστα ἀφομοιοῦσθαι. ἢ οἴει τινὰ μηχανὴν εἶναι, ὅτῳ τις ὁμιλεῖ ἀγάμενος, μὴ μιμεῖσθαι

ἐκεῖνο; Ἀδύνατον, ἔφη. Θείῳ δὴ καὶ κοσμίῳ ὅ γε φιλόσοφος ὁμιλῶν κόσμιός τε καὶ θεῖος εἰς τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ γίγνεται· διαβολὴ δ' ἐν πᾶσι πολλή. Παντάπασι μὲν οὖν. Ἂν οὖν τις, εἶπον, αὐτῷ ἀνάγκη γένηται ἃ ἐκεῖ ὁρᾷ, μελετῆσαι εἰς ἀνθρώπων ἤθη καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ τιθέναι καὶ μὴ μόνον ἑαυτὸν πλάττειν, ἆρα κακὸν δημιουργὸν αὐτὸν οἴει γενήσεσθαι σωφροσύνης τε καὶ δικαιοσύνης καὶ ξυμπάσης τῆς δημοτικῆς ἀρετῆς; Ἥκιστά γε, ἦ δ' ὅς. Ἀλλ' ἐὰν δὴ αἴσθωνται οἱ πολλοί, ὅτι ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ λέγομεν, χαλεπανοῦσι δὴ τοῖς φιλοσόφοις καὶ ἀπιστήσουσιν ἡμῖν λέγουσιν, ὡς οὐκ ἄν ποτε ἄλλως εὐδαιμονήσειε πόλις, εἰ μὴ αὐτὴν διαγράψειαν οἱ τῷ θείῳ παραδείγματι χρώμενοι ζωγράφοι; Οὐ χαλεπανοῦσιν, ἦ δ' ὅς, ἐάνπερ αἴσθωνται. Cf. p. 500, B. Haec igitur est vera causa propter quam de philosophis dicere coepit, adesse enim philosophos debere putat, qui cogantur ad veram rerum h. e. idearum naturam fingere civitatem, eamque ad temperantiae, iustitiae reliquarumque virtutum civicarum vim et naturam componere et ordinare. Ita Plato ipse vera esse testatur, quae nos iam saepius monuimus, iustitiam reliquasque virtutes ideo explicari, ut in his omnis civitas rite exstruatur; eandemque hanc causam esse, cur de philosophis et ideis disserat. Ad harum enim similitudinem componi vult civitatem a philosophis, qui et primum eam ordinent et deinceps regant. Mihi sane haec legenti mirum accidere solet, oriri potuisse aliquam dubitationem de eo, quem in finem haec de philosophis disputatio instituatur, quum eandem semper et in hoc opere, et in Timaeo cum summa asseveratione sententiam repetat auctor, ideo reipublicae gubernacula et descriptionem tradenda esse philosophis, quod in ea re civitatis felicitas et bona omnia nitantur, *οὐκ ἄν ποτε ἄλλως εὐδαιμονήσειε πόλις, εἰ μὴ αὐτὴν διαγράψειαν οἱ τῷ θείῳ παραδείγματι χρώμενοι ζωγράφοι.* Quod cum iustitiae quaestione et Reipublicae fine multo secus habet. Diversa enim de his in hoc opere et in Timaeo traduntur secumque pugnantia. Sed cogitentur etiam haec: fieri quidem posse, ut de universo operis fine aliquamdiu et quadamtenus falsa tradat auctor,

si eam rem utilem esse putet, maioremque inde operi ipsi perfectionem conciliari statuat, si autem eiusmodi simulatio — quod accipere coguntur interpretes — per omnes operis partes aequaliter continuetur et ne explicetur quidem aut solvatur, tum summam rerum omnium perturbationem oriri necesse est, nec fieri potest, ut quis recte dispiciat, quid vere quaeratur, aut quo sint ordine dialogi partes dispositae. Quod si igitur quis nos ita impugnare velit, ut dicat, nos dissentire ab ipso Platone toties repetenti iustitiam esse quod quaerat, eodem nos telo adversus hunc ipsum utemur, eum ipsum a Platone dissentire docentes, qui toties repetat, se eam ob causam hanc de philosophis et ideis disputationem instituisse, quod in ea re civitatis salutem positam esse persuasum habeat, et ea quidem asseveratione, qua nusquam utitur, quum dicit se iustitiam quaerere velle, quam eius simulationem saepe falsam deprehendimus. Haec vero quae de philosophis asseverat, verissima ubique deprehendentur. Id igitur secundum hanc quidem argumentationem concedere cogentur adversarii, ipsorum sententiam non magis veram esse quam nostram, quum eadem adversus ipsos dici possint, quae nostrae sententiae, etiamsi falsa omnino, praecipue opponant. Sed pergamus: *ἀλλὰ δὴ τίνα λέγεις τρόπον τῆς διαγραφῆς; Λαβόντες, ἦν δ' ἐγὼ, ὥσπερ πίνακα πόλιν τε καὶ ἤθη ἀνθρώπων πρῶτον μὲν καθαρὰν ποιήσειαν ἄν, ὃ οὐ πάνυ ῥᾴδιον· ἀλλ' οὖν οἶσθ', ὅτι τούτῳ ἂν εὐθὺς τῶν ἄλλων διενεγκεῖν, τῷ μήτε ἰδιώτου μήτε πόλεως ἐθελῆσαι ἂν ἅψασθαι μηδὲ γράφειν νόμους, πρὶν ἢ παραλαβεῖν καθαρὰν ἢ αὐτοὶ ποιῆσαι. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη.* Cf. p. 501, A. Eandem rationem in condenda hac perfecta civitate Socratem secutum videmus. Cf. lib. III. p. 399. extr. St. Hoc autem loco subit quaerere, num haec de Republica disputatio tantum iustitiae illustrandae causa instituta videri possit, aut num verosimile sit, Platonem Rempublicam sua quidem causa describere voluisse, quum tamen sibi persuasum haberet fieri eam non posse, eum tantum in finem ut perfectionis exemplar proponeret, in qua omnia tam prudenter instituuntur, ut philosophum et sanae politices et historiae egregie memorem fuisse quivis sponte concedat? Nam quemadmodum Moyses, in multo alia causa,

senes Judaeos, quorum mores et vivendi rationem corrigi non posse putaret, in terram sacram ducere nollet, ne iam a principio irrita fierent, quae in animo haberet, ita hoc loco Plato, non prius vult philosophos describere civitatem, quam pura a vitiis omnia aut sint aut facta sint, aliter enim puram descriptionem bonamque esse non posse. Pergamus: *Οὐκοῦν μετὰ ταῦτα οἴει ὑπογράψασθαι ἂν τὸ σχῆμα τῆς πολιτείας; Τί μήν; Ἔπειτα, οἶμαι, ἀπεργαζόμενοι πυκνὰ ἂν ἑκατέρωσε ἀποβλέποιεν, πρός τε τὸ φύσει δίκαιον καὶ καλὸν καὶ σῶφρον καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα καὶ πρὸς ἐκεῖνο αὖ, ὃ ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐμποιοῖεν, ξυμμιγνύντες τε καὶ κεραννύντες ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων τὸ ἀνδρεικελον, ἀπ' ἐκείνου τεκμαιρόμενοι, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐκάλεσεν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐγγιγνόμενον θεοειδές τε καὶ θεοείκελον. Ὀρθῶς, ἔφη. Καὶ τὸ μὲν ἂν, οἶμαι, ἐξαλείφοιεν, τὸ δὲ πάλιν ἐγγράφοιεν, ἕως ὅτι μάλιστα ἀνθρώπεια ἤθη εἰς ὅσον ἐνδέχεται θεοφιλῆ ποιήσειαν. Καλλίστη γοῦν ἂν, ἔφη, ἡ γραφὴ γένοιτο.* Cf. lib. VI. p. 501. ed. Steph. Haec est igitur causa cur iustitiam et reliquas virtutes in hac perfecta civitate quaerendas putaret philosophus. Voluit hanc civitatem ad illarum virtutum normam componere et dirigere. Habes igitur sermonis instituti rationem explicatam. Ipsa autem Reipublicae ad ideas conformatio ita facta est, ut Platonem non somniantium vota pronunciasse, sed omnia ad rerum veritatem et ea quae fieri possint accommodasse dicendus sit. Nam non solum ideas contueri vult philosophos, sed *πρὸς ἐκεῖνο αὖ, ὃ ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐμποιοῖεν*, nec daemonas aut deos fingit et format, sed homines, *ξυμμιγνύντες τε καὶ κεραννύντες ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων τὸ ἀνδρεικελον*, quid illud sit ex eo procul dubio coniecturam facientes, quod Homerus nominaverit *τὸ θεοείκελον*. Nec vero ea vult quae fieri non possint, sed addit: *ἕως ὅτι μάλιστα τὰ ἀνθρώπεια ἤθη εἰς ὅσον ἐνδέχεται θεοφιλῆ ποιήσειαν*. Nec aliam causam fuisse putes cur tres civium ordines, non unum philosophorum, in hac civitate esse vellet. Quae quum dixisset *Ἆρ' οὖν*, inquit, *πείθομέν πη ἐκείνους, οὓς διατεταμένους ἐφ' ἡμᾶς ἔφησθα ἰέναι, ὡς τοιοῦτός ἐστι πολιτειῶν ζωγράφος ὃν*

τότ' ἐπῃνοῦμεν πρὸς αὐτοὺς, δι' ὃν ἐκεῖνοι ἐχαλέπαινον, ὅτι τὰς πόλεις αὐτῷ παρεδίδομεν, καί τι μᾶλλον αὐτὸ νῦν ἀκούοντες πραΰνονται; Καὶ πολύ γε, ἦ δ' ὅς, εἰ σωφρονοῦσι. Expositis deinde rationibus cur id ita videatur, tandem Ἔτι οὖν ἀγριανοῦσι, inquit, λεγόντων ἡμῶν, ὅτι πρὶν ἂν πόλεως τὸ φιλόσοφον γένος ἐγκρατὲς γένηται, οὔτε πόλει οὔτε πολίταις κακῶν παῦλα ἔσται, οὐδὲ ἡ πολιτεία, ἣν μυθολογοῦμεν λόγῳ, ἔργῳ τέλος λήψεται; Ἴσως, ἔφη, ἧττον. Βούλει οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, μὴ ἧττον φῶμεν αὐτοὺς, ἀλλὰ παντάπασι πράους γεγονέναι καὶ πεπεῖσθαι, ἵνα εἰ μή τι ἄλλο, αἰσχυνθέντες ὁμολογήσωσι; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Cf. p. 501, E. Quis qui haec attente legerit, non plenissimam inesse iis responsionem ad ea videat, quae Thrasymachus primo libro posuerat, magistratus sua tantum commoda curare, non subditorum, idque esse iustum, quae sententia civitatum malarum et tyrannidum fons et origo est? Cum vero ipsae illae civitates miseriarum plenae sint, quid potest cogitari divinius, quam quod huic tam miserae humani generis conditioni ex adverso posuit Plato perfectam hanc civitatem, ad iustitiam vere compositam, in qua per magistratus philosophos, qui illis tyrannis ex adverso collocati non suis commodis consulunt, sed subditorum solummodo saluti prospiciunt, humano generi malorum finis paratur. Quae si vere disputata sunt, et vix puto quemquam iis contraria affirmaturum, nonne vides qui sit huius dialogi finis, quae ratio eorum quae de iustitia disputantur? Explicatur quid sit vere iustitia et docetur perfectam civitatem in ea niti. Inesse autem in his responsionem ad ea, quae primo libro Thrasymachus de iustitiae natura ita disputaverat, ut iustum esse diceret quod civitatum magistratus et principes vellent, inde etiam colligi putamus, quod et hoc loco, et nonnullis aliis qui praecesserunt, Thrasymachum significavit, veluti p. 473, E. 498, C. 501. extr. St. Hos igitur huic sermoni adversarios ita plane describens, quemadmodum primo libro Thrasymachi indolem nobis delineaverat, eosque pudore saltem permotos confessuros esse dicens, quo eodem modo Thrasymachus primo libro convictus est, nobis indicare velle Plato videtur, cohaerere hanc disputationem cum iis, quae libro primo a Thrasymacho disputata sint. Ceterum cf. de Thrasymacho lib. I. p. 338, A. St.

p. 350. med. St. De sententia vero eius quam de iustitiae vi et natura pronunciaverat adeas p. 338, extr. St. Ita apparet, quam arcte ea quae primo libro continentur cum his connexa sint, in quibus iam disputatio nostra versatur, et quantopere iam illa de iustitiae vi ac natura quaestio cum quaestionibus politicis cohaereat, nec sine causa nos statuisse, iam ea quae primo libro de iustitia disputata sint civitatis non solum ratione habita, sed civitatis etiam gratia disputata esse. Quod ita esse non negabit qui dispexerit nexum qui inter hunc locum, quo philosophos summos reipublicae magistratus esse debere docetur, illumque intercedit, quo Thrasymachus iustum esse, quod omnium civitatum et tyrannidis etiam principes velint et iubeant, demonstrare conatur. Similem partium Operis convenientiam, quod modo significavimus, in iis quae p. 501, A. leguntur animadvertere licet. Nam quod ibi philosophis civitatem condentibus commendat Socrates, id ipse antea effecerat. Cf. lib. II. p. 372, C. sqq. III. p. 399, E. Ita intelligitur iam inde ab initio nihil aliud egisse Socratem, quam ut civitatem perfectam describeret.

Tenendum vero praeterea, quod etiam hoc loco fieri posse hanc civitatem Plato affirmet. Nam quid aliud sibi volunt verba: *οὐδὲ ἡ πολιτεία, ἣν μυθολογοῦμεν λόγῳ, ἔργῳ τέλος λήψεται; Οὗτοι μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, τοῦτο πεπεισμένοι ἔστων· τοῦδε δὲ πέρι τίς ἀμφισβητήσει, ὡς οὐκ ἂν τύχοιεν γενόμενοι βασιλέων ἔκγονοι ἢ δυναστῶν τὰς φύσεις φιλόσοφοι; Οὐδ' ἂν εἷς, ἔφη. Τοιούτους δὲ γενομένους ὡς πολλὴ ἀνάγκη διαφθαρῆναι, ἔχει τις λέγειν; ὡς μὲν γὰρ χαλεπὸν σωθῆναι, καὶ ἡμεῖς ξυγχωροῦμεν· ὡς δὲ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῶν πάντων οὐδέποτ' οὐδ' ἂν εἷς σωθείη, ἔσθ' ὅστις ἀμφισβητήσει; Καὶ πῶς; Ἀλλὰ μὴν, ἦν δ' ἐγὼ, εἷς ἱκανὸς γενόμενος, πόλιν ἔχων πειθομένην, παντ' ἐπιτελέσαι τὰ νῦν ἀπιστούμενα. Ἱκανὸς γὰρ, ἔφη. Ἄρχοντος γάρ που, ἦν δ' ἐγὼ, τιθέντος τοὺς νόμους καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, ἃ διεληλύθαμεν, οὐ δή που ἀδύνατον ἐθέλειν ποιεῖν τοὺς πολίτας. Οὐδ' ὁπωστιοῦν. Ἀλλὰ δὴ ἅπερ ἡμῖν δοκεῖ, δόξαι καὶ ἄλλοις θαυμαστόν τι καὶ ἀδύνατον; Οὐκ οἶμαι ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. Καὶ μὴν ὅτι*

γε βέλτιστα, εἴπερ δυνατὰ, ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς ἐγῷμαι, διήλθομεν. Ἱκανῶς γάρ. Νῦν δὴ, ὡς ἔοικε, ξυμβαίνει ἡμῖν περὶ τῆς νομοθεσίας ἄριστα μὲν εἶναι ἃ λέγομεν, εἰ γένοιτο, χαλεπὰ δὲ γενέσθαι, οὐ μέντοι ἀδύνατά γε. Ξυμβαίνει γὰρ, ἔφη. Cf. p. 502. in. St. Haec quidem omnia resecanda forent si in quaerenda iustitia eiusque natura et praemiis dialogus versaretur, et si iustitiae solum explicandae causa Respublica describeretur. Nam quid tum attinebat docere, fieri ea posse, et quo modo fieri possint ostendere? Non aliud tamen spectavit Plato, quum doceret fieri posse, ut aliquando unus e regum filiis philosophus fiat, nec mirum fore, si subditi voluntati eius pareant, leges ferenti eas quas antea descripserit. Et ne opus quidem erat haec docere, si praestantissimam civitatem, quae tamen cogitari solummodo non fieri posset, describere voluisset. Rem ita esse ipse Plato re factoque, itinere ad Dionysium Siciliae tyrannum reipublicae instituendae causa suscepto, comprobavit. Vide nobiscum in his consentientem C. Fr. Hermannum in Historia philosophiae Platonicae p. 66. sqq. C.. etiam legg. lib. IV. p. 709. extr. St.

SECTIO IV.

Istam quaestionem p. 502, C. St. excipit alia: Οὐκοῦν ἐπειδὴ τοῦτο μόγις τέλος ἔσχε, τὰ ἐπίλοιπα δὴ μετὰ τοῦτο λεκτέον, τίνα τρόπον ἡμῖν καὶ ἐκ τίνων μαθημάτων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων οἱ σωτῆρες ἐνέσονται τῆς πολιτείας, καὶ κατὰ ποίας ἡλικίας ἕκαστοι ἑκάστων ἁπτόμενοι; Λεκτέον μέντοι, ἔφη. Οὐδὲν, ἦν δ' ἐγὼ, τὸ σοφόν μοι ἐγένετο τὴν τε τῶν γυναικῶν τῆς κτήσεως δυσχέρειαν ἐν τῷ πρόσθεν παραλιπόντι καὶ παιδογονίαν καὶ τὴν τῶν ἀρχόντων κατάστασιν, εἰδότι, ὡς ἐπίφθονός τε καὶ χαλεπὴ γίγνεσθαι ἡ παντελῶς ἀληθής· νῦν γὰρ οὐδὲν ἧττον ἦλθε τὸ δεῖν αὐτὰ διελθεῖν. Καὶ τὰ μὲν δὴ τῶν γυναικῶν τε καὶ παίδων πεπέρανται, τὸ δὲ τῶν ἀρχόντων ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς μετελθεῖν δεῖ. Quae adhuc dicta sunt de magistratibus sequi videntur ex praecedentibus et tanquam integra eorum pars esse. Eodem modo se res habet cum sequentibus,

quod probant verba: *τὰ ἐπίλοιπα δὴ μετὰ τοῦτο λεκτέον*. Idem colligitur ex eo quod praevidisse se significat etiam de his rebus licendum fore, quas omiserit, quod earum explicatio difficilis et invidiosa fore videretur. Quare cum vellet speciem excitare a se flagitatum esse ut etiam de hac re diceret, ut sine culpa eam quoque pertexere posset, una cum mulierum communione et liberorum procreatione, quos sermones subterfugere velle videbatur, commemorat quaestionem de magistratibus, quasi haec quoque res ad eas pertineret, quas explicare noluerit. Quod tamen secus est. Nam nec flagitatum fuisse quinti libri initio docuimus ut de hac etiam re diceret, nec priores libri quidquam continent, ex quo colligi possit Socratem hunc de magistratibus sermonem fugisse. Dixit enim tertio libro de magistratibus, et sufficere videbantur illo loco dicta, praesertim si in quaerenda iustitia, non in Republica, versaretur dialogus. Callide autem his quae iam dicturus est praelusit iis quae p. 497, C. leguntur: *τοῦτο δὲ αὐτὸ ἐῤῥήθη μὲν καὶ τότε, ὅτι δεήσοι τι ἀεὶ ἐνεῖναι ἐν τῇ πόλει λόγον ἔχον τῆς πολιτείας τὸν αὐτόν, ὅνπερ καὶ σὺ, ὁ νομοθέτης, ἔχων τοὺς νόμους ἐτίθεις. Ἐῤῥήθη γὰρ, ἔφη. Ἀλλ' οὐχ ἱκανῶς, εἶπον, ἐδηλώθη, φόβῳ ὧν ὑμεῖς ἀντιλαμβανόμενοι δεδηλώκατε μακρὰν καὶ χαλεπὴν αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν, κ. τ. ἑ.* Quis autem Socratem vere per calliditatem fugisse putabit hos sermones, *οὐδὲν τὸ σοφόν μοι ἐγένετο*? — Quis non videt declinare potuisse Socratem hunc sermonem, si a proposito operis fine alienus esset? Quis sibi persuadebit Socratem gravissimam sermonis partem, silentio voluisse tramittere? Nam qui nunc sequitur sermo, is pertinet ad summos reipublicae magistratus; ascenditur ad id reipublicae principium, unde ipsa iustitia, quae est fundamentum optimae reipublicae, derivatur.

Omnis vero disputationis ordo a quinto libro huc usque deductus ita habet: Ii quibuscum colloquebatur Socrates primum postulaverant ut de mulierum liberorumque communione diceret. Quae ubi satis exposuit, necessitatem sibi imponi patitur ut de eo, utrum haec utilia sint et fieri possint, disserat. Iam plane satisfactum erat etiam huic desiderio audientium, *tamen nunc novum sermonem ingreditur, explicaturus, quibus disciplinis*

ac studiis, quibus etiam aetatibus erudiendi sint οἱ σωτῆρες τῆς πολιτείας, hos quoque sermones, ut nivium moles de montibus praecipitantes maiores semper moles secum trahunt, cum iis quae ab ipso postulata erant, et quae evitare voluerit cohaerere monens, eam ob causam, ut etiam in his, quae aperte reipublicae causa dicta sunt, ac ne postulata quidem erant, digressionibus uti videretur; qua re fiebat, ut tamen de iustitia praecipue sermo esse videretur. Nec vero agi hoc loco de viro iusto, *sed de summis perfectae civitatis magistratibus*, num quis dubitare poterit, qui ista legerit: τίνα τρόπον οἱ σωτῆρες ἐνέσονται τῆς πολιτείας, et Οὐδὲν τὸ σοφόν μοι ἐγένετο τὴν τῶν ἀρχόντων κατάστασιν παραλιπόντι, et τὸ δὲ τῶν ἀρχόντων ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς μετελθεῖν δεῖ. Incipere igitur hoc loco videmus novam de civitate disputationem quae Reipublicae pars est multo maxima et gravissima, quum in magistratibus situm esse videamus, ut haec respublica fiat. Cf. p. 501. E. ed. St. Iidem etiam in culpa sunt, si perfecta haec civitas declinet et intereat. Cf. lib. VIII. p. 546, D. Quid igitur mirum, si in hac civitatis parte longe gravissima et maxima multus est Plato? Nonne hic locus in omnium eorum libris qui de republica scripserunt praecipuus est? Et haec quidem dicta sunto eum in finem, ut hunc locum, de philosophis magistratibus, cum nostra de operis fine sententia bene conciliari intelligatur. Num quid igitur dubium esse potest, quin hoc omne opus civitatem spectet? Cur tamen, si res ita habet, quae de magistratibus dicenda fuerunt, tertio libro non plene explicata sunt? Cur, si hoc loco hanc de magistratibus quaestionem tractare vellet, in eadem priore loco etiamsi obiter versatus est? Factum id propterea esse scito, quod diversas dialogi partes turbari nollet, nec gravissimas quaestiones de iustitia et idea boni miscere. Plane tamen omitti non potuit haec de magistratibus quaestio priore loco, quoniam absque ea descriptio civitatis, quam condere se velle Socrates dixerat, perfici non potuit; nec iustitia in civitate inveniri; nam ita singulae partes civitatis, partibus animi, quae iustitia ut sit efficiunt, non responsurae fuissent. Sed de his iam antea diximus et plura serius dicemus.

Dein Socrates ea repetit quae tertio libro in eligendis magistratibus observanda esse monuerat. Cf. lib. III, p. 414, A. Tum *τοιαῦτ' ἄττα*, inquit, *ἦν τὰ λεγόμενα παρεξιόντος καὶ παρακαλυπτομένου τοῦ λόγου, πεφοβημένου κινεῖν τὸ νῦν παρόν. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις· μέμνημαι γάρ. Ὄκνος γὰρ, ἔφην, ὦ φίλε, ἐγὼ, εἰπεῖν τὰ νῦν ἀποτετολμημένα· νῦν δὲ τοῦτο μὲν τετολμήσθω εἰπεῖν, ὅτι τοὺς ἀκριβεστάτους φύλακας φιλοσόφους δεῖ καθιστάναι. Εἰρήσθω γάρ, ἔφη.* Cf. p. 503, A. Declinans quodammodo ab iis quae antea dixerat, causam cur antea hunc de magistratibus locum non accuratius explicaverit, affert. Nam quum antea hanc de magistratibus quaestionem simul cum quaestione de mulierum liberorumque communione iniectam esse simulasset, eaque ipsa re effecisset, ut haec sine reprehensione explicare posse viderentur, iam non amplius utitur ea excusatione, sed probabilem tantum rationem affert, cur hunc locum, iam antea explicari coeptum, non deduxerit ad finem. Veram tamen non afferri huius omissionis causam iam antea significavimus. Et profecto Socrates non is erat, qui sermonem aliquem propter difficultatem disputationis vitaret. Facile igitur quivis et simulari ista, et cur simulentur intelliget. Illo enim loco iustitiae et in civitate et in singulis hominibus indagatio non amplius differri posse videbatur. Verum igitur est quod hoc loco dicit Plato, omissam esse hanc quaestionem priore loco, nec sufficienter explicatam, id tamen ipsum probat, cohaerere hunc de philosophis magistratibus locum cum quaestionibus politicis. Ceterum timoris istius, quo se impeditum esse Socrates tradit, quo minus accuratius explicaret hunc locum de magistratibus, in libro tertio nullum vestigium apparet. Eos paucos futuros esse deinceps monet, quoniam haud saepe ingenii, animi corporisque facultates, quae philosophi naturae partes sint, simul in uno deprehendantur. Examinandos vero esse non solum iis laboribus, timoribus, voluptatibus, quae antea dictae sint, sed exercendos etiam esse plurimis disciplinis, ut appareat, num maximas etiam disciplinas ferre valeant.

Interrogatus deinde quas vocet summas disciplinas *Μνημονεύεις μέν που*, inquit, *ὅτι τριττὰ εἴδη ψυχῆς διαστησάμενοι ξυνεβιβάζομεν δικαιοσύνης τε πέρι καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας*

καὶ σοφίας, ὃ ἕκαστον εἴη. Μὴ γὰρ μνημονεύων, ἔφη, τὰ λοιπὰ ἂν εἶην δίκαιος μὴ ἀκούειν. Ἢ καὶ τὸ προῤῥηθὲν αὐτῶν; Τὸ ποῖον δή; Ἐλέγομέν που, ὅτι ὡς μὲν δυνατὸν ἦν κάλλιστα αὐτὰ κατιδεῖν, ἄλλη μακροτέρα εἴη περίοδος, ἣν περιελθόντι καταφανῆ γίγνοιτο, τῶν μέντοι ἔμπροσθεν προειρημένων ἑπομένας ἀποδείξεις οἷόν τ' εἴη προσάψαι. Καὶ ὑμεῖς ἐξαρκεῖν ἔφατε, καὶ οὕτω δὴ ἐῤῥήθη τὰ τότε τῆς μὲν ἀκριβείας, ὡς ἐμοὶ ἐφαίνετο, ἐλλιπῆ, εἰ δὲ ὑμῖν ἀρεσκόντως, ὑμεῖς ἂν τοῦτο εἴποιτε. Ἀλλ' ἔμοιγε, ἔφη, μετρίως· ἐφαίνετο μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις. Ἀλλ', ὦ φίλε, ἦν δ' ἐγὼ, μέτρον τῶν τοιούτων ἀπολεῖπον καὶ ὁτιοῦν τοῦ ὄντος οὐ πάνυ μετρίως γίγνεται· ἀτελὲς γὰρ οὐδὲν οὐδενὸς μέτρον. δοκεῖ δ' ἐνίοτέ τισιν ἱκανῶς ἤδη ἔχειν καὶ οὐδὲν δεῖν περαιτέρω ζητεῖν. Καὶ μάλ', ἔφη, συχνοὶ πάσχουσιν αὐτὸ διὰ ῥᾳθυμίαν. Τούτου δέ γε, ἦν δ' ἐγὼ, τοῦ παθήματος ἥκιστα προσδεῖ φύλακι πόλεως τε καὶ νόμων. Εἰκὸς, ἦ δ' ὅς. Τὴν μακροτέραν τοίνυν, ὦ ἑταῖρε, ἔφην, περιιτέον τῷ τοιούτῳ, καὶ οὐχ ἧττον μανθάνοντι πονητέον, ἢ γυμναζομένῳ· ἢ ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, τοῦ μεγίστου τε καὶ μάλιστα προσήκοντος μαθήματος ἐπὶ τέλος οὔποτε ἥξει. Οὐ γὰρ ταῦτα, ἔφη, μέγιστα, ἀλλ' ἔτι τι μεῖζον δικαιοσύνης τε καὶ ὧν διήλθομεν; Καὶ μεῖζον, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ αὐτῶν τούτων οὐχ ὑπογραφὴν δεῖ ὥσπερ νῦν θεάσασθαι, ἀλλὰ τὴν τελεωτάτην ἀπεργασίαν μὴ παριέναι. ἢ οὐ γελοῖον ἐπὶ μὲν ἄλλοις σμικροῦ ἀξίοις πᾶν ποιεῖν συντεινομένους, ὅπως ὅτι ἀκριβέστατα καὶ καθαρώτατα ἕξει, τῶν δὲ μεγίστων μὴ μεγίστας ἀξιοῦν εἶναι καὶ τὰς ἀκριβείας; Καὶ μάλα, ἔφη, ἄξιον τὸ διανόημα*). ὃ μέντοι μέγιστον μάθημα καὶ περὶ ὅ τι αὐτὸ λέγεις, οἴει τιν' ἄν σε, ἔφη, ἀφεῖναι μὴ ἐρωτήσαντα, τί ἐστιν; Οὐ πάνυ, ἦν δ' ἐγὼ· ἀλλὰ καὶ σὺ ἐρώτα. Πάντως αὐτὸ οὐκ ὀλιγάκις ἀκήκοας, νῦν δὲ ἢ οὐκ ἐννοεῖς ἢ αὖ διανοῇ ἐμοὶ πράγματα παρέχειν ἀντιλαμβανόμενος.

---

*) Quis igitur putabit in quaerenda iustitia huius dialogi finem versari, cuius in magno hoc opere non τελεωτάτη ἀπεργασία, sed ὑπογραφὴ tantummodo, primis lineis facta descriptio, contineatur? Cf. supra p. 500. E. et 501. A. diversam vocc. διαγράφειν et ὑπογράφειν significationem et quae Stallbaum. ad hunc locum adnotavit.

οἶμαι δὲ τοῦτο μᾶλλον, ἐπεὶ ὅτι γε ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα μέγιστον μάθημα πολλάκις ἀκήκοας, ᾗ δίκαια καὶ τἆλλα προσχρησάμενα χρήσιμα καὶ ὠφέλιμα γίγνεται. Καὶ νῦν σχεδὸν οἶσθ', ὅτι μέλλω τοῦτο λέγειν, καὶ πρὸς τοῦτῳ, ὅτι αὐτὴν οὐχ ἱκανῶς ἴσμεν· εἰ δὲ μὴ ἴσμεν, ἄνευ δὲ ταύτης εἰ ὅτι μάλιστα τἆλλα ἐπισταίμεθα, οἶσθ', ὅτι οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος, ὥσπερ οὐδ' εἰ κεκτήμεθά τι ἄνευ τοῦ ἀγαθοῦ. ἢ οἴει τι πλέον εἶναι πᾶσαν κτῆσιν ἐκτῆσθαι, μὴ μέντοι ἀγαθήν; ἢ πάντα τἆλλα φρονεῖν ἄνευ τοῦ ἀγαθοῦ, καλὸν δὲ καὶ ἀγαθὸν μηδὲν φρονεῖν; Μὰ Δί οὐκ ἔγωγε, ἔφη. p. 504. Steph. Primum docet hic locus iustitiam non in civitate, sed in animis singulorum vere quaesitam esse. Cur enim Platonem tacere putemus iustitiam reliquasque virtutes in civitate quaesitas esse, in animo vero quaesitas esse commemorare? *Μνημονεύεις μέν που, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι τριττὰ εἴδη ψυχῆς διαστησάμενοι ξυνεβιβάζομεν δικαιοσύνης τε πέρι καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας καὶ σοφίας, ὃ ἕκαστον εἴη.* Deinde patet ex eo, id quod iam probavimus, operis huius finem in quaerenda iustitia positum esse non posse. Tum enim iustitiae non *ὑπογραφὴ* solummodo instituenda, sed plenissima eius perfectio suscipienda fuit, praesertim quum ii quibuscum colloquebatur Socrates ab eo postulavissent, ut nihil intentatum relinqueret, quod ad finem ipsos perducere posset, et ipse propterea tantos apparatus fecisset. Cf. secundum librum. Nunc vero fatetur Plato hanc quaestionem ad finem perductam non esse — *καὶ οὕτω δὴ ἐῤῥήθη τὰ τότε τῆς μὲν ἀκριβείας ἐλλιπῆ κ. τ. ἑ.* Cf. etiam lib. IV. p. 435. D. Cum vero dicit: *Ἐλέγομέν που, ὅτι ὡς μὲν δυνατὸν ἦν κάλλιστα αὐτὰ κατιδεῖν, ἄλλη μακροτέρα εἴη περίοδος, ἣν περιελθόντι καταφανῆ γίγνοιτο*, tum demum perfectam fore harum virtutum doctrinam monet, si earum nexus internus cum idea boni recte cognitus sit. Id enim perspicitur ex his: *ἐπεὶ ὅτι γε ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα μέγιστον μάθημα, πολλάκις ἀκήκοας*, (haec est igitur longior via) *ᾗ δίκαια καὶ τἆλλα προσχρησάμενα χρήσιμα καὶ ὠφέλιμα γίγνεται.* Iam ex his sequitur, quod tamen mox magis etiam apparebit, non iustitiam, sed ideam boni, qua demum ipsa iusta utilia fiant, esse summum huius perfectae civitatis principium, ita tamen, ut iustitia, e qua totum opus quasi na-

scitur, non plane loco moveatur, sed tantum collustretur idea boni. Nam ut sermo a iustitia oritur, ita, finita disputatione de idea boni, ad idem principium redire sermonem videbimus. Easdem vero etiam hoc loco artes deprehendimus, quibus saepius Socrates eo consilio usus est, ut dicere posset de rebus a fine operis, quem videri volebat, alienis, et ut his etiam verosimilius fieret, se coactum tantummodo de mulierum, virorum liberorumque communione ac de magistratibus disseruisse. Nam hanc rem certe, de qua nunc accuratius dicere nolle videtur, *ὃ μέντοι μέγιστον μάθημα καὶ περὶ ὅ τι αὐτὸ λέγεις, οἴει τιν' ἄν σε, ἔφη, ἀφεῖναι μὴ ἐρωτήσαντα, τί ἐστιν; Οὐ πάνυ, ἦν δ' ἐγώ· ἄλλα καὶ σὺ ἐρώτα. Πάντως αὐτὸ οὐκ ὀλιγάκις ἀκήκοας, νῦν δὲ ἢ οὐκ ἐννοεῖς ἢ αὖ διανοῇ ἐμοὶ πράγματα παρέχειν ἀντιλαμβανόμενος. οἶμαι δὲ τοῦτο μᾶλλον κ. τ. ἑ.*, Socratem ipsum quantum satis esset explicare voluisse, sequitur ex iis quae antea legimus p. 497, D. *ἐπεὶ καὶ τὸ λοιπὸν οὐ πάντως ῥᾷστον διελθεῖν. Τὸ ποῖον; Τίνα τρόπον μεταχειριζομένη πόλις φιλοσοφίαν οὐ διολεῖται.* Cf. cum hoc loco p. 503, C. p. 504, D. et praecipue p. 502, D. *Οὐκοῦν ἐπειδὴ τοῦτο μόγις τέλος ἔσχε, τὰ ἐπίλοιπα δὴ μετὰ τοῦτο λεκτέον, τίνα τρόπον ἡμῖν καὶ ἐκ τίνων μαθημάτων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων οἱ σωτῆρες ἐνέσονται τῆς πολιτείας κ. τ. ἑ.* Sed non contenti his non dubitamus affirmare, hanc rem Socratem, quantum satis esset ad hunc de Republica sermonem, voluisse explicare etiam magis quam iustitiam. Nam ex notione eius quod bonum esset ipsa iustitiae notio derivatur; illa est summum ac verum principium perfectae civitatis; illam philosophi in condenda et ordinanda civitate contueri debent et sequi, quemadmodum summus mundi opifex Deus, quum pulcherrimum mundum conderet, omnia ad illam direxit. Recte igitur quod obiter monemus, philosophus Timaeum cum Republica copulavit. Nam ut in Timaeo totius mundi creationem et ordinem, sic in his libris Reipublicae, ex iisdem principiis explicavit. Haec duo igitur opera in unum quasi corpus coalescunt. Sic nostra de Reipublicae fine sententia egregie firmatur. Quod si vero in iustitia versetur dialogus, tum horum operum similitudo nulla est, nec intelligitur cur ea coniungi voluerit auctor.

Commemorantur deinde diversae sententiae de eo quid bonum sit. Tum interrogat Socrates: *Τί δέ; τόδε οὐ φανερὸν, ὡς δίκαια μὲν καὶ καλὰ πολλοὶ ἂν ἕλοιντο τὰ δοκοῦντα, κἂν μὴ ᾖ, ὅμως ταῦτα πράττειν καὶ κεκτῆσθαι καὶ δοκεῖν, ἀγαθὰ δὲ οὐδενὶ ἔτι ἀρκεῖ τὰ δοκοῦντα κτᾶσθαι, ἀλλὰ τὰ ὄντα ζητοῦσι, τὴν δὲ δόξαν ἐνταῦθα ἤδη πᾶς ἀτιμάζει; Καὶ μάλα, ἔφη. Ὃ δὴ διώκει μὲν ἅπασα ψυχὴ καὶ τούτου ἕνεκα πάντα πράττει ἀπομαντευομένη τι εἶναι, ἀποροῦσα δὲ καὶ οὐκ ἔχουσα λαβεῖν ἱκανῶς, τί ποτ' ἐστὶν, οὐδὲ πίστει χρήσασθαι μονίμῳ, οἷα καὶ περὶ τἆλλα, διὰ τοῦτο δὲ ἀποτυγχάνει καὶ τῶν ἄλλων, εἴ τι ὄφελος ἦν, περὶ δὴ τὸ τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον οὕτω φῶμεν δεῖν ἐσκοτῶσθαι καὶ ἐκείνους τοὺς βελτίστους ἐν τῇ πόλει, οἷς πάντα ἐγχειροῦμεν; Ἥκιστα γ', ἔφη. Οἶμαι γοῦν, εἶπον, δίκαιά τε καὶ καλὰ ἀγνοούμενα ὅπη ποτὲ ἀγαθά ἐστιν, οὐ πολλοῦ τινος ἄξιον φύλακα κεκτῆσθαι ἂν ἑαυτῶν τὸν τοῦτο ἀγνοοῦντα· μαντεύομαι δὲ μηδένα αὐτὰ πρότερον γνώσεσθαι ἱκανῶς. Καλῶς γὰρ, ἔφη, μαντεύῃ. Οὐκοῦν ἡμῖν ἡ πολιτεία τελέως κεκοσμήσεται, ἐὰν ὁ τοιοῦτος αὐτὴν ἐπισκοπῇ φύλαξ ὁ τούτων ἐπιστήμων; Ἀνάγκη, ἔφη.* Cf. p. 505. extr. ed. Steph. Iusta igitur pulchraque, non cognito quatenus bona sint, nec servari nec cognosci dicit; *civitatemque tum demum plane ornatam fore, si custos eam regat, qui ista teneat.* Consummatur igitur his civitatis perfectae descriptio, et civitatis causa ista explicari patet. Quum autem custodum munus sit civitatem condere ad ideas iusti pulchrique*), quae sine idea boni *nec servari nec cognosci possunt,* et regere conditam, nonne ideam boni sequitur esse perfectae civitatis summum principium? Voluit igitur Plato ipsos lectores invenire, haec utraque iustitiam ideamque boni

*) Cf. p. 540, A. St. *γενομένων δὲ πεντηκοντουτῶν τοὺς διασωθέντας καὶ ἀριστεύσαντας πάντα πάντη ἐν ἔργοις τε καὶ ἐπιστήμαις πρὸς τέλος ἤδη ἀκτέον καὶ ἀναγκαστέον ἀνακλίναντας τὴν τῆς ψυχῆς αὐγὴν εἰς αὐτὸ ἀποβλέψαι τὸ πᾶσι φῶς παρέχον, καὶ ἰδόντας τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ, παραδείγματι χρωμένους ἐκείνῳ, καὶ πόλιν καὶ ἰδιώτας καὶ ἑαυτοὺς κατακοσμεῖν κ. τ. ἑ.*

coniuncta esse; ipse tamen, nisi leviter impressis vestigiis, declarare noluit, non diversa hic poni principia, sed ad ideam boni iustitiam quoque pertinere, eaque tanquam aditum ad illam praeparari, secutus consuetudinem suam, quam his verbis significavit Schleiermacherus: «Zum inneren und wesentlichen der platonischen Form aber gehört alles, was für die Komposition aus der Absicht die Seele des Lesers zur eignen Ideenerzeugung zu nöthigen folgt, jenes öftere Wiederanfangen der Untersuchung von einem anderen Punkte aus, ohne dass jedoch alle diese Fäden in dem gemeinschaftlichen Mittelpunkt wirklich zusammengeführt würden.» Cf. introd. in Plat. opp. p. 41. Cf. praeterea quae Schleiermacherus eodem loco p. 20. de eadem re tradidit: «Wo es auf die Darstellung eines Ganzen ankommt, da wird dieses nur durch unzusammenhängende Striche angedeutet, die aber derjenige, dem die Gestalt schon im eigenen Sinne vorschwebt, leicht ergänzen und verbinden kann.» Quod si autem rationem, quae inter iustitiam et ideam boni in hoc opere intercedat, indicari cupis, iustitia humanum, idea boni divinum perfectae reipublicae principium contineri scias. Hinc etiam explicandum est, quod iustitia loco suo non pellitur, — qua re laesisset Socrates consuetudinem sermonis familiaris — sed etiam in extrema parte dialogi eundem locum retinet, quem primo acceperat.

Tum Glauco: *ἀλλὰ σὺ δή, ὦ Σώκρατες, πότερον ἐπιστήμην τὸ ἀγαθὸν φῂς εἶναι, ἢ ἡδονὴν, ἢ ἄλλο τι παρὰ ταῦτα; Οὗτος, ἦν δ' ἐγὼ, ἀνὴρ καλὸς, ἤσθα καὶ πάλαι καταφανὴς, ὅτι σοι οὐκ ἀποχρήσοι τὸ τοῖς ἄλλοις δοκοῦν περὶ αὐτῶν. Οὐδὲ γὰρ δίκαιόν μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, φαίνεται τὰ τῶν ἄλλων μὲν ἔχειν εἰπεῖν δόγματα, τὰ δ' αὐτοῦ μὴ, τοσοῦτον χρόνον περὶ ταῦτα πραγματευόμενον. Τί δ'; ἦν δ' ἐγώ· δοκεῖ σοι δίκαιον εἶναι περὶ ὧν τις μὴ οἶδε, λέγειν ὡς εἰδότα; Οὐδαμῶς γ', ἔφη, ὡς εἰδότα, ὡς μέντοι οἰόμενον ταῦθ', ἃ οἴεται, ἐθέλειν λέγειν. Τί δέ; εἶπον· οὐκ ἤσθησαι τὰς ἄνευ ἐπιστήμης δόξας, ὡς πᾶσαι αἰσχραί; ὧν αἱ βέλτισταί τυφλαί; ἢ δοκοῦσί τί σοι τυφλῶν διαφέρειν ὁδὸν ὀρθῶς πορευομένων οἱ ἄνευ νοῦ ἀληθές τι δοξάζοντες; Οὐδὲν, ἔφη. Βούλει οὖν αἰσχρὰ θεάσασθαι, τυφλά τε καὶ σκολιὰ, ἐξὸν παρ' ἄλλων ἀκούειν φανά τε*

καὶ καλά*); Μὴ πρὸς Διὸς, ἦ δ' ὅς, ὦ Σώκρατες, ἔ Γλαύκων, ὥσπερ ἐπὶ τέλει ὢν ἀποστῇς. ἀρκέσει γὰρ ἡμῖν κἂν ὥσπερ δικαιοσύνης πέρι καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων διῆλθες, οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ διέλθῃς. Καὶ γὰρ ἐμοὶ, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ ἑταῖρε, καὶ μάλα ἀρκέσει· ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἔσομαι, προθυμούμενος δὲ ἀσχημονῶν γέλωτα ὀφλήσω. ἀλλ', ὦ μακάριοι, αὐτὸ μὲν τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν, ἐάσωμεν τὸ νῦν εἶναι· πλέον γάρ μοι φαίνεται, ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν ἐφικέσθαι τοῦ γε δοκοῦντος ἐμοὶ τὰ νῦν· ὃς δὲ ἐκγονός τε τοῦ ἀγαθοῦ φαίνεται καὶ ὁμοιότατος ἐκείνῳ, λέγειν ἐθέλω, εἰ καὶ ὑμῖν φίλον, εἰ δὲ μὴ, ἐᾷν. Ἀλλ', ἔφη, λέγε· εἰσαῦθις γὰρ τοῦ πατρὸς ἀποτίσεις τὴν διήγησιν. Βουλοίμην ἄν, εἶπον, ἐμέ τε δύνασθαι αὐτὴν ἀποδοῦναι καὶ ὑμᾶς κομίσασθαι, ἀλλὰ μὴ ὥσπερ νῦν τοὺς τόκους μόνον. τοῦτον δὲ δὴ οὖν τὸν τόκον τε καὶ ἔκγονον αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ κομίσασθε· εὐλαβεῖσθε μέντοι, μή πη ἐξαπατήσω ὑμᾶς ἄκων κίβδηλον ἀποδιδοὺς τὸν λόγον τοῦ τόκου. Εὐλαβησόμεθα, ἔφη, κατὰ δύναμιν· ἀλλὰ μόνον λέγε. Cf. p. 506. ed. Steph. Falso Stallbaum.: Ne per Jovem, inquit Glauco, o Socrates, quasi ad finem perveneris, desistas.» Nam ipse Socrates sibi non videbatur pervenisse ad finem. Est potius: Ne desistas tanquam in fine, h. e. ne desistas in ipsa re gravissima, qua omnia quae adhuc dixisti quodammodo absolvuntur. Ita secundum haec quoque perfectae civitatis principium est idea boni, eaque omnis de perfecta civitate quaestio absolvitur. Ac vide nunc quam prudenter Plato in hoc dialogo omnia disposuerit et ordinaverit. Nam profecto de idea boni dicere non prius poterat, quam quid iustum esset explicatum erat. Cum hac autem de idea boni quaestione disputatio de philosophis magistratibus arctissime cohaerebat.

Non vult autem explicare quid sit ipsum bonum, quod perfecta eius rei explicatio humanas vires excedere videatur; — idearum enim cognitio, quam in coelo hausimus, nimis obscurata est in hac vita — quod haec altior disputatio non sit necessaria ad

*) Vide ironiam.

id quod in hoc dialogo quaeratur, Rempublicam, — *πλέον γάρ μοι φαίνεται ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν ἐφικέσθαι τοῦ γε δοκοῦντος ἐμοὶ τὰ νῦν.* Sufficere enim videbatur hanc de bono doctrinam adumbrasse ita, ut omnem Reipublicae ordinem inde repetendum esse pateret. Videntur igitur haec eam potissimum ob causam non accuratius indagata esse, ne aliena dialogo immisceret; eademque causa est cur haec disputatio ad filium boni, quem nominat, non ad ipsum bonum pertinet; nam hac imagine egregie illustrabatur id quod illustrari volebat. Nisi res ita se haberet, nisi ipsius dialogi finis et compositio vetaret, quo minus haec res omnium difficillima et gravissima plenius explicaretur, si omnia quae huc usque de mulierum liberorumque communione, de philosophis magistratibus, alia, dicta sunt, vere essent *ἐπεισόδια*, pro lubitu addita, et sine ullo detrimento earum rerum, quae in hoc dialogo vere quaerantur, recte omittenda, quid prohibuisse Platonem putemus, quo minus hoc quoque de idea boni *ἐπεισόδιον*, per se longe gravius quam cetera, ut reliqua ex omni parte perficeret, ita etiam satisfacturus nostri aevi interpretum desiderio, quorum tantas hic ipse locus movit contentiones? Nam habuisse Socratem etiam interiorem huius rei cognitionem, quae tamen in hoc de Republica sermone expromenda non sit, aperte docent haec verba: *πλέον γάρ μοι φαίνεται ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν ἐφικέσθαι τοῦ γε δοκοῦντος ἐμοὶ τὰ νῦν.* Tantum igitur abest, ut in hoc dialogo sermo ad aliena omnia delabatur et erret, ut sapienti, in ipsis gravissimis rebus, et si iustitia quaereretur necessariis, cf. p. 506, A., uti philosophum videamus moderatione. Cf. lib. IV. p. 435, D. St. et quae ad eum locum diximus. Hinc autem sequitur, omnia quae vere explicata sunt non aliena esse a dialogi fine, et firmatur his etiam nostra de dialogi fine sententia. Eodem ducit id, quod ii quibuscum Socrates colloquitur certo exspectant, eum accuratiorem etiam huius rei doctrinam explicaturum esse alio tempore — *εἰσαῦθις γὰρ τοῦ πατρὸς ἀποτίσεις τὴν διήγησιν.* Sapienti igitur moderatione usus, memor hunc sermonem in Republica versari, nec voluit in hunc locum congerere omnia ea quae in aliis scriptis, Parmenide, Sophista, dedita etiam opera de idearum doctrina disseruerat, nec necessarium

putavit; ob eandemque causam in Timaeo, in quo ad idem principium redeundum erat, adhuc brevius disputavit de iisdem rebus, quia hic dialogus praecesserat.

Istis solvi putamus p. 39. introd. a Schleiermachero de hac re motas dubitationes. Nam Schleiermacherus ita dicit: «Hier nun wird die Idee des Guten als der höchste Gegenstand dargestellt, welchem das Erkenntnissvermögen des Menschen sich zuwenden kann; leider freilich so als ob auch die hier bewiesene gewiss nicht häufig anzutreffende Meisterschaft in speculativer Darstellung an diesen Gegenstand nicht hinanreiche; sondern die befriedigende Behandlung desselben wird an ich weiss nicht was für einen noch weit herrlicheren Ort gewiesen, hier aber das Gute nur in Bildern und durch weitere Ausführung bildlicher Rede, als die Quelle aller Erkenntniss und alles Seins, also auch über beides gestellt, auf das herrlichste gepriesen.» Nam de his multo aliter statuendum est, si verum est, quod demonstravisse nobis videmur, hoc loco Platonem satis habuisse ita ea de re disputare, ut sufficere videretur ad absolvendam civitatis perfectae descriptionem. Fundamenta igitur in quibus Schleiermacheri sententia nititur, multa a dialogi vero fine aliena huic operi immista esse putantis, subduci vides, — nam ne de tantis quidem rebus, quae si iustitia quaereretur vel accuratissime explicandae fuerunt, cf. lib. VI. 504, B. sqq. et lib. IV. p. 435, D. St., Platonem sufficienter egisse videri conqueritur — et omne aedificium iis impositum collapsum ruere.

Pergamus: *Διομολογησάμενός γ', ἔφην ἐγώ, καὶ ἀναμνήσας ὑμᾶς τά τε ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ῥηθέντα καὶ ἄλλοτε ἤδη πολλάκις εἰρημένα. Τὰ ποῖα; ἦ δ' ὅς. Πολλὰ καλά, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πολλὰ ἀγαθὰ καὶ ἕκαστα οὕτως εἶναί φαμέν τε καὶ διορίζομεν τῷ λόγῳ. Φαμὲν γάρ. Καὶ αὐτὸ δὴ καλὸν καὶ αὐτὸ ἀγαθὸν καὶ οὕτω περὶ πάντων, ἃ τότε ὡς πολλὰ ἐτίθεμεν, πάλιν αὖ κατ' ἰδέαν μίαν ἑκάστου ὡς μιᾶς οὔσης τιθέντες ὃ ἔστιν ἕκαστον προσαγορεύομεν. Ἔστι ταῦτα. Καὶ τὰ μὲν δὴ ὁρᾶσθαί φαμεν, νοεῖσθαι δ' οὔ, τὰς δ' αὖ ἰδέας νοεῖσθαι μέν, ὁρᾶσθαι δ' οὔ. Παντάπασι μὲν οὖν.* Cf. p. 507, A. St. Pertinent haec, quod omnes concedent, ad idearum doctrinam. Quae cur Platonem praemisisse putemus quaestioni de bono, nisi

bonum ipsum inter ideas referret, atque lectorem quasi introducere vellet in ipsam cognitionem eius quod bonum esset? Ita nobis a viris doctis recentiore aetate de bono apud Platonem agitatas lites, quum alii ad Deum, alii ad ideam boni haec quae nunc sequantur pertinere statuerent, hic locus, in quo nunc versamur, dirimere posse videtur. Quae nostrae sententiae difficultates obstare videantur, eas postea tangemus. Tum Solem filium boni nominat his verbis usus: *Τοῦτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, φάναι με λέγειν τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τἀγαθὸν ἐγέννησεν ἀνάλογον ἑαυτῷ, ὅτιπερ αὐτὸ ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρὸς τε νοῦν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο τοῦτον ἐν τῷ ὁρατῷ πρός τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα.* Cf. p. 508, B. St. Haec omnia tantum ad facultatem cognoscendi mente vel oculis pertinere omnes vident, eademque ratio obtinet in iis, quae, quia necessaria non esse videbantur, non adscripsimus. Postremo Socrates ita pergit: *Οὕτω τοίνυν καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὧδε νόει· ὅταν μὲν οὗ καταλάμπει ἀλήθειά τε καὶ τὸ ὄν, εἰς τοῦτο ἀπερείσηται, ἐνόησέ τε καὶ ἔγνω αὐτὸ καὶ νοῦν ἔχειν φαίνεται· ὅταν δὲ εἰς τὸ τῷ σκότῳ κεκραμένον, τὸ γιγνόμενόν τε καὶ ἀπολλύμενον, δοξάζει τε καὶ ἀμβλυώττει ἄνω καὶ κάτω τὰς δόξας μεταβάλλον καὶ ἔοικεν αὖ νοῦν οὐκ ἔχοντι. Ἔοικε γάρ. Τοῦτο τοίνυν τὸ τὴν ἀλήθειαν παρέχον τοῖς γιγνωσκομένοις καὶ τῷ γιγνώσκοντι τὴν δύναμιν ἀποδιδὸν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν φάθι εἶναι, αἰτίαν δ' ἐπιστήμης οὖσαν καὶ ἀληθείας, ὡς γιγνωσκομένης μὲν διανοοῦ, οὕτω δὲ καλῶν ἀμφοτέρων ὄντων, γνώσεώς τε καὶ ἀληθείας, ἄλλο καὶ κάλλιον ἔτι τούτων ἡγούμενος αὐτὸ ὀρθῶς ἡγήσῃ· ἐπιστήμην δὲ καὶ ἀλήθειαν, ὥσπερ ἐκεῖ φῶς τε καὶ ὄψιν ἡλιοειδῆ μὲν νομίζειν ὀρθόν, ἥλιον δὲ ἡγεῖσθαι οὐκ ὀρθῶς ἔχει, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀγαθοειδῆ μὲν νομίζειν ταῦτ' ἀμφότερα ὀρθόν, ἀγαθὸν δὲ ἡγεῖσθαι ὁπότερον αὐτῶν οὐκ ὀρθόν, ἀλλ' ἔτι μειζόνως τιμητέον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἕξιν. Ἀμήχανον κάλλος, ἔφη, λέγεις, εἰ ἐπιστήμην μὲν καὶ ἀλήθειαν παρέχει, αὐτὸ δ' ὑπὲρ ταῦτα κάλλει ἐστίν· οὐ γάρ δή που σύ γε ἡδονὴν αὐτὸ λέγεις. Εὐφήμει, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ' ὧδε μᾶλλον τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἔτι ἐπισκόπει. Πῶς; Τὸν ἥλιον τοῖς ὁρωμένοις οὐ μόνον, οἶμαι, τὴν τοῦ ὁρᾶσθαι δύναμιν παρέχειν φήσεις, ἀλλὰ καὶ τὴν γένεσιν καὶ αὔξην καὶ τροφήν,*

οὐ γένεσιν αὐτὸν ὄντα. Πῶς γάρ; Καὶ τοῖς γιγνωσκομένοις τοίνυν μὴ μόνον τὸ γιγνώσκεσθαι φάναι ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ παρεῖναι, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναί τε καὶ τὴν οὐσίαν ὑπ' ἐκείνου αὐτοῖς προσεῖναι, οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἔτι ἐπέκεινα τῆς οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος. Καὶ ὁ Γλαύκων μάλα γελοίως, Ἄπολλον, ἔφη, δαιμονίας ὑπερβολῆς. Σὺ γὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, αἴτιος, ἀναγκάζων τὰ ἐμοὶ δοκοῦντα περὶ αὐτοῦ λέγειν. Cf. p. 508. D. Steph. His eum, qui idearum doctrinam non firmiter teneat, qui non recordetur veram cognitionem, *verum esse*, in ideis inveniri, idque ex summa omnium idearum in reliquas derivari, in errorem induci posse quis miretur? Nam imago ipsa Solis, qui erat Deus Graecis, quique hic Deus nominatur; ipsa Solis vis creatrix, alia, talem errorem facile gignere possunt. Ei vero qui idearum doctrinam et omnem sententiarum nexum recte teneat, qui p. 506, A. p. 510, B. p. 511 B. in auxilium vocet, in his tantum de cognoscendi facultate et de mentis notionibus, h. e. de ideis, quibus essentia inest, sermonem esse patebit. Ad ideas vero, quas eadem ratione semper explicare solet, pertinere verba, Οὕτω τοίνυν καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὧδε νόει ——— Ἔοικε γάρ. p. 508, D. quivis facile concedet. Tum vero etiam sequentia, quum verba Τοῦτο τοίνυν κ. τ. ἑ. aperte ad priora respiciant, necessario ad ideam boni pertinebunt. Porro si nostra de operis fine et consilio sententia vera est, valet ea etiam ad dirimendam de hac re ortam concertationem. Nam palam est, non Deum ipsum esse id quod imitatione exprimere debeat haec civitas, sed ideam boni, quemadmodum in Timaeo ipse Deus ad ideam perfectissimam mundum accommodat. Verbis autem οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἔτι ἐπέκεινα τῆς οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος, summam boni notionem s. ideam, quae ex omni contrariarum notionum oppositione exemta est, das gegensazlose Gute, quale humanam cognitionem superat, intelligere videtur. Pertinet haec de idea boni disputatio, in qua Plato etiam diversos cognitionis gradus distinxit, usque ad finem sexti libri. Ita non immerito initio quinti libri nos alterius partis dialogi sive τοῦ γυναικείου δράματος initium posuisse videbis, quippe

tum ne idem quidem principium sit quod priorum librorum. Nam ideam boni iustitiae locum occupare, hanc cedere, et specie tantum non re primum locum retinere, perspicuum est. Iam magis apparet cur antea de magistratibus non latius dictum sit. Haec enim quaestio cum quaestione de idea boni magis coniuncta fuit. Antea autem quaerebatur iustitia. Nonne omnia perturbata essent, si, nondum inventa iustitia, ideam boni explicare voluisset? Nam ita graviorem hanc quaestionem in medio levioris tractari necesse fuit. Ac ne potuit quidem id omnino fieri, si laedere nollet speciem de operis fine excitatam, quaeri iustitiam. — Nunc apparet etiam, cur antea de liberorum mulierumque communione dictum non sit. Nam non solum aliena est haec disputatio a iustitia, sed aliquatenus saltem cohaeret cum disputatione de philosophis atque magistratibus. Ipsa vero liberorum mulierumque communio eum potissimum in finem videtur instituta esse ut philosophi magistratus existant. Ceterum si quaeras, cur non statim initio ideam boni principium perfectae civitatis proposuerit, eadem id ratione factum esse respondebimus, qua neque dixit Plato, se ad iustitiam tanquam normam formare civitatem. Quae dissimulatio circa ideam boni tanto magis retinenda fuit, quod hanc civitatem non diis, sed hominibus condere volebat Plato, quod idea boni est principium civitatis divinum, iustitia humanum; quod pleraque instituta civitatis secundum iustitiam maxime ordinanda erant et serius demum ad ideam boni accedebat oratio. Nam ut in humano animo primum quaerendum est, quae sint partes eius et utra alteri praestet, deinde quomodo eae ordinandae sint secundum naturam suam, et postea demum quaeri debet, quid sit summum extremumque quod homo appetere debeat, eodem modo se habet cum civitate, quae tanquam maior aliquis homo est. Itaque primum eius partes quaerendae et secundum iustitiam ordinandae fuerunt; tum demum quaeri debuit, quid esset summum extremumque, ad quod omnis civitas dirigenda, unde iustitia ipsa tanquam ex fonte suo repetenda sit? Ferebatne autem natura dialogi tam artificiosam systematici operis rationem, quae quidem ipso operis initio indicaretur? Considerentur vero etiam haec: Plato in disponendis operibus suis

non vulgares orationis dispescendae regulas de schola et a magistris secutus videtur, sed summa eius lex fuit, quo loco quaeque posita plurimum valerent, quo modo singula quaeque disponenda essent, ut vis dialogi dramatica et pulchritudo operis adiuvaretur. Conferantur quae hunc in finem de Demosthenis oratione omnium pulcherrima pro corona antea diximus, et quae Cicero in Bruto c. 37. de Antonio egregie dicit: «Omnia veniebant Antonio in mentem; eaque suo quaeque loco, ubi plurimum proficere et valere possent, ut ab imperatore equites, pedites, levis armatura, sic ab illo in maxime opportunis orationis partibus collocabantur.» His addatur Ciceronis praeceptum in Oratore c. 15: «de firmissimis alia prima ponet, alia postrema inculcabitque leviora.» Ita igitur videndum erat ut ad ampliora semper exsurgeret oratio, ut lectorum cognoscendi cuncta studium semper cresceret, ut faciliora difficilioribus recte miscerentur, ut caveretur ne defatigarentur lectores. Quae cuncta ita assequebatur Plato, si in duas partes, quod initio quinti libri indicatum vidimus, hoc opus distribueret, in quarum priore describeretur Respublica ex iustitiae principio derivata, in altera Respublica, cui idea boni summum principium esset, interpositis utrimque quaestionibus politicis facilius intelligendis, qualia sunt in priore operis parte instituta Reipublicae ipsius, in hac doctrina de virorum mulierumque communione, alia. Iam fingas tibi Platonem, quod fieri sane potuisset, et quod secutum videmus Ciceronem in Oratore c. 3., contrariam viam ingressum esse, ordientem a iustitia, assurgentem deinde ad ideam boni, quae sunt principia civitatis, tum perfectam civitatem exstruentem, modo illius modo huius ratione habita: sentisne perturbaturum omnia fuisse, et interituram ita vim dialogi dramaticam, interiturum lectorum, quia ad altiora semper exsurgere orationem intelligerent, cognoscendi cuncta studium? Iam igitur lectori eligendum erit, utrum cum Platone in Republica sumere velit, iustitiam esse id quod quaeratur in hoc opere, an cum eodem Platone in Timaeo statuere, totum sermonem ad Rempublicam pertinere. Nam aliae recentiorum de fine operis opiniones tantum sunt pro arbitrio confictae, non ex ipsius Platonis testimonio desumtae. Si illud sumas, tum

non liberari poterit philosophus a culpa, quod aliena admiscuerit; quod non perpetuo secutus sit quod vere propositum fuerit dialogo; quod perturbaverit dicendorum ordinem; si hoc, tum omnia recte se habent, pulchra et venusta sunt. Dubitare igitur amplius poterimus utra sit harum sententiarum verior?

Sexti libri finem recte ac suo loco positum esse, ostenditur.

Ostendendum hoc loco non sine ratione Platonem hunc librum a reliquo sermone secrevisse, repetendumque hunc in finem huius libri argumentum. Atque ostenditur primum in eo philosophis civitatum imperia tradenda esse, dubitationesque, quas quis movere possit contra eam sententiam, diluuntur. Postremo quaeritur, quid fieri debeat ne intereat philosophia in civitatibus. Revocatis hoc loco in memoriam iis, quae antea de magistratuum electione et educatione dicta erant, etiam in disciplinis, et in summis maxime, summos magistratus erudiendos esse docetur, quarum summum atque extremum sit idea boni, ad quam perfecta civitas componi et ordinari debeat. Qua explicata huic sexto libro finem imponit. — Quod si igitur paucis huius libri argumentum comprehendatur, eo quaeri videbimus, primum: num philosophis civitatum imperia tradenda sint? tum, si sint: quomodo instituendum sit ne philosophia civitatibus intereat, h. e. quae electio quae educatio philosophorum esse debeat. Posterior tamen huius disputationis pars non plane absolvitur, sed commode, explicata re gravissima, idea boni, finitur hic liber. Septimo demum libro ipsa describitur via et ratio, qua ad ideam boni perveniatur.

Reipublicae liber septimus.

SECTIO I.

Septimo libro primum docetur, qui nunc sit hominum status quae conditio, qua a cognoscenda idea boni prohibeantur. Aptissime Platonem hunc in finem composuisse putamus mythum illum de hominibus vincto corpore antrum habitantibus, nec solem contuentibus neque res ut vere sunt, sed rerum umbras atque imagines, quem huc transcribere non attinet. Tum describitur quid futurum esset si isti homines ad contuendum Solem adducerentur. Ne in his quidem omissa est Reipublicae ratio: *Τιμαὶ δὲ καὶ ἔπαινοι εἴ τινες αὐτοῖς ἦσαν τότε παρ' ἀλλήλων καὶ γέρα τῷ ὀξύτατα καθορῶντι τὰ παριόντα καὶ μνημονεύοντι μάλιστα, ὅσα τε πρότερα αὐτῶν καὶ ὕστερα εἰώθει καὶ ἅμα πορεύεσθαι, καὶ ἐκ τούτων δὴ δυνατώτατα ἀπομαντευομένῳ τὸ μέλλον ἥξειν, δοκεῖς ἂν αὐτὸν ἐπιθυμητικῶς αὐτῶν ἔχειν καὶ ζηλοῦν τοὺς παρ' ἐκείνοις τιμωμένους τε καὶ ἐνδυναστεύοντας κ. τ. ἑ.* p. 516, C. Ita mihi quoque eodem pertinere videntur quae p. 516. extr. 517. St. eum in finem disputantur, ut doceatur quo modo fiat, ut res ipsas contuiti ne umbras quidem rerum recte discernere possint. Dissolvere enim Plato his voluit ab adversariis contra philosophos magistratus motam dubitationem, qui ineptos eos esse dicerent nec rebus agendis idoneos. — Eodem referenda etiam haec: *Ἴθι τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ τόδε ξυνοιήθητι καὶ μὴ θαυμάσῃς, ὅτι οἱ ἐνταῦθα ἐλθόντες οὐκ ἐθέλουσι τὰ τῶν ἀνθρώπων πράττειν, ἀλλ' ἄνω ἀεὶ ἐπείγονται αὐτῶν αἱ ψυχαὶ διατρίβειν· εἰκὸς γάρ που οὕτως, εἴπερ αὖ κατὰ τὴν προειρημένην*

εἰκόνα ταῦτ᾽ ἔχει. Cf. p. 517, C. Illustratur ita animi status qui futurus esset, si a rerum umbris et imaginibus ad contuendas ideas adduceretur*). Tum ita pergit: *Τί δέ; τόδε οὐκ εἰκὸς, ἦν δ᾽ ἐγὼ, καὶ ἀνάγκη ἐκ τῶν προειρημένων, μήτε τοὺς ἀπαιδεύτους καὶ ἀληθείας ἀπείρους ἱκανῶς ἄν ποτε πόλιν ἐπιτροπεῦσαι, μήτε τοὺς ἐν παιδείᾳ ἐωμένους διατρίβειν διὰ τέλους, τοὺς μὲν, ὅτι σκοπὸν ἐν τῷ βίῳ οὐκ ἔχουσιν ἕνα, οὗ στοχαζομένους δεῖ ἅπαντα πράττειν, ἃ ἂν πράττωσιν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ, τοὺς δὲ, ὅτι ἑκόντες εἶναι οὐ πράξουσιν, ἡγούμενοι ἐν μακάρων νήσοις ζῶντες ἔτι ἀπῳκίσθαι; Ἀληθῆ, ἔφη. Ἡμέτερον δὴ ἔργον, ἦν δ᾽ ἐγὼ, τῶν οἰκιστῶν, τάς τε βελτίστας φύσεις ἀναγκάσαι ἀφικέσθαι πρὸς τὸ μάθημα, ὃ ἐν τῷ πρόσθεν ἔφαμεν εἶναι μέγιστον, ἰδεῖν τε τὸ ἀγαθὸν καὶ ἀναβῆναι ἐκείνην τὴν ἀνάβασιν, καὶ ἐπειδὰν ἀναβάντες ἱκανῶς ἴδωσι, μὴ ἐπιτρέπειν αὐτοῖς ὃ νῦν ἐπιτρέπεται. Τὸ ποῖον δή; Τὸ αὐτοῦ, ἦν δ᾽ ἐγὼ, καταμένειν καὶ μὴ ἐθέλειν πάλιν καταβαίνειν παρ᾽ ἐκείνους τοὺς δεσμώτας, μηδὲ μετέχειν τῶν παρ᾽ ἐκείνοις πόνων τε καὶ τιμῶν, εἴτε φαυλότεραι εἴτε σπουδαιότεραι. Ἔπειτ᾽, ἔφη, ἀδικήσομεν αὐτοὺς, καὶ ποιήσομεν χεῖρον ζῆν δυνατὸν αὐτοῖς ὂν ἄμεινον; Ἐπελάθου, ἦν δ᾽ ἐγὼ, πάλιν, ὦ φίλε, ὅτι νόμῳ οὐ τούτο μέλει, ὅπως ἔν τι γένος ἐν πόλει διαφερόντως εὖ πράξει, ἀλλ᾽ ἐν ὅλῃ τῇ πόλει τοῦτο μηχανᾶται ἐγγενέσθαι ξυναρμόττων τοὺς πολίτας πειθοῖ τε καὶ ἀνάγκῃ, ποιῶν μεταδιδόναι ἀλλήλοις τῆς ὠφελείας, ἣν ἂν ἕκαστοι τὸ κοινὸν δυνατοὶ ὦσιν ὠφελεῖν, καὶ αὐτὸς ἐμποιῶν τοιούτους ἄνδρας ἐν τῇ πόλει, οὐχ ἵνα ἀφίῃ τρέπεσθαι ὅπῃ ἕκαστος βούλεται, ἀλλ᾽ ἵνα καταχρῆται αὐτὸς αὐτοῖς ἐπὶ τὸν ξύνδεσμον τῆς πόλεως.*

---

*) Notanda hic verba quae valent ad explicanda ea quae antea de idea boni dicta sunt: *ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα καὶ μόγις ὁρᾶσθαι, ὀφθεῖσα δὲ συλλογιστέα εἶναι, ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη ὀρθῶν τε καὶ καλῶν αἰτία, ἔν τε ὁρατῷ φῶς καὶ τὸν τούτου κύριον τεκοῦσα ἔν τε νοητῷ αὐτὴ κυρία ἀλήθειαν καὶ νοῦν παρασχομένη, καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμφρόνως πράξειν ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ.* Videsne quorsum omnis vita cum privata tum publica tendere debeat? Num quid igitur dubitabimus quin idea boni sit summum extremumque, ad quod omnis civitas tanquam inclinet et vergat? —

Ἀληθῆ, ἔφη· ἐπελαθόμην γάρ. Σκέψαι τοίνυν, εἶπον, ὦ Γλαύκων, ὅτι οὐδ' ἀδικήσομεν τοὺς παρ' ἡμῖν φιλοσόφους γιγνομένους, ἀλλὰ δίκαια πρὸς αὐτοὺς ἐροῦμεν προσαναγκάζοντες τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖσθαι τε καὶ φυλάττειν. ἐροῦμεν γάρ, ὅτι οἱ μὲν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι τοιοῦτοι γιγνόμενοι εἰκότως οὐ μετέχουσι τῶν ἐν αὐταῖς πόνων· αὐτόματοι γὰρ ἐμφύονται ἀκούσης τῆς ἐν ἑκάστῃ πολιτείας, δίκην δ' ἔχει τό γε αὐτοφυὲς μηδενὶ τροφὴν ὀφεῖλον μηδ' ἐκτίνειν τῷ προθυμεῖσθαι τὰ τροφεῖα· ὑμᾶς δ' ἡμεῖς ὑμῖν τε αὐτοῖς τῇ τε ἄλλῃ πόλει ὥσπερ ἐν σμήνεσιν ἡγεμόνας τε καὶ βασιλέας ἐγεννήσαμεν, ἄμεινόν τε καὶ τελεώτερον ἐκείνων πεπαιδευμένους καὶ μᾶλλον δυνατοὺς ἀμφοτέρων μετέχειν.*) καταβατέον οὖν ἐν μέρει ἑκάστῳ εἰς τὴν τῶν ἄλλων ξυνοίκησιν καὶ συνεθιστέον τὰ σκοτεινὰ θεάσασθαι· ξυνεθιζόμενοι γὰρ μυρίῳ βέλτιον ὄψεσθε τῶν ἐκεῖ καὶ γνώσεσθε ἕκαστα τὰ εἴδωλα ἅττα ἐστὶ καὶ ὧν, διὰ τὸ τἀληθῆ ἑωρακέναι καλῶν τε καὶ δικαίων καὶ ἀγαθῶν πέρι.**) καὶ οὕτως ὑπαρ ἡμῖν καὶ ὑμῖν ἡ πόλις οἰκήσεται, ἀλλ' οὐκ ὄναρ, ὡς νῦν αἱ πολλαὶ ὑπὸ σκιαμαχούντων τε πρὸς ἀλλήλους καὶ στασιαζόντων περὶ τοῦ ἄρχειν οἰκοῦνται, ὡς μεγάλου τινὸς ἀγαθοῦ ὄντος. Τὸ δέ που ἀληθὲς ὧδ' ἔχει· ἐν πόλει ᾗ ἥκιστα πρόθυμοι ἄρχειν οἱ μέλλοντες ἄρξειν, ταύτην ἄριστα καὶ ἀστασιαστότα τα ἀνάγκη οἰκεῖσθαι, τὴν δ' ἐναντίους ἄρχοντας σχοῦσαν ἐναντίως***). Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἀπειθήσουσιν οὖν ἡμῖν, εἶει, οἱ τρόφιμοι ταῦτ' ἀκούοντες καὶ οὐκ ἐθελήσουσι ξυμπονεῖν ἐν τῇ πόλει ἕκαστοι ἐν μέρει, τὸν δὲ πολὺν χρόνον μετ' ἀλλήλων οἰκεῖν ἐν τῷ καθαρῷ; Ἀδύνατον, ἔφη· δίκαια γὰρ δὴ δικαίοις ἐπιτάξομεν.

---

*) Recte Stalib.: «publicorum negotiorum et philosophiae.» Vides igitur hos philosophos multum differre a philosophis vulgaribus; hi philosophantur tantummodo, illi vero ita educantur, ut et philosophiae et rebus agendis idonei sint. Reipublicae igitur gratia haec de philosophis disputatio instituta.

**) In his sermonem esse de ideis, nec de Deo, quis non intelligit? Cf. cum his p. 519, C. D. St. et lib. VI, p. 510, B. 511, B.

***) Vide lib. I. p. 546. extr. St. et intelliges, haec non nunc demum a Platone ita pronunciari, sed iam a primo libro omnia ita composita esse et eo collineare omnia, ut philosophis Reipublicae nostrae imperium tradatur.

παντὸς μὴν μᾶλλον ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον αὐτῶν ἕκαστος εἶσι τὸ ἄρχειν, τοὐναντίον τῶν νῦν ἐν ἑκάστῃ πόλει ἀρχόντων. Οὕτω γὰρ ἔχει, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ ἑταῖρε· εἰ μὲν βίον ἐξευρήσεις ἀμείνω τοῦ ἄρχειν τοῖς μέλλουσιν ἄρξειν, ἔστι σοι δυνατὴ γενέσθαι πόλις εὖ οἰκουμένη·*) ἐν μόνῃ γὰρ αὐτῇ ἄρχουσιν οἱ τῷ ὄντι πλούσιοι, οὐ χρυσίου ἀλλ' οὗ δεῖ τὸν εὐδαίμονα πλουτεῖν, ζωῆς ἀγαθῆς τε καὶ ἔμφρονος· εἰ δὲ πτωχοὶ καὶ πεινῶντες ἀγαθῶν ἰδίων ἐπὶ τὰ δημόσια ἴασιν ἐντεῦθεν οἰόμενοι τἀγαθὸν δεῖν ἁρπάζειν, οὐκ ἔστι· περιμάχητον γὰρ τὸ ἄρχειν γιγνόμενον, οἰκεῖος ὢν καὶ ἔνδον ὁ τοιοῦτος πόλεμος αὐτούς τε ἀπόλλυσι καὶ τὴν ἄλλην πόλιν. Ἀληθέστατα, ἔφη. Ἔχεις οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, βίον ἄλλον τινὰ πολιτικῶν ἀρχῶν καταφρονοῦντα, ἢ τὸν τῆς ἀληθινῆς φιλοσοφίας; Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς. Ἀλλὰ μέντοι δεῖ γε μὴ ἐραστὰς τοῦ ἄρχειν ἰέναι ἐπ' αὐτό· εἰ δὲ μή, οἵ γε ἀντεραστὰι μαχοῦνται. Πῶς δ' οὔ; Τίνας οὖν ἄλλους ἀναγκάσεις ἰέναι ἐπὶ φυλακὴν τῆς πόλεως, ἢ οἱ περὶ τούτων τε φρονιμώτατοι, δι' ὧν ἄριστα πόλις οἰκεῖται, ἔχουσί τε τιμὰς ἄλλας καὶ βίον ἀμείνω τοῦ πολιτικοῦ; Οὐδένας ἄλλους, ἔφη. Cf. p. 519. ed. Steph. Iam videtur perpendendum esse quae modo dictorum vis sit ad id quod quaerimus. Ac primum quidem ad gubernacula rerumpublicarum eos admittendos esse censet Plato, qui habeant finem unum ad quem omnes actiones cum privatae tum publicae dirigendae sint. Efficiendum igitur ut sint qui ideam boni cognoscant et ad reliquos cives rursus descendant. Apparet ita ideam boni esse perfectae civitatis principium. Nec iam non solum nulla excusatione eget, quod ea de re latius disseruit Plato, sed necessariam omnino fuisse eam disputationem satis liquet. Praeterea haec omnis de philosophis disputatio hoc etiam loco cum eo quod vere quaeritur arctissime connectitur. Nam quis

*) Parum recte Stallb. hunc locum ita vertit: «si vitam eorum qui magistratibus praefuturi sunt, meliorem inveneris ipsa magistratus et imperii dignitate, tum fieri potest ut civitas bene administretur.» Est enim: «Si vitam inveneris meliorem ipso imperio magistratibus, tum fieri potest civitas bene instituta.» Docet igitur hoc etiam loco, quod ei magnae curae esse videmus, *fieri posse hanc civitatem.*

dubitet, quin Reipublicae causa de his disseruerit Plato, cui omnes qui philosophicis disciplinis imbuti non sint nec participes veri, apti non esse videantur qui Rempublicam regant, quod non habeant finem unum, ad quem omnem publicam privatamque vitam dirigere oporteat; philosophis autem ne ipsis quidem concedat omnem vitam in investigando vero transigere, sed Reipublicae causa studia intermittere iubeat? — Ad id etiam attendant lectores velim, quod hoc de philosophis effatum, eos etiam vivos in beatorum insulis collocatos sibi videri, non novum est, nec hoc demum loco prolatum, sed iam primo Reipublicae libro latius expositum. Quid autem attinebat hanc sententiam iam illo loco pronunciare, si de philosophis disputatio a vero operis fine aliena esset? Vides igitur quibus difficultatibus ii implicentur, qui non esse Rempublicam in qua hic sermo versetur statuant; contra, ex nostra sententia, haec omnia egregie inter se congruere. Quid porro attinebat, si haec de philosophis magistratibus disputatio et ab inimicorum calumniis defensio a vero operis fine aliena esset, tam late spatiari, et tanto studio docere omnes alios praeter philosophos aptos non esse qui Reipublicae gubernacula teneant? Non posse vero alios Reipublicae magistratus esse quam philosophos, necessarium ex philosophi mente. Nam non sunt alii gnari eorum quae faciunt ut civitas bona sit et fiat, *οἱ περὶ τούτων φρονιμώτατοι δι' ὧν ἄριστα πόλις οἰκεῖται.* Ita necessariam esse sequitur de philosophis disputationem, necessariam dissertationem de summis disciplinis ad quas philosophi Rempublicam regant et ordinent, et Reipublicae quidem causa necessariam. Quid, quaeso, attinebat, demonstrare, quae ratio ineunda sit, ut et philosophi a studiis suis non revocentur, et summa tamen rerum iis committatur? Cur denique coactos Rerumpublicarum gubernacula suscipere voluit Plato philosophos, nisi in Republica versaretur hic dialogus, praesertim quum ipse satis doceat, quam non laetum esse debeat philosophis haec terrestria curare, qui antea divina contuiti descendere cogantur ad eos, qui ne simulacra quidem rerum, sed umbras contueantur collo et pedibus vincti, et participes fieri laborum et honorum qui apud eos sint, quantulicumque videantur, *εἴτε φαυλότραι εἴτε σπου-*

δαιότεραι. Ac mihi quidem non facile quid sublimius et quod magis venerer in Platone videri solet, quam hoc effatum, quo, etiamsi ita philosophis iniuria quaedam fiat, qui a persequendis studiis suis arceantur, legum latorem non id curare dicit, ut unum aliquod hominum genus in Republica beate vivat, sed ut omnis civitas beata dici recte possit. Potestne maius aliquod dari argumentum, quo probetur, omnia quae in hoc dialogo disserantur, minima maxima, eidem esse subiecta fini, omnia quae dicat, vetet, iubeat, edisserat? Ad rempublicam igitur debere redundare censet quidquid commodi a singulis parari possit, et efficere debere eum qui civitatem constituat, ut tales viri reipublicae insint non eo consilio, ut unumquemque se convertere sinat quocunque velit, *sed ut ipse iis utatur ad vinciendam civitatem.* Num quid alio adhuc argumento opus esse videbitur, Platonis in hoc opere consilium non esse virum iustum per se solum describere, quum philosophi quae natura sua ei afferat commoda felicitatemque tam parum curet, ut satis magnam partem, *civitatis causa* ei auferat, relictaque studiorum suavitate civitatis regendae laborem atque molestiam eum subire iubeat? Et contra vix videtur dubitari posse, quin ad civitatem pertineat omnis oratio eius, quum non singulorum sed universae civitatis salutem se spectare dicat. Cf. lib. IV. p. 420. St. et quae ad eum locum dicta sunt. — Fortasse tamen quaeras quid sit, quod Plato philosophos maiorem vitae suae partem studiis velit esse deditos? Infra docebitur quam sero liceat philosophis totos se dare studiis, quantumque temporis spatium antea reipublicae dicare debeant. Cur vero maius spatium in regenda republica philosophos versari velit quam opus est, quos civitatis administrandae munus atque negotium per vices obire placet? Nam hoc unum iudicat efficere, ut civitates bene regantur et liberae sint a turbis, si rectores earum non sponte sua ad gubernacula accedant, sed habeant quod pluris ab iis fiat. Num potest ita de philosophis viri iusti describendi gratia dixisse videri, an civitatis causa?

REESE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

SECTIO II.

Ista vero alia pars orationis excipit: *Βούλει οὖν τοῦτ' ἤδη σκοπῶμεν, τίνα τρόπον οἱ τοιοῦτοι ἐγγενήσονται, καὶ πῶς τις ἀνάξει αὐτοὺς εἰς φῶς, ὥσπερ ἐξ Ἅιδου λέγονται δή τινες εἰς θεοὺς ἀνελθεῖν; Πῶς γὰρ οὐ βούλομαι; ἔφη. Τοῦτο δή, ὡς ἔοικεν, οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφή, ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγὴ ἐκ νυκτερινῆς τινὸς ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος οὖσαν ἐπάνοδον, ἣν δὴ φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν δεῖ σκοπεῖσθαι τί τῶν μαθημάτων ἔχει τοιαύτην δύναμιν; Πῶς γὰρ οὔ; Τί ἂν οὖν εἴη, ὦ Γλαύκων, μάθημα ψυχῆς ὁλκὸν ἀπὸ τοῦ γιγνομένου ἐπὶ τὸ ὄν.* Cf. p. 521, C. St. Nisi in Republica, sed in explicanda iustitia hic sermo versaretur, haec exponenda non erant; si vero in describenda optima Republica sermo versatur, tum haec etiam diligenter excutienda fuisse patet. Tum enim docendum, quo modo fieri possit ut oriantur tales rectores civitatis, qui summam perfectionis speciem h. e. ideam boni et ipsi cognoscant, et ad eius similitudinem totam civitatem fingant et regant. Ac primum quidem gymnasticae et musicae artis, de quibus antea collocuti sint, quarum illa ad corpus, haec ad animum praecipue pertineret, mentione iniecta copulatisque ita iis operis partibus quae in custodum educatione versantur, *arithmeticam* in earum disciplinarum numerum recipit, quae ad excolendam mentis aciem utiles essent, et ad idearum doctrinam praepararent et adducerent. Ibi inter alia haec leguntur: *οὐκ ἀθλητὰς μέντοι πολέμου ἔφαμεν τούτους ἀναγκαῖον εἶναι νέους ὄντας; Ἔφαμεν γάρ. Δεῖ ἄρα καὶ τοῦτο προσέχειν τὸ μάθημα, ὃ ζητοῦμεν, πρὸς ἐκείνῳ. Τὸ ποῖον; Μὴ ἄχρηστον πολεμικοῖς ἀνδράσιν εἶναι. Δεῖ μέντοι, ἔφη, εἴπερ οἷόν τε.* p. 521, D. Studiose igitur Plato cum hoc loco, tum sequentibus haec omnia civitatis causa disputari indicat. Ne longi simus, omissis pluribus, ex hac sermonis parte unum tantum locum afferamus. *Προσῆκον δὴ τὸ μάθημα ἂν εἴη, ὦ Γλαύκων, νομοθετῆσαι καὶ πείθειν τοὺς μέλλοντας ἐν τῇ πόλει τῶν μεγίστων μεθέξειν ἐπὶ λογιστικὴν ἰέναι καὶ ἁπτεσθαι αὐτῆς μὴ ἰδιωτικῶς, ἀλλ' ἕως ἂν ἐπὶ θέαν τῆς τῶν*

ἀριθμῶν φύσεως ἀφίκωνται τῇ νοήσει αὐτῇ, οὐκ ὠνῆς οὐδὲ πράσεως χάριν ὡς ἐμπόρους ἢ καπήλους μελετῶντας, ἀλλ' ἕνεκα πολέμου τε καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς ῥᾳστώνης μεταστροφῆς ἀπὸ γενέσεως ἐπ' ἀλήθειάν τε καὶ οὐσίαν. Cf. p. 525, B. C. Ceterum in transcursu monemus, probare etiam hunc sermonem, in quo disciplinarum ad erudiendos custodes utilium delectus instituitur, recipiuntur disciplinae quarum ea est vis, ut mentis aciem ad contuendum id quod vere sit excitent, non aliam ob causam, quam ut tandem ad cognoscendam ideam boni h. e. summum perfectae civitatis principium adduci possit, ideam boni non esse Deum. Cf. p. 523, A. — p. 525, B. coll. p. 521, E. St.; p. 526 E. — 527, C.; p. 529, sqq.

Eandem plane in *geometria*, quam deinceps commemorat, rationem sequitur philosophus: Τοῦτο μὲν τοίνυν, εἶπον, ἓν ἡμῖν κείσθω· δεύτερον δὲ τὸ ἐχόμενον τούτου σκεψώμεθα ἆρα τι προσήκει ἡμῖν. Τὸ ποῖον; ἦ γεωμετρίαν, ἔφη, λέγεις; Αὐτὸ τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ. Ὅσον μέν, ἔφη, πρὸς τὰ πολεμικὰ αὐτοῦ τείνει, δῆλον ὅτι προσήκει· πρὸς γὰρ τὰς στρατοπεδεύσεις καὶ καταλήψεις χωρίων καὶ συναγωγὰς καὶ ἐκτάσεις στρατιᾶς καὶ ὅσα δὴ ἄλλα σχηματίζουσι τὰ στρατόπεδα ἐν αὐταῖς τε ταῖς μάχαις καὶ πορείαις, διαφέροι ἂν αὐτὸς αὑτοῦ γεωμετρικὸς καὶ μὴ ὤν. Ἀλλ' οὖν δή, εἶπον, πρὸς μὲν τὰ τοιαῦτα βραχύ τι ἂν ἐξαρκοῖ γεωμετρίας τε καὶ λογισμῶν μόριον· τὸ δὲ πολὺ αὐτῆς καὶ ποῤῥωτέρω προϊὸν σκοπεῖσθαι δεῖ εἴ τι πρὸς ἐκεῖνο τείνει, πρὸς τὸ ποιεῖν κατιδεῖν ῥᾷον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν. τείνει δέ, φαμέν, πάντα αὐτόσε, ὅσα ἀναγκάζει ψυχὴν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον μεταστρέφεσθαι, ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ εὐδαιμονέστατον τοῦ ὄντος, ὃ δεῖ αὐτὴν παντὶ τρόπῳ ἰδεῖν. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Cf. p. 526, C. St. Quod ex idea boni, quae totius disputationis de perfecta Republica pars est longe gravissima, quippe ex qua ipsa Respublica tanquam ex ore aliquo imago exprimatur, pendere dicit auctor, utrum recipienda sit aliqua disciplina in studiorum orbem, an reiicienda, id hunc quoque sermonem ad civitatem perfectam pertinere probat. Nec aliam ob causam demonstratum est quid utilitatis ad rem militarem ex geometriae cognitione redundaturum sit. Quod tamen secundarium, illud praecipuum esse vult philosophus. Recte. Conferantur hunc in

finem etiam ea quae p. 527, C. St. leguntur: *Ὡς οἷόν τ᾽ ἄρα, ἦν δ᾽ ἐγώ, μάλιστα προστακτέον, ὅπως οἱ ἐν τῇ καλλιπόλει σοι μηδενὶ τρόπῳ γεωμετρίας ἀφέξονται. καὶ γὰρ τὰ πάρεργα αὐτοῦ οὐ σμικρά. Ποῖα; ἦ δ᾽ ὅς. Ἃ τε δὴ σὺ εἶπες, ἦν δ᾽ ἐγώ, τὰ περὶ τὸν πόλεμον κ. τ. ἑ.* Ad iustitiam vero nec arithmetica nec geometria pertinent.

Tertium locum accipit *stereometria* quartum *astronomia*: *Τί δέ; τρίτον θῶμεν ἀστρονομίαν; ἢ οὐ δοκεῖ; Ἔμοιγ᾽ οὖν, ἔφη· τὸ γὰρ περὶ ὥρας εὐαισθητοτέρως ἔχειν καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν οὐ μόνον γεωργίᾳ οὐδὲ ναυτιλίᾳ προσήκει, ἀλλὰ καὶ στρατηγίᾳ οὐχ ἧττον. Ἡδὺς εἶ, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὅτι ἔοικας δεδιότι τοὺς πολλοὺς, μὴ δοκῇς ἄχρηστα μαθήματα προστάττειν. τὸ δ᾽ ἔστιν οὐ πάνυ φαῦλον, ἀλλὰ χαλεπὸν πιστεῦσαι, ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν ἑκάστου ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκκαθαίρεταί τε καὶ ἀναζωπυρεῖται ἀπολλύμενον καὶ τυφλούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, χρεῖττον ὂν σωθῆναι μυρίων ὀμμάτων· μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται. οἷς μὲν οὖν ταῦτα ξυνδοκεῖ ἀμηχάνως ὡς εὖ δόξεις λέγειν, ὅσοι δὲ τούτου μηδαμῇ ἡσθημένοι εἰσὶν, εἰκότως ἡγήσονταί σε λέγειν οὐδέν· ἄλλην γὰρ ἀπ᾽ αὐτῶν οὐχ ὁρῶσιν ἀξίαν λόγου ὠφέλειαν. σκόπει οὖν αὐτόθεν, πρὸς ποτέρους διαλέγῃ, ἢ πρὸς οὐδετέρους, ἀλλὰ σαυτοῦ ἕνεκα τὸ μέγιστον ποιεῖ τοὺς λόγους, φθονοῖς μὴν οὐδ᾽ ἂν ἄλλῳ, εἴ τίς τι δύναιτο ἀπ᾽ αὐτῶν ὄνασθαι. Οὕτως, ἔφη, αἱροῦμαι, ἐμαυτοῦ ἕνεκα τὸ πλεῖστον λέγειν τε καὶ ἐρωτᾷν καὶ ἀποκρίνεσθαι. Ἄναγε τοίνυν, ἦν δ᾽ ἐγὼ, εἰς τοὐπίσω· νῦν δὴ γὰρ οὐκ ὀρθῶς τὸ ἑξῆς ἐλάβομεν τῇ γεωμετρίᾳ. Πῶς λαβόντες; ἔφη. Μετὰ ἐπίπεδον, ἦν δ᾽ ἐγὼ, ἐν περιφορᾷ ὂν ἤδη στερεὸν λαβόντες, πρὶν αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ λαβεῖν· ὀρθῶς δὲ ἔχει ἑξῆς μετὰ δευτέραν αὔξην τρίτην λαμβάνειν. ἔστι δέ που τοῦτο περὶ τὴν τῶν κύβων αὔξην καὶ τὸ βάθους μετέχον. Ἔστι γὰρ, ἔφη· ἀλλὰ ταῦτά γε, ὦ Σώκρατες, δοκεῖ οὔπω εὑρῆσθαι. — — — — — — — ἀλλά μοι σαφέστερον εἰπὲ ἃ νῦν δὴ ἔλεγες. τὴν μὲν γάρ που τοῦ ἐπιπέδου πραγματείαν γεωμετρίαν ἐτίθης. Ναὶ, ἦν δ᾽ ἐγώ. Εἶτά γ᾽, ἔφη, τὸ μὲν πρῶτον ἀστρονομίαν μετὰ ταύτην, ὕστερον δ᾽ ἀνεχώρησας. Σπεύδων γὰρ, ἔφην,*

ταχὺ πάντα διεξελθεῖν μᾶλλον βραδύνων· ἐξῆς γὰρ οὖσαν τὴν βάθους αὐξῆς μέθοδον, ὅτι τῇ ζητήσει γελοίως ἔχει, ὑπερβὰς αὐτὴν μετὰ γεωμετρίαν ἀστρονομίαν ἔλεγον, φορὰν οὖσαν βάθους. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Τέταρτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, τιθῶμεν μάθημα ἀστρονομίαν, ὡς ὑπαρχούσης τῆς νῦν παραλειπομένης, ἐὰν αὐτὴν πόλις μετίῃ. Quod Socrates in iis suadet quae non adscripsimus. Cf. p. 527. extr. St.

His docetur primum serio antea Platonem dixisse arithmeticam et geometriam militaribus viris esse utilem, nec iniuria nos statuere in iis tradendis *Πολιτείας* rationem haberi. Nam quid omnino talia commemorare opus erat, si in his de philosophis solummodo, nec de philosophis magistratibus et Republica sermo esset?

Cur hic Platonem de astronomia iam dicere orsum eum sermonem relinquere, et de stereometria primum dicere putemus? Num credibile est Socratem, quum de astronomia dicere vellet, nondum tenuisse, quod de stereometria dicendum esset? Num vel minimam veri speciem habet, Platonem in opere tam praeclaro tam temere quidquam effudisse? Attendendum igitur quod dicit eam scientiam tum nondum inventam esse. Quod si igitur eam statim in disciplinarum chorum recepisset, a verisimilitudine et facilitate dialogi recessisset. Nam verosimile non erat Glauconem stereometriae, artis tum parum aut non cognitae, sponte mentionem facere. Itaque ut sermonis familiaris speciem assimilaret, qui sponte sua profluit, nec praemeditata et ordinata omnia afferre videretur, inter colloquendum demum eam disciplinam omissam esse se sentire simulat. Vides igitur Platonem ipsum exemplo illustrare quam nos in explicando opere sequimur rationem, ac potes inde coniecturam facere, quid putes statuendum videri de libri quinti initio p. 449—451. St.; de eo loco qui est libri quinti p. 457. extr. St. aliisque similibus, de quibus iam dictum est.

Ut reliquas artes ita etiam astronomiam et harmoniam, quae pertinent ad diversa motus genera, eum in finem atque ita disci debere existimat, ut praeparentur mentes ad cognoscendam dialecticam artem s. doctrinam idearum, quarum praecipua est idea boni. Id igitur ut vere fiat curandum esse legum latori

qui munus suum recte implere velit — *ἐάν τι ἡμῶν ὡς νομοθετῶν ὄφελος ᾖ*. Cf. p. 530, C. p. 531, C. p. 531, D. St. quo postremo loco de coniunctione harum artium dicitur.

Tandem his artibus disciplinisque, quas discere debeant custodes futuri perlustratis quum Socrates etiam mutuam earum necessitudinem cognoscendam esse monuisset, *ἀλλὰ πάμπολυ ἔργον λέγεις, ὦ Σώκρατες*, Glauco inquit. *Τοῦ προοιμίου, ἦν δ' ἐγώ, ἢ τίνος λέγεις; ἢ οὐκ ἴσμεν ὅτι πάντα ταῦτα προοίμιά ἐστιν αὐτοῦ τοῦ νόμου, ὃν δεῖ μαθεῖν; οὐ γάρ που δοκοῦσί γέ σοι οἱ ταῦτα δεινοὶ διαλεκτικοὶ εἶναι. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη, εἰ μὴ μάλα γέ τινες ὀλίγοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα. Ἀλλ' ἤδη, εἶπον, μὴ δυνατοί τινες ὄντες δοῦναί τε καὶ ἀποδέξασθαι λόγον εἴσεσθαί ποτέ τι ὧν φαμὲν δεῖν εἰδέναι; Οὐδ' αὖ, ἔφη, τοῦτό γε. Οὐκοῦν, εἶπον, ὦ Γλαύκων, οὗτος ἤδη αὐτός ἐστιν ὁ νόμος ὃν τὸ διαλέγεσθαι περαίνει; ὃν καὶ ὄντα νοητὸν μιμοῖτ' ἂν ἡ τῆς ὄψεως δύναμις, ἣν ἐλέγομεν πρὸς αὐτὰ ἤδη τὰ ζῶα ἐπιχειρεῖν ἀποβλέπειν καὶ πρὸς αὐτὰ ἄστρα τε καὶ τελευταῖον δὴ πρὸς αὐτὸν τὸν ἥλιον. οὕτω καὶ ὅταν τις τῷ διαλέγεσθαι ἐπιχειρῇ ἄνευ πασῶν τῶν αἰσθήσεων διὰ τοῦ λόγου ἐπ' αὐτὸ ὃ ἔστιν ἕκαστον ὁρμᾷν, καὶ μὴ ἀποστῇ, πρὶν ἂν αὐτὸ ὃ ἔστιν ἀγαθὸν αὐτῇ νοήσει λάβῃ, ἐπ' αὐτῷ γίγνεται τῷ τοῦ νοητοῦ τέλει, ὥσπερ ἐκεῖνος τότε ἐπὶ τῷ τοῦ ὁρατοῦ; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Τί οὖν; οὐ διαλεκτικὴν ταύτην τὴν πορείαν καλεῖς; Τί μήν; Ἡ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, λύσις τε ἀπὸ τῶν δεσμῶν καὶ μεταστροφὴ ἀπὸ τῶν σκιῶν ἐπὶ τὰ εἴδωλα καὶ τὸ φῶς καὶ ἐκ τοῦ καταγείου εἰς τὸν ἥλιον ἐπάνοδος καὶ ἐκεῖ πρὸς μὲν τὰ ζῶά τε καὶ φυτὰ καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ἐπ' ἀδυναμίᾳ βλέπειν, πρὸς δὲ τὰ ἐν ὕδασι φαντάσματα θεῖα καὶ σκιὰς τῶν ὄντων, ἀλλ' οὐκ εἰδώλων σκιὰς δι' ἑτέρου τοιούτου φωτὸς ὡς πρὸς ἥλιον κρίνειν ἀποσκιαζομένας, πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία τῶν τεχνῶν, ἃς διήλθομεν, ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν καὶ ἐπαναγωγὴν τοῦ βελτίστου ἐν ψυχῇ πρὸς τὴν τοῦ ἀρίστου ἐν τοῖς οὖσι θέαν, ὥσπερ τότε τοῦ σαφεστάτου ἐν σώματι πρὸς τὴν τοῦ φανοτάτου ἐν τῷ σωματοειδεῖ τε καὶ ὁρατῷ τόπῳ. Ἐγὼ μέν, ἔφη, ἀποδέχομαι οὕτω. καί τοι παντάπασί γέ μοι δοκεῖ χαλεπὰ μὲν ἀποδέχεσθαι εἶναι, ἄλλον δ' αὖ τρόπον χαλεπὰ μὴ ἀποδέχεσθαι. ὅμως δὲ — οὐ γὰρ ἐν τῷ*

νῦν παρόντι μόνον ἀκουστέα, ἀλλὰ καὶ αὖθις πολλάκις ἐπανιτέον — ταῦτα θέντες ἔχειν ὡς νῦν λέγεται*), ἐπ' αὐτὸν δὴ τὸν νόμον ἴωμεν καὶ διέλθωμεν οὕτως, ὥσπερ τὸ προοίμιον διήλθομεν. λέγε οὖν, τίς ὁ τρόπος τῆς τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμεως, καὶ κατὰ ποῖα δὴ εἴδη διέστηκε, καὶ τίνες αὖ ὁδοί. αὗται γὰρ ἂν ἤδη, ὡς ἔοικεν, αἱ πρὸς αὐτὸ ἄγουσαι εἶεν, οἷ ἀφικομένῳ ὥσπερ ὁδοῦ ἀνάπαυλα ἂν εἴη καὶ τέλος τῆς πορείας. Οὐκέτ', ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Γλαύκων, οἷός τ' ἔσῃ ἀκολουθεῖν· ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδὲν ἂν προθυμίας ἀπολίποι**), οὐδ' εἰκόνα ἄν ἔτι οὗ λέγομεν ἴδοις, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἀληθές, ὅ γε δή μοι φαίνεται· εἰ δ' ὄντως ἢ μή, οὐκέτ' ἄξιον τοῦτο διισχυρίζεσθαι· ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ τοιοῦτόν τι ἰδεῖν, ἰσχυριστέον. ἦ γάρ; Τί μήν; Οὐκοῦν καὶ ὅτι ἡ τοῦ διαλέγεσθαι δύναμις μόνη ἂν φήνειεν ἐμπείρῳ ὄντι ὧν νῦν δὴ διήλθομεν, ἄλλῃ δὲ οὐδαμῇ δυνατόν; Καὶ τοῦτ', ἔφη, ἄξιον διισχυρίζεσθαι. Τόδε γοῦν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδεὶς ἡμῖν ἀμφισβητήσει λέγουσιν, ὡς αὐτοῦ γε ἑκάστου πέρι ὅ ἐστιν ἕκαστον οὐκ ἄλλη τις ἐπιχειρεῖ μέθοδος ὁδῷ περὶ παντὸς λαμβάνειν, ἀλλ' αἱ μὲν ἄλλαι πᾶσαι τέχναι ἢ πρὸς δόξας ἀνθρώπων καὶ ἐπιθυμίας εἰσὶν, ἢ πρὸς γενέσεις τε καὶ συνθέσεις, ἢ πρὸς θεραπείαν τῶν φυομένων τε καὶ συντιθεμένων ἅπασαι τετράφαται·

---

*) Pertinere haec videntur ad difficultates in quas incidunt ii, qui ideas esse sumunt. cf. Parmenidem. Eam tamen disputationem ab instituto sermone alienam nunc reiicit. Cur non eodem modo eum reiecturum fuisse putemus, quae libro quinto, sexto et septimo continentur, si a dialogi fine atque consilio vere aliena essent?

**) Ne mireris quod hic Glauconem infirmiorem fingit Plato, quam qui Socratis de idea boni doctrinam penitus percipere possit. Nam ita optime reiicit ampliorem eius rei vere difficillimae explicationem, quae quantum sufficere videbatur ad hunc de Republica sermonem exposita iam erat. In qua re egregie sibi constare videmus auctorem. cf. p. 540, A. St. γενομένων δὲ πεντηκοντούτων τοὺς διασωθέντας καὶ ἀριστεύσαντας πάντα πάντη ἐν ἔργοις τε καὶ ἐπιστήμαις πρὸς τέλος ἤδη ἀκτέον καὶ ἀναγκαστέον ἀνακλίναντας τὴν τῆς ψυχῆς αὐγὴν εἰς αὐτὸ ἀποβλέψαι τὸ πᾶσι φῶς παρέχον, καὶ ἰδόντας τὸ ἀγαθὸν αὐτό, παραδείγματι χρωμένους ἐκείνῳ, καὶ πόλιν καὶ ἰδιώτας καὶ ἑαυτοὺς κοσμεῖν τὸν ἐπίλοιπον βίον ἐν μέρει ἑκάστους, κ. τ. ἑ.

αἱ δὲ λοιπαὶ, ἃς τοῦ ὄντος τι ἔφαμεν ἐπιλαμβάνεσθαι, γεωμετρίαν τε καὶ τὰς ταύτῃ ἑπομένας, ὁρῶμεν ὡς ὀνειρώττουσι μὲν περὶ τὸ ὂν, ὕπαρ δὲ ἀδύνατον αὐταῖς ἰδεῖν, ἕως ἂν ὑποθέσεσι χρώμεναι ταύτας ἀκινήτους ἐῶσι, μὴ δυνάμεναι λόγον διδόναι αὐτῶν. ᾧ γὰρ ἀρχὴ μὲν ὃ μὴ οἶδε, τελευτὴ δὲ καὶ τὰ μεταξὺ ἐξ οὗ μὴ οἶδε συμπέπλεκται, τίς μηχανὴ τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν ποτὲ ἐπιστήμην γενέσθαι; Οὐδεμία, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, ἡ διαλεκτικὴ μέθοδος μόνη ταύτῃ πορεύεται, τὰς ὑποθέσεις ἀναιροῦσα ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν, ἵνα βεβαιώσηται, καὶ τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω, συνερίθοις καὶ συμπεριαγωγοῖς χρωμένη αἷς διήλθομεν τέχναις· ἃς ἐπιστήμας μὲν πολλάκις προσείπομεν διὰ τὸ ἔθος, δέονται δὲ ὀνόματος ἄλλου, ἐναργεστέρου μὲν, ἢ δόξης, ἀμυδροτέρου δὲ, ἢ ἐπιστήμης· διάνοιαν δὲ αὐτὴν ἔν γε τῷ πρόσθεν που ὡρισάμεθα· ἔστι δ' ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐ περὶ ὀνόματος ἡ ἀμφισβήτησις οἷς τοσούτων πέρι σκέψις ὅσων ἡμῖν πρόκειται. Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη. Ἀρέσκει οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, ὥσπερ τὸ πρότερον, τὴν μὲν πρώτην μοῖραν ἐπιστήμην καλεῖν, δευτέραν δὲ διάνοιαν, τρίτην δὲ πίστιν καὶ εἰκασίαν τετάρτην, καὶ ξυναμφότερα μὲν ταῦτα δόξαν, ξυναμφότερα δ' ἐκεῖνα νόησιν, καὶ δόξαν μὲν περὶ γένεσιν, νόησιν δὲ περὶ οὐσίαν, καὶ ὅτι οὐσία πρὸς γένεσιν, νόησιν πρὸς δόξαν, καὶ ὅ τι νόησις πρὸς δόξαν, ἐπιστήμην πρὸς πίστιν καὶ διάνοιαν πρὸς εἰκασίαν· τὴν δ' ἐφ' οἷς ταῦτα ἀναλογίαν καὶ διαίρεσιν διχῇ ἑκατέρου, δοξαστοῦ τε καὶ νοητοῦ, ἐῶμεν, ὦ Γλαύκων, ἵνα μὴ ἡμᾶς πολλαπλασίων λόγων ἐμπλήσῃ, ἢ ὅσων οἱ παρεληλυθότες*). Ἀλλὰ μὲν ἔμοιγ', ἔφη, τά γε ἄλλα, καθόσον δύναμαι ἕπεσθαι, ξυνδοκεῖ. Ἦ καὶ διαλεκτικὸν καλεῖς τὸν λόγον ἑκάστου λαμβάνοντα τῆς οὐσίας; καὶ τὸν μὴ ἔχοντα

*) Aliena in hunc de Republica sermonem immiscere nolle Platonem etiam hoc loco comprobatur. Et si res a dialogi fine vere aliena est, eadem excusatione Platonem uti videmus ut accuratiorem eius explicationem reliciat, qua eum saepius usum esse vidimus, ut res vere omissas et pertractandas, denuo in sermonem recipere posset. Ita quae simulat auctor veris quam simillima fiunt, et pendet omne de singulis locis iudicium ex totius sermonis indole et natura dialogi.

καθ' ὅσον ἂν μὴ ἔχῃ λόγον αὐτῷ τε καὶ ἄλλῳ διδόναι, κατὰ τοσοῦτον νοῦν περὶ τούτου οὐ φήσεις ἔχειν; Πῶς γὰρ ἂν, ἦ δ' ὅς, φαίην; Οὐκοῦν καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ὡσαύτως· ὃς ἂν μὴ ἔχῃ διορίσασθαι τῷ λόγῳ ἀπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἀφελὼν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν, καὶ ὥσπερ ἐν μάχῃ διὰ πάντων ἐλέγχων διεξιὼν, μὴ κατὰ δόξαν, ἀλλὰ κατ' οὐσίαν προθυμούμενος ἐλέγχειν, ἐν πᾶσι τούτοις ἀπτῶτι τῷ λόγῳ διαπορεύηται, οὔτε αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν φήσεις εἰδέναι τὸν οὕτως ἔχοντα οὔτε ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν, ἀλλ' εἴ πῃ εἰδώλου τινὸς ἐφάπτεται, δόξῃ, οὐκ ἐπιστήμῃ ἐφάπτεσθαι καὶ τὸν νῦν βίον ὀνειροπολοῦντα καὶ ὑπνώττοντα, πρὶν ἐνθάδε ἐξέγρεσθαι, εἰς Ἅιδου πρότερον ἀφικόμενον τελέως ἐπικαταδαρθάνειν; Νὴ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, σφόδρα γε πάντα ταῦτα φήσω. Ἀλλὰ μὴν τούς γε σαυτοῦ παῖδας, οὓς τῷ λόγῳ τρέφεις τε καὶ παιδεύεις, εἴ ποτε ἔργῳ τρέφοις, οὐκ ἂν ἐάσαις, ὡς ἐγῷμαι, ἀλόγους ὄντας ὥσπερ γραμμὰς ἄρχοντας ἐν τῇ πόλει κυρίους τῶν μεγίστων εἶναι. Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη. Νομοθετήσεις δὴ αὐτοῖς ταύτης μάλιστα τῆς παιδείας ἀντιλαμβάνεσθαι, ἐξ ἧς ἐρωτᾷν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστημονέστατα οἷοί τ' ἔσονται; Νομοθετήσω, ἔφη, μετά γε σοῦ. Ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι, ἔφην ἐγὼ, ὥσπερ θριγκὸς τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι, καὶ οὐκέτ' ἄλλο τούτου μάθημα ἀνωτέρω ὀρθῶς ἂν ἐπιτίθεσθαι, ἀλλ' ἔχειν ἤδη τέλος τὰ τῶν μαθημάτων; Ἔμοιγ', ἔφη. Cf. p. 531. med. Steph. Dialectica in idearum doctrina versatur, et in summa omnium, idea boni. Quam qui recte cognoverint ii ad finem omnium studiorum pervenisse putandi sunt. Eam igitur custodes s. rectores perfectae huius Reipublicae cognoscere debent. Eorum enim munus est in condenda et regenda Republica ideam boni, h. e. summam perfectionis speciem, neque Deum, tanquam normam et regulam sequi. Rem ita esse ut nos dicimus cum ex iis quae hoc loco leguntur, quibus nunc bonum, quod antea, quia humanam cognitionem superat, quia aliunde derivatum non est, sed reliquae ideae omnes ab eo derivantur, non esse ἀλήθειαν, lib. VI. p. 508, E., neque οὐσίαν, VI. 509, B., dixerat, τοῖς οὖσι annumerat, idque eodem modo cognosci ait quo reliquas ideas, dialectica, iisdem etiam de eo

terminis usus, quibus ideas insignire solet, tum ex eo patere arbitramur, quod finito de singulis disciplinis sermone, antequam ad hunc ipsum de dialectica sermonem transiret, omnium studiorum finem indicans id quod pulchrum esset cum bono coniunxit. Cf. p. 531, C. *Δαιμόνιον γὰρ ἔφη, πρᾶγμα λέγεις. Χρήσιμον μὲν οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ ζήτησιν, ἄλλως δὲ μεταδιωκόμενον ἄχρηστον.* Cf. et p. 520, C. Ita nos sequentes ipsius Platonis vestigia de hac operis parte iudicamus. Aliter Schleiermacherus: «Die erste Erörterung nun über die Verbindung der Geschlechter unter der herrschenden Abtheilung des Staates, bezieht sich fast ausschliessend auf jenen dem Platon eigenthümlichen urbildlichen Staat, die zweite aber, von der Bildung zu dem was diese Männer und Frauen in sich vereinigen sollen, und besonders zur Philosophie handelnd, hat natürlich eine weit allgemeinere Abzweckung, und ist als weitere Fortsetzung dessen, was in den ersten Büchern über die allgemeinen Bildungsmittel für die erste Jugend gesagt worden ist, gleichsam eine allgemeine platonische Enkyklopaedie und Methodologie für alle Wissenschaft, aus pädagogischem Standpunkt freilich, aber doch in dem allgemeinsten Sinne, wie überhaupt eine durchgebildete Anordnung des Lebens in hellenischem Geiste die höchste Aufgabe der Philosophie war.» Cf. introd. p. 31. tollens partium dialogi necessitudinem internam, qua efficitur ut omnis sermo uno quasi tenore profluat, ad eundem finem spectet; negligens ipsius auctoris testimonium: *Ἀλλὰ μὴν τούς γε σαυτοῦ παῖδας, οὓς τῷ λόγῳ τρέφεις τε καὶ παιδεύεις, εἴ ποτε ἔργῳ τρέφοις, οὐκ ἂν ἐάσαις, ὡς ἐγῷμαι, ἀλόγους ὄντας ὥσπερ γραμμὰς ἄρχοντας ἐν τῇ πόλει κυρίους τῶν μεγίστων εἶναι. Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη.*—negligens regulas a summis antiquitatis scriptoribus in condendis operibus et observatas et commendatas, cf. Horatium artis poëticae initio et Phaedrum Platonis p. 264, C.; pugnans adeo secum ipse: «Dieser ganze *vierte Haupttheil* knüpft sich an die Forderung des Adeimantos, dass Sokrates, ehe er auf die vorgezeichnete Weise weiter gehe, zuvor noch zur Vollendung des als Vorbild aufgestellten Staates, auch die eigenthümliche Erziehung derer, welche darin zur Regierung und Vertheidigung bestimmt sind, darstellen, und sich

zugleich über die Geschlechtsverbindungen, aus welchen sie hervorgehn, näher als vorher geschehen erklären möge; und zwar fordert er dieses als etwas höchst wichtiges, nicht etwa für die Frage von der Gerechtigkeit, *sondern für die richtige Verfassung des Staates, so dass also gegen jede etwanige gekünstelte Anwendung des in diesen Büchern Verhandelten auf jene Hauptfrage von der Gerechtigkeit in der einzelnen Seele und von dem Verhältniss des gerechten Lebens zur Glückseligkeit schon hiedurch protestirt wird.*» Cf. l. l. p. 31. Vix fieri posse credas. ut idem vir doctus et sagacissimus non dico eodem libro, sed eadem pagina tam pugnantia secum efferat. Ad civitatem igitur pertinere necesse est hanc etiam sermonis partem.

SECTIO III.

Ac vere civitatis tantum perfectae gratia haec omnia dixisse Socratem iam sequentia docebunt, quibus quae de philosophis dicta sunt omnia ita concluduntur, et in ipsam de Republica disputationem includuntur, ut hanc de philosophis disputationem integram esse sermonis de Republica partem, nec sine totius aedificii labe divellendam, facile quivis intelligat. *Διανομὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ λοιπόν σοι, τίσι ταῦτα τὰ μαθήματα δώσομεν καὶ τίνα τρόπον. Δῆλον, ἔφη. Μέμνησαι οὖν τὴν προτέραν ἐκλογὴν τῶν ἀρχόντων, οἵους ἐξελέξαμεν; Πῶς γὰρ, ἦ δ' ὅς, οὔ; Τὰ μὲν ἄλλα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἐκείνας τὰς φύσεις οἷον δεῖν ἐκλεκτέας εἶναι· τούς τε γὰρ βεβαιοτάτους καὶ τοὺς ἀνδρειοτάτους προαιρετέον καὶ κατὰ δύναμιν τοὺς εὐειδεστάτους· πρὸς δὲ τούτοις ζητητέον μὴ μόνον γενναίους τε καὶ βλοσυροὺς τὰ ἤθη, ἀλλὰ καὶ οἷα τῇδε τῇ παιδείᾳ τῆς φύσεως πρόσφορα ἐκτέον αὐτοῖς. Ποῖα δὴ διαστέλλει; Δριμύτητα, ὦ μακάριε, ἔφην, δεῖ αὐτοῖς πρὸς τὰ μαθήματα ὑπάρχειν καὶ μὴ χαλεπῶς μανθάνειν· πολὺ γάρ τοι μᾶλλον ἀποδειλιῶσι ψυχαὶ ἐν ἰσχυροῖς μαθήμασιν, ἢ ἐν γυμνασίοις· οἰκειότερος γὰρ αὐταῖς ὁ πόνος, ἴδιος, ἀλλ' οὐ κοινὸς ὢν μετὰ τοῦ σώματος. Ἀληθῆ, ἔφη. Καὶ μνήμονα δὴ καὶ ἄῤῥατον καὶ πάντη φιλόπονον ζητητέον. ἢ τίνι τρόπῳ οἴει τά τε τοῦ σώματος ἐθελήσειν τινὰ διαπονεῖν καὶ τοσαύτην μάθησίν τε καὶ μελέτην ἐπιτελεῖν; Οὐδένα, ἦ δ' ὅς, ἐὰν μὴ παν-*

τάπασί γ' ἦ εὐφυής. Τὸ γοῦν νῦν ἁμάρτημα, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ ἀτιμία φιλοσοφίᾳ διὰ ταῦτα προσπέπτωκεν, ὃ καὶ πρότερον εἶπον, ὅτι οὐ κατ' ἀξίαν αὐτῆς ἅπτονται· οὐ γὰρ νόθους ἔδει ἅπτεσθαι, ἀλλὰ γνησίους. Πῶς; ἔφη. Πρῶτον μέν, εἶπον, φιλοπονίᾳ οὐ χωλὸν δεῖ εἶναι τὸν ἁψόμενον, τὰ μὲν ἡμίσεα φιλόπονον, τὰ δὲ ἡμίσεα ἄπονον. ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν τις φιλογυμναστὴς μὲν καὶ φιλόθηρός ᾖ καὶ πάντα τὰ διὰ τοῦ σώματος φιλοπονῇ, φιλομαθὴς δὲ μὴ, μηδὲ φιλήκοος μηδὲ ζητητικὸς, ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις μισοπονῇ· χωλὸς δὲ καὶ ὁ τἀναντία τούτου μεταβεβληκὼς τὴν φιλοπονίαν. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν καὶ πρὸς ἀλήθειαν, ἦν δ' ἐγώ, ταὐτὸν τοῦτο ἀνάπηρον ψυχὴν θήσομεν, ἣ ἂν τὸ μὲν ἑκούσιον ψεῦδος μισῇ καὶ χαλεπῶς φέρῃ αὐτή τε καὶ ἑτέρων ψευδομένων ὑπεραγανακτῇ, τὸ δ' ἀκούσιον εὐκόλως προσδέχηται καὶ ἀμαθαίνουσά που ἁλισκομένη μὴ ἀγανακτῇ, ἀλλ' εὐχερῶς ὥσπερ θηρίον ἥειον ἐν ἀμαθίᾳ μολύνηται; Παντάπασι μέν οὖν, ἔφη. Καὶ πρὸς σωφροσύνην, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἀνδρίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν καὶ πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς μέρη οὐχ ἥκιστα δεῖ φυλάττειν τὸν νόθον τε καὶ τὸν γνήσιον. ὅταν γάρ τις μὴ ἐπίστηται τὰ τοιαῦτα σκοπεῖν καὶ ἰδιώτης καὶ πόλις, λανθάνουσι χωλοῖς τε καὶ νόθοις χρώμενοι πρὸς ὅτι ἂν τύχωσι τούτων, οἱ μὲν φίλοις, οἱ δὲ ἄρχουσι. Καὶ μάλα, ἔφη, οὕτως ἔχει. Ἡμῖν δὴ, ἦν δ' ἐγώ, πάντα τὰ τοιαῦτα διευλαβητέον, ὡς ἐὰν μὲν ἀρτιμελεῖς τε καὶ ἀρτίφρονας ἐπὶ τοσαύτην μάθησιν καὶ τοσαύτην ἄσκησιν κομίσαντες παιδεύωμεν, ἥ τε δίκη ἡμῖν οὐ μέμψεται αὐτὴ, τήν τε πόλιν καὶ πολιτείαν σώσομεν, ἀλλοίους δὲ ἄγοντες ἐπὶ ταῦτα τἀναντία πάντα καὶ πράξομεν καὶ φιλοσοφίας ἔτι πλείω γέλωτα καταντλήσομεν. Αἰσχρὸν μέντ' ἂν εἴη, ἦ δ' ὅς. Πάνυ μὲν οὖν, εἶπον. γελοῖον δ' ἔγωγε καὶ ἐν τῷ παρόντι ἔοικα παθεῖν. Τὸ ποῖον; ἔφη. Ἐπελαθόμην, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἐπαίζομεν, καὶ μᾶλλον ἐντεινάμενος εἶπον. λέγων γὰρ ἅμα ἔβλεψα πρὸς φιλοσοφίαν καὶ ἰδὼν προπεπηλακισμένην ἀναξίως ἀγανακτήσας μοι δοκῶ καὶ ὥσπερ θυμωθεὶς τοῖς αἰτίοις σπουδαιότερον εἰπεῖν ἃ εἶπον. Cf. p. 535. sqq. St. Quorsum pertinet id quod dicit Plato se *servaturos esse urbem atque rempublicam*, si vitio careat philosophorum electio, contraria autem facturos si indignos elegerint? Nam verba, καὶ φιλοσοφίας ἔτι πλείω γέλωτα καταν-

τλήσομεν, ipsa quoque docent, de Republica hoc loco sermonem esse. Ita enim dicta sunt, quasi non per ludum, sed serio haec civitas conderetur, et philosophi vere ad eius gubernacula accederent. Vides igitur hoc loco non de civitate solum sermonem esse, sed ita institui eum sermonem, ut Plato ab interna rerum veritate se interdum ita abripi sinat, quasi haec vere agantur. Civitatem igitur hanc animo et cogitatione exstructam videns, et philosophos in ea gubernacula tenentes, memor calumniarum quae in philosophiam coniicerentur, curam adhibendam esse declarat, diligenti magistratuum electione, ne id denuo philosophis accidat. Haec ipsa igitur philosophiae defensio eum in finem facta est, ne quis dubitaret quin eiusmodi viri reipublicae rectores constituendi sint. Ceterum describens Plato custodum ingenia, quibus natura praediti esse debeant, et belli munerum et philosophiae aequaliter rationem habet, atque ita hanc de magistratibus disputationem, cum idea boni, tanquam summo reipublicae principio necessario coniunctam, priori operis parti, quae in iustitia tanquam fundamento nititur, annectit.

Tum explicaturus τίνα τρόπον δοτέον εἴη τὰ μαθήματα ταῦτα ita dicere incipit: τόδε δὲ μὴ ἐπιλανθανώμεθα, ὅτι ἐν μὲν τῇ προτέρᾳ ἐκλογῇ πρεσβύτας ἐξελέγομεν, ἐν δὲ ταύτῃ οὐκ ἐγχωρήσει*). Σόλωνι γὰρ οὐ πειστέον, ὡς γηράσκων τις πολλὰ δυνατὸς μανθάνειν, ἀλλ' ἧττον, ἢ τρέχειν· νέων δὲ πάντες οἱ μεγάλοι καὶ οἱ πολλοὶ πόνοι. Ἀνάγκη, ἔφη. Τὰ μὲν τοίνυν λογισμῶν τε καὶ γεωμετριῶν καὶ πάσης τῆς προπαιδείας, ἣν τῆς διαλεκτικῆς δεῖ προπαιδευθῆναι, παισὶν οὖσι χρὴ προβάλλειν, οὐχ ὡς ἐπάναγκες μαθεῖν τὸ σχῆμα τῆς διδαχῆς ποιουμένους. Τί δή; Ὅτι, ἦν δ' ἐγώ, οὐδὲν μάθημα μετὰ δουλείας τὸν ἐλεύθερον χρὴ μανθάνειν. οἱ μὲν γὰρ τοῦ σώματος πόνοι βίᾳ πονούμενοι χεῖρον οὐδὲν τὸ σῶμα ἀπεργάζονται, ψυχῇ δὲ βίαιον οὐδὲν ἔμμονον μάθημα. Ἀληθῆ, ἔφη. Μὴ τοίνυν βίᾳ,

*) Num quid potest esse apertius, quam quod antea diximus, priores Reipublicae libros quatuor alteram tantum partem eorum quae de perfecta civitate dicenda essent continere, et fundamenta tantum totius operis iacta esse, quibus reliqua superstruerentur, ipsam civitatis perfectae absolutionem, s. civitatis perfectae partem alteram libro V. VI. VII. inesse?

εἶπον, ὦ ἄριστε, τοὺς παῖδας ἐν τοῖς μαθήμασιν, ἀλλὰ παίζον τας τρέφε, ἵνα καὶ μᾶλλον οἵάς τ' ἦς καθορᾶν ἐφ' ὃ ἕκαστος πέφυκεν. Ἔχει ὃ λέγεις, ἔφη, λόγον. Οὐκοῦν μνημονεύεις, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι καὶ εἰς τὸν πόλεμον ἔφαμεν τοὺς παῖδας εἶναι ἀκτέον ἐπὶ τῶν ἵππων θεωροὺς, καὶ ἐάν που ἀσφαλὲς ᾖ, προσακτέον ἐγγὺς καὶ γευστέον αἵματος, ὥσπερ τοὺς σκύλακας; Μέμνημαι, ἔφη*). Ἐν πᾶσι δὴ τούτοις, ἦν δ' ἐγὼ, τοῖς τε πόνοις καὶ μαθήμασι καὶ φόβοις ὃς ἂν ἐντρεχέστατος ἀεὶ φαίνηται, εἰς ἀριθμόν τινα ἐγκριτέον. Ἐν τίνι, ἔφη, ἡλικίᾳ; Ἡνίκα, ἦν δ' ἐγὼ, τῶν ἀναγκαίων γυμνασίων μεθίενται. οὗτος γὰρ ὁ χρόνος, ἐάν τε δύο ἐάν τε τρία ἔτη γίγνηται, ἀδύνατός τι ἄλλο πρᾶξαι· κόποι γὰρ καὶ ὕπνοι μαθήμασι πολέμιοι· καὶ ἅμα μία καὶ αὕτη τῶν βασάνων οὐκ ἐλαχίστη, τίς ἕκαστος ἐν τοῖς γυμνασίοις φανεῖται. Πῶς γὰρ οὔκ; ἔφη. Μετὰ δὴ τοῦτον τὸν χρόνον, ἦν δ' ἐγὼ, ἐκ τῶν εἰκοσιν ἐτῶν οἱ προκριθέντες τιμάς τε μείζους τῶν ἄλλων οἴσονται, τά τε χύδην μαθήματα παισὶν ἐν τῇ παιδείᾳ γενόμενα τούτοις συνακτέον εἰς σύνοψιν οἰκειότητος ἀλλήλων τῶν μαθημάτων καὶ τῆς τοῦ ὄντος φύσεως. Μόνη γοῦν, εἶπον, ἡ τοιαύτη μάθησις βέβαιος ἐν οἷς ἂν ἐγγένηται. Καὶ μεγίστη γε, ἦν δ' ἐγὼ, πεῖρα διαλεκτικῆς φύσεως καὶ μή. ὁ μὲν γὰρ συνοπτικὸς διαλεκτικός, ὁ δὲ μὴ οὔ. Ξυνοίομαι, ἦ δ' ὅς. Ταῦτα τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, δεήσει σε ἐπισκοποῦντα οἳ ἂν μάλιστα τοιοῦτοι ἐν αὐτοῖς ὦσι καὶ μόνιμοι μὲν ἐν μαθήμασι, μόνιμοι δ' ἐν πολέμῳ καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις, τούτους αὖ, ἐπειδὰν τὰ τριάκοντα ἔτη ἐκβαίνωσιν, ἐκ τῶν προκρίτων προκρινάμενον εἰς μείζους τε τιμὰς καθιστάναι καὶ σκοπεῖν τῇ τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμει βασανίζοντα, τίς ὀμμάτων καὶ τῆς ἄλλης αἰσθήσεως δυνατὸς μεθιέμενος ἐπ' αὐτὸ τὸ ὂν μετ' ἀληθείας ἰέναι. Cf. p. 536, C. X. sqq. St. Tum, postquam docuit hac in re multa cautione opus esse, ita pergit: Ἀρκεῖ δὴ ἐπὶ λόγων μεταλήψει μεῖναι ἐνδελεχῶς καὶ ξυντόνως μηδὲν ἄλλο πράττοντι, ἀλλ' ἀντιστρόφως γυμναζομένῳ τοῖς περὶ τὸ σῶμα γυμνασίοις, ἔτη διπλάσια, ἢ τότε; Ὅ ξ,

*) Cur, nisi in civitate versaretur sermo, repetere putemus hoc loco philosophum, quod pueri etiam in bellum ducendi sint et assuefaciendi caedibus?

ἔφη, ἢ τέτταρα λέγεις; Ἀμέλει, εἶπον, πέντε θές. Cf. p. 539, D. Quos ita disciplinis institutos et examinatos non his solum, quas antea perlustravimus sed gymnasticis etiam exercitationibus atque bello, ut perpetuam, in his Reipublicae rationem haberi appareat, et, Pythagoraeorum more, per varios *honorum gradus* ad contuendam ideam boni adductos, rursum removet a philosophiae studiis: μετὰ γὰρ τοῦτο καταβιβαστέοι ἔσονταί σοι εἰς τὸ σπήλαιον πάλιν ἐκεῖνο, καὶ ἀναγκαστέοι ἄρχειν τά τε περὶ τὸν πόλεμον καὶ ὅσαι νέων ἀρχαί, ἵνα μηδ' ἐμπειρίᾳ ὑστερῶσι τῶν ἄλλων. Καὶ ἔτι καὶ ἐν τούτοις βασανιστέοι εἰ ἐμμενοῦσιν ἑλκόμενοι πανταχόσε ἤ τι καὶ παρακινήσουσιν, χρόνον δὲ, ἦ δ' ὅς, πόσον τοῦτον τίθης; Πεντεκαίδεκα ἔτη, ἦν δ' ἐγώ. Attendas mihi in his ad annorum rationem. Ἡνίκα, inquit, τῶν ἀναγκαίων γυμνασίων μεθίενται, (h. e. vicesimo ferme aetatis anno) in quibus duo vel tres annos permanent, ad synopsin disciplinarum adducendos putat, ita tamen, ut eodem hoc tempore rei militari operam navent. Tricesimum aetatis annum egressi per quinque annos dialecticae student. *Eosdem tum quindecim annos inde ab aetatis anno trigesimo quinto usque ad quinquagesimum relictis literarum studiis reipublicae operam navare vult.* Num haec tibi convenire videntur eorum sententiae, qui in his philosophiae praecipuam rationem haberi putant? Nonne tum haec omnino omitti poterant? Nonne sine vituperatione multo angustius temporis spatium definire potuisset, quo a literis divellerentur? Nonne eo quod quindecim aetatis annos, studiis vel aptissimos ex media vita tollit, ἵνα μηδ' ἐμπειρίᾳ ὑστερῶσι τῶν ἄλλων, apertissime significavit, philosophiae studium hic non sua gratia, sed propter Rempublicam tractari? Conferas quae quarti libri initio hunc in finem disputata sunt, et revoces tibi in memoriam miserum eorum statum, qui in isto σπηλαίῳ inclusi tenentur, si comparetur cum beatitate eorum qui ad lucem evecti sunt, tum non amplius dubitabis quin haec ita sint, ut diximus. Pergamus: γενομένων δὲ πεντηκοντούτων τοὺς διασωθέντας καὶ ἀριστεύσαντας πάντα πάντη ἐν ἔργοις τε καὶ ἐπιστήμαις πρὸς τέλος ἤδη ἀκτέον, καὶ ἀναγκαστέον ἀνακλίναντας τὴν τῆς ψυχῆς αὐγὴν εἰς αὐτὸ ἀπο-

βλέψαι τὸ πᾶσι φῶς παρέχον, καὶ ἰδόντας τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ, παραδείγματι χρωμένους ἐκείνῳ, καὶ πόλιν καὶ ἰδιώτας καὶ ἑαυτοὺς κοσμεῖν τὸν ἐπίλοιπον βίον ἐν μέρει ἑκάστους, τὸ μὲν πολὺ πρὸς φιλοσοφίαν διατρίβοντας, ὅταν δὲ τὸ μέρος ἥκῃ, πρὸς πολιτικοῖς ἐπι ταλαιποροῦντας καὶ ἄρχοντας ἑκάστους τῆς πόλεως ἕνεκα, οὐχ ὡς καλόν τι, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον πράττοντας καὶ οὕτως ἄλλους ἀεὶ παιδεύσαντας, τοιούτους, ἀντικαταλιπόντας τῆς πόλεως φύλακας, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντας οἰκεῖν· μνημεῖα δ' αὐτοῖς καὶ θυσίας τὴν πόλιν δημοσίᾳ ποιεῖν, ἐὰν καὶ ἡ Πυθία ξυναναιρῇ, ὡς δαίμοσιν, εἰ δὲ μή, ὡς εὐδαίμοσί τε καὶ θείοις. Cf. p. 540. St. Ne quinquagenariis igitur quidem quietem dat a rebus publicis, sed etiamsi molestum iis futurum sit id negotium ad reipublicae gubernacula eos collocat. Intelligitur ex his cur tanto studio de custodum studiis, de dialectica, de ideis et praecipua omnium, idea boni, dixerit. Custodes enim ideam boni tanquam exemplar intuentes et civitatem et privatos et semet ipsos ornare debent per reliquam aetatem — παραδείγματι χρωμένους ἐκείνῳ καὶ πόλιν καὶ ἰδιώτας καὶ ἑαυτοὺς κοσμεῖν. *Est igitur idea boni principium perfectae civitatis.* Ad civitatem vero pertinere hunc omnem de philosophis sermonem, etiam inde apparet, quod iis vult publice mobeatis atque divinis. — Tum ita pergit Glauco: Παγκάλους, ἔφη, τοὺς ἄρχοντας, ὦ Σώκρατες, ὥσπερ ἀνδριαντοποιούς, numenta poni et sacrificia fieri ut daemonibus, aut saltem ut ἀπείργασαι. Καὶ τὰς ἀρχούσας γε, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ Γλαύκων. μηδὲν γάρ τι οἷόν με περὶ ἀνδρῶν εἰρηκέναι μᾶλλον ἢ εἴρηκα, ἢ περὶ γυναικῶν, ὅσαι ἂν αὐτῶν ἱκαναὶ τὰς φύσεις ἐγγίγνωνται. Ὀρθῶς, ἔφη, εἴπερ ἴσα γε πάντα τοῖς ἀνδράσι κοινωνήσουσιν, ὡς διήλθομεν*). Τί οὖν; ἔφην· ξυγχωρεῖτε περὶ τῆς πόλεώς τε καὶ πολιτείας μὴ παντάπασιν ἡμᾶς εὐχὰς εἰρηκέναι, ἀλλὰ χαλεπὰ μὲν, δυνατὰ δέ

*) Istud quidem de communicato viros inter feminasque imperio reipublicae, non facile quisquam alio nisi ad rempublicam trahet.

πη, καὶ οὐκ ἄλλη, ἢ εἴρηται, ὅταν οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφοι δυνάσται, ἢ πλείους ἢ εἷς, ἐν πόλει γενόμενοι τῶν μὲν νῦν τιμῶν καταφρονήσωσιν, ἡγησάμενοι ἀνελευθέρους εἶναι καὶ οὐδενὸς ἀξίας, τὸ δὲ ὀρθὸν περὶ πλείστου ποιησάμενοι καὶ τὰς ἀπὸ τούτου τιμάς, μέγιστον δὲ καὶ ἀναγκαιότατον τὸ δίκαιον, καὶ τούτῳ δὴ ὑπηρετοῦντές τε καὶ αὔξοντες αὐτὸ διασκευωρήσωνται τὴν ἑαυτῶν πόλιν*); Πῶς; ἔφη. Ὅσοι μὲν ἂν, ἦν δ' ἐγώ, πρεσβύτεροι τυγχάνωσι δεκετῶν ἐν τῇ πόλει, πάντας ἐκπέμψωσιν εἰς τοὺς ἀγροὺς, τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν παραλαβόντες ἐκτὸς τῶν νῦν ἠθῶν, ἃ καὶ οἱ γονῆς ἔχουσι, θρέψωνται ἐν τοῖς σφετέροις τρόποις καὶ νόμοις, οὗσιν οἵοις διεληλύθαμεν τότε, καὶ οὕτω τάχιστά τε καὶ ῥᾷστα πόλιν τε καὶ πολιτείαν, ἣν ἐλέγομεν, καταστᾶσαν αὐτήν τε εὐδαιμονήσειν καὶ τὸ ἔθνος, ἐν ᾧ ἂν ἐγγένηται, πλεῖστα ὀνήσειν. Πολύ γ', ἔφη καὶ ὡς ἂν γένοιτο, εἴπερ ποτὲ γίγνοιτο, δοκεῖς μοι, ὦ Σώκρατες, εὖ εἰρηκέναι. Cf. p. 540, St. Omnis qui praecesserat sermo ad civitatem pertinebat; de philosophis autem magistratibus eam ob causam dixit, ut perfectae huius civitatis descriptio ita absolveretur. Totus igitur sermo habitus ad hunc usque locum ad civitatem pertinet, ita quidem ut fieri adeo posse hanc civitatem docuisse sibi videatur Plato. Hoc autem tanto gravius videri debet, quod in fine libri et totius de perfecta Republica disputationis positum, clare docet, quo omnia dicta pertineant. Cum vero parvulos, decem annos natos, philosophis tradit, ut moribus eos suis legibusque instituant, et perfectam hanc civitatem ita condant, num eum virtutis illustrandae gratia hanc civitatem con-

*) Ita perspicitur ei qui perfectam rempublicam describere vellet antea explicandam fuisse iustitiam. Agnoscit autem gradus quosdam iustitiae, quippe quae perfectionem admittat ex idea boni repetendam. Iustitia enim est principium civitatis humanum, idea boni est principium civitatis divinum. Itaque utriusque ratio habenda erat in ea civitate, quae ex hominibus constaret, summam tamen perfectionem appeteret. Cf. lib. VII, p. 517. D. E.

didisse putabis? Quam diligenter igitur rerum naturam s. experientiam, quam vocant, in exstruenda hac civitate sua in rationem vocaverit, ex hac ipsa re potest intelligi, quod decem annos natos philosophis tradit, seniores parum aptos iudicans huic civitati, Moysis, summi viri quem omnes admirantur, hac in re iudicium secutus. — Quae quum dixisset Socrates ita claudit hunc de civitate sermonem: *Οὐκοῦν ἄδην ἤδη, εἶπον ἐγώ, ἔχουσιν ἡμῖν οἱ λόγοι περί τε τῆς πόλεως ταύτης καὶ τοῦ ὁμοίου ταύτῃ ἀνδρός; δῆλος γάρ που καὶ οὗτος, οἷον φήσομεν δεῖν αὐτὸν εἶναι. Δῆλος, ἔφη· καὶ ὅπερ ἐρωτᾷς, δοκεῖ μοι τέλος ἔχειν.* Fuerunt qui ex hoc loco aliisque similibus collegerunt, Platonis in scribenda republica consilium fuisse proponere virum iustum iustamque civitatem. Cf. Stallbaum. l. c. p. XXV. sqq. Quam huius sententiae suae causam p. XXVI. et XXVIII. extr. sqq. Stallbaumius attulit — quaestionem de optimi hominis moribus et de perfecta republica agitatam talem esse putans, ut altera sine altera intelligi non possit — in eo falsus est. Nam disputatio de hominis optimi moribus intelligi sane potest sine disputatione de civitate. Quod nisi ita esset, omnes qui de moribus scripserunt, civitatem in auxilium vocare debuissent. Nam etiamsi, ut virtutis studium adiuvetur, civitatem ita moratam esse oporteat, ut hominum in ipsa degentium virtutem omnibus modis foveat alat atque augeat, tamen ea res ad virtutis notionem inveniendam, et ad condendam doctrinam moralem, nihil conferre videtur. Quare omnia quae a Stallbaumio p. XLIII. sqq. in hunc finem dicta sunt, non aliud probant, quam doctrinam de perfecta civitate condi non posse sine virtute, non contra. Sed hic multum cautionis adhibendum est videndumque, num quaestio de moribus agitata sua gratia instituta sit, an civitatis causa, quod nos ostendimus.

Ac profecto ea quae de iustitia dicenda fuerunt, si civitatis gratia ea disputatio institueretur, brevioribus non poterant explicari. Nam omnis de iustitia disputatio inclusa est libro IV. p. 435 — 445. St. — Attendendum autem hoc loco non sermonem esse de viro iusto, sed de eo qui similis sit huic civitati. Nam in proximis libris non ex iustitia, sed ex idea boni omnia

repetuntur; et verba δῆλος γάρ που καὶ οὗτος, οἷον φήσομεν δεῖν αὐτὸν εἶναι. Δῆλος, ἔφη· docent non singulatim de viro huic civitati simili dictum esse, sed inclusum eum esse in hac civitatis descriptione. Quod nisi res ita esset, haec doceri opus non erat, quemadmodum nec docuit Plato dictum esse de civitate, et satis habuit commemorare, finitum nunc esse hunc de civitate sermonem. Quod si quid ego video viri perfectae civitatis similis hoc loco non aliter fit mentio, quam in sequentibus diversarum civitatum viros, qui earundem indolem referant commemorari videmus, ut intelligamus, unde omnes civitates originem habeant, et quid in iudicio de iis ferendo respiciendum sit. Cf. lib. VIII. p. 543. E. 544, D. 548. extr. 550, C. sqq. 553. in. 558, C. lib. IX. 571. in. St. Ceterum negari non potest adiuvari istis falsam speciem de Operis fine excitatam, et annecti ita commode haec iis quae de iustitia antea dixerat et adhuc dicere volebat. Nam totum opus de Republica in quaestionem de iustitia quasi formam inclusum est. Ita nec sine consilio paulo ante, etsi obiter tantum, iustitiae mentionem fieri vidimus. Cf. p. 540. E. St. Summa igitur disputationis nostrae haec est: omnia, quae ad hunc usque locum a libri secundi p. 368. St. dicta sint, de civitate perfecta dicta esse, eiusque disputationis hunc esse finem.

Septimi libri finem recte ac suo loco positum esse, ostenditur.

Finem septimi huius libri recte a sequente octavo libro disiungi nemo est qui neget. Itaque tantum restat ut ostendamus hunc septimum librum recte a proximo priore libro disiunctum videri, quod ex ipso huius libri argumento apparebit. Totius vero libri argumentum ad hoc redit, ut disciplinae quibus custodes et rectores futuri instituendi sint enarrentur, temporaque quando tradendae sint proponantur. Quod de septimo libro omnes concedunt, eum recte ab octavo disiungi, idem de quarti

libri fine interpretes ad unum omnes confitentur. Ita mira prodit partium Operis aequalitas, quam fortuitam esse aut grammaticis deberi, cf. Wolf. Proll. ad Homer. p. CCLII., vix mihi persuaserim. Nam secundus, tertius, quartus liber, i. e. tres libri, τὸ ἀνδρεῖον δρᾶμα, cf. initium quinti libri, quintus, sextus, septimus liber, item tres libri, τὸ γυναικεῖον δρᾶμα continent, primus liber prooemii instar est.

Reipublicae liber octavus.

SECTIO I.

Octavi libri initio in hunc modum Socrates loquitur: *Εἶεν ταῦτα μὲν δὴ ὡμολόγηται, ὦ Γλαύκων, τῇ μελλούσῃ ἄκρως οἰκεῖν πόλει κοινὰς μὲν γυναῖκας, κοινοὺς δὲ παῖδας εἶναι καὶ πᾶσαν παιδείαν, ὡσαύτως δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα κοινὰ ἐν πολέμῳ τε καὶ εἰρήνῃ, βασιλέας δὲ αὐτῶν εἶναι τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ τε καὶ πρὸς τὸν πόλεμον γεγονότας ἀρίστους.* *Ὡμολόγηται, ἔφη.* Repetit Socrates hoc loco breviter ea quae dicta erant quinto sexto septimoque libro, quae ad civitatem omnia pertinent. Tum ita pergit: *Καὶ μὴν καὶ τάδε ξυνεχωρήσαμεν, ὡς ὅταν δὴ καταστῶσιν οἱ ἄρχοντες, ἄγοντες τοὺς στρατιώτας κατοικιοῦσιν εἰς οἰκήσεις οἵας προείπομεν, ἰδίων μὲν οὐδὲν οὐδενὶ ἐχούσας, κοινὰς δὲ πᾶσι. πρὸς δὲ ταῖς τοιαύταις οἰκήσεσι καὶ τὰς κτήσεις, εἰ μνημονεύεις, διωμολογησάμεθά που οἵαι ἔσονται αὐτοῖς.* *Ἀλλὰ μνημονεύω, ἔφη, ὅτι γε οὐδὲν οὐδένα ᾠόμεθα δεῖν κεκτῆσθαι, ὧν νῦν οἱ ἄλλοι, ὥσπερ δὲ ἀθλητὰς τε πολέμου καὶ φύλακας μισθὸν τῆς φυλακῆς δεχομένους εἰς ἐνιαυτὸν τὴν εἰς ταῦτα τροφὴν παρὰ τῶν ἄλλων, αὐτῶν τε δεῖν καὶ τῆς ἄλλης πόλεως ἐπιμελεῖσθαι.* *Ὀρθῶς, ἔφην, λέγεις.* Finita de magistratibus disputatione, deductaque ad eundem locum oratione, quo iam antea libro tertio p. 415. St. extr. dedūcta fuerat, ibi dicta in memoriam revocat, ut indicaret argumentum quinti sexti septimique libri, quorum singula capita, ad rempublicam pertinentia, percenset, proprie in tertii libri fine addendum fuisse, et coniungendas ita has partes disputationis, quae eiusdem tanquam corporis partes sint, et coniunctae

omnem perfectae civitatis descriptionem contineant. Cf. lib. V. p. 451, B. *Λέγειν δή, ἔφην ἐγώ, χρὴ ἀνάπαλιν αὖ νῦν, ἃ ποτε ἴσως ἔδει ἐφεξῆς λέγειν. τάχα δὲ οὕτως ἂν ὀρθῶς ἔχοι, μετὰ ἀνδρεῖον δρᾶμα παντελῶς διαπερανθὲν τὸ γυναικεῖον αὖ περαίνειν.* Ei igitur, qui morem scriptorum, disputationis capita, initio alterius partis operis, ea causa repetentium, ut lectores totius operis rationem atque ordinem animo quasi contueantur, noverit, dubium non sit, quin et hi tres libri, et ea sermonis pars cui hi libri ita annectuntur, ad disputationem de Republica pertineant. Ita librum secundum a pagina, inde 369. St. totumque tertium librum cum quinto sexto septimoque ad quaestionem de Republica pertinere necesse est. Quibus cur interseratur quartus liber, nec ipse a quaestione de Republica alienus, sed ad eam quam maxime necessarius, supra iam expositum est. Eius tamen libri argumentum hoc loco commemorari non potuit, quoniam partium Operis nexum significare voluit auctor, non partes et instituta Reipublicae, ob eandemque causam nec quae alia secundo tertioque libro de Republica dicta sunt repetit. Tanto autem minus quarti libri argumentum hoc loco commemorari potuit, quia civitatis tanquam principia et fundamenta eo explicantur. Quibus dictis quum Socrates rationem operis, partium eius nexum et coniunctionem, eoque ipso finem sermonis, qui in civitate versatur, indicavisset, in fine quarti et initio quinti libri iam coeptum sermonem ita denuo infert: *Ἀλλά γ' ἐπειδὴ τοῦτ' ἀπετελέσαμεν, ἀναμνησθῶμεν, πόθεν δεῦρο ἐξετραπόμεθα, ἵνα πάλιν τὴν αὐτὴν ἴωμεν. Οὐ χαλεπὸν, ἔφη. σχεδὸν γὰρ, καθάπερ νῦν, ὡς διεληλυθὼς περὶ τῆς πόλεως τοὺς λόγους ἐποιοῦ, λέγων ὡς ἀγαθὴν μὲν τὴν τοιαύτην, οἵαν τότε διῆλθες, τιθείης πόλιν καὶ ἄνδρα τὸν ἐκείνῃ ὅμοιον**), *καὶ ταῦτα, ὡς ἔοικας, καλλίω ἔτι ἔχων εἰπεῖν πόλιν τε καὶ ἄνδρα. ἀλλ' οὖν δὴ τὰς ἄλλας ἡμαρτημένας ἔλεγες, εἰ αὕτη ὀρθή. τῶν δὲ λοιπῶν πολιτειῶν ἔφη-*

*) Non singulatim egisse Platonem de viro iusto, sed ex civitate quae esset eius natura concludendum esse, sequitur ex verbis *τὸν ἐκείνῃ* (sc. *πόλει*) *ὅμοιον*; et recte ex his etiam colligitur praecipue quaeri Rempublicam.

σθα, ὡς μνημονεύω, τέτταρα εἴδη εἶναι, ὧν καὶ πέρι λόγον ἄξιον εἴη ἔχειν καὶ ἰδεῖν αὐτῶν τὰ ἁμαρτήματα καὶ τοὺς ἐκείναις αὖ ὁμοίους, ἵνα πάντας αὐτοὺς ἰδόντες, καὶ ὁμολογησάμενοι τὸν ἄριστον καὶ τὸν κάκιστον ἄνδρα, ἐπισκεψαίμεθα, εἰ ὁ ἄριστος εὐδαιμονέστατος, καὶ ὁ κάκιστος ἀθλιώτατος, ἢ ἄλλως ἔχοι. Καὶ ἐμοῦ ἐρομένου τίνας λέγοις τὰς τέτταρας πολιτείας*), ἐν τούτῳ ὑπέλαβε Πολέμαρχός τε καὶ Ἀδείμαντος· καὶ οὕτω δὴ σὺ ἀναλαβὼν τὸν λόγον δεῦρο ἀφῖξαι. Ορθότατα, εἶπον, ἐμνημονεύσας. Cf. p. 543. extr. Steph. Verba: ἀναμνησθῶμεν — — — — ἴωμεν et καὶ ἐμοῦ ἐρομένου — — — ἀφῖξαι. plerosque interpretum commoverunt ut statuerent, librum V. VI. VII. non pertinere ad verum operis finem et ἐπεισόδιον quoddam esse. Sed non cogitaverunt, quod, quum semel finxisset se iustitiae inveniendae gratia civitatem condere, recedere non potuit ab eo quod de operis proposito atque fine declaraverat. Quemadmodum autem his praecedentis sermonis nexum indicatum videmus, ita etiam sequentis sermonis ordo hoc loco describitur. Is autem in eo occupatur, ut describantur praecipua civitatum genera ac vitia, repetenda ex variis vitiorum generibus quae sunt apud homines, ut ita iudicetur εἰ ὁ ἄριστος εὐδαιμονέστατος καὶ ὁ κάκιστος ἀθλιώτατος. Ex hac enim re omne de perfecta civitate eiusque praestantia iudicium pendet. Ceterum Plato quum sermonem recte eo orsus esset, ut quaereret iustitiam et utrum praestaret iustum esse an iniustum — quod perfectae civitatis gratia, cuius principium est iustitia, eum fecisse docuimus, hanc quasi formam totius sermonis externam recte usque ad finem conservavit. Sed expendamus etiam diligentius singula. Nonne verba: σχεδὸν γάρ, καθάπερ νῦν, ὡς διεληλυθὼς περὶ τῆς πόλεως τοὺς λόγους ἐποιοῦ, indicio sunt librum II. III. IV., porro librum V. VI. VII. in describenda Republica versari? *Fere enim*, inquit, *quemadmodum nunc, quasi finivisses sermonem de Republica, disserebas.* Nunc igitur si ita disserit quasi finiverit sermonem de Repu-

*) Recurrit adeo hic etiam civitatum mentio, neglectis hominibus qui iis similes. Quod si igitur iam quatuor has civitates describere incipit, hanc etiam, quae sequitur, sermonis partem in civitate versari demonstratum est.

blica, quinti, sexti septimique libri argumentum in Republica versari sequitur, ad hos enim libros haec verba pertinent, horum librorum argumentum initio octavi libri in memoriam revocatur. Tum vero si ita disserebat, quasi sermonem de Republica finivisset, sequitur secundi tertii quartique libri argumentum in Republica versari. Nam quae hic a Glaucone respiciuntur verba, ea quinti libri initio leguntur. Cf. p. 449. in.; p. 449, D. et praecipue p. 450, A. Quum enim secundi libri p. 368. de Republica dicere coeperit, et sermonis eius finem putaverit futurum finito quarto libro, omnia quae inde a secundi libri loco laudato usque ad quintum disputata sunt in Republica versari sequitur. Idem quod modo demonstravimus etiam efficitur ex iis libri quinti locis quos modo laudavimus. Nam de ea sermonis parte, quam libro octavo continuat Socrates, Adimantus his utitur verbis: *νῦν οὖν ἐπειδὴ ἄλλης ἐπιλαμβάνῃ πολιτείας.* Cf. etiam in. libri quinti. De ea autem sermonis parte quae libro V. VI. VII. inest Socrates ipse ita dicit: *Οἷον εἰργάσασθε ἐπιλαβόμενοί μου. ὅσον λόγον πάλιν ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς κινεῖτε περὶ τῆς πολιτείας· ἣν ὡς ἤδη διεληλυθὼς ἔγωγε ἔχαιρον, ἀγαπῶν, εἴ τις ἐάσοι ταῦτα ὡς τότε ἐρρήθη.* ita etiam priora in Republica versata esse indicans.

In iis vero quae Schleiermacherus ad verba: *καὶ ταῦτα, ὡς ἔοικας, καλλίω ἔτι ἔχων εἰπεῖν πόλιν τε καὶ ἄνδρα,* adnotavit: «Was aber Glaukon sagt, Sokrates habe dabei das Ansehen gehabt, als habe er noch einen trefflicheren Staat und Mann im Rückhalt, davon findet sich in jener Stelle (im Anfang des fünften Buches) ausdrücklich nichts, ja auch nicht einmal eine einzelne Aeusserung des Sokrates, welche Veranlassung gäbe dieses daraus zu schliessen, ausgenommen, was gleich Anfangs von dem Staat ohne alle *τρυφὴ* gesagt war.» parum memor fuit eorum quae libro tertio p. 414. A. *τοιαύτη τις, ἦν δ' ἐγώ, δοκεῖ μοι, ὦ Γλαύκων, ἡ ἐκλογὴ εἶναι καὶ κατάστασις τῶν ἀρχόντων τε καὶ φυλάκων, ὡς ἐν τύπῳ, μὴ δι' ἀκριβείας εἰρῆσθαι.* et p. 416, B. *Οὐκοῦν τὴν μεγίστην τῆς εὐλαβείας παρεσκευασμένοι ἂν εἶεν, εἰ τῷ ὄντι καλῶς πεπαιδευμένοι εἰσίν; Ἀλλὰ μὴν εἰσί γ', ἔφη. Καὶ ἔγωγ' εἶπον· τοῦτο μὲν οὐκ ἄξιον διισχυρίζεσθαι, ὦ φίλε Γλαύκων· ὃ μέντοι ἄρτι ἐλέγομεν, ἄξιον, ὅτι δεῖ αὐτοὺς*

τῆς ὀρθῆς τυχεῖν παιδείας, ἥτις ποτέ ἐστιν, εἰ μέλλουσι τὸ μέγιστον ἔχειν πρὸς τὸ ἥμεροι εἶναι αὐτοῖς τε καὶ τοῖς φυλαττομένοις ὑπ' αὐτῶν. Καὶ ὀρθῶς γε, ἦ δ' ὅς. ex quo loco etiam apparet recte se habere Glauconis verba hoc loco. Nec videmus quorsum alio trahi debeant verba quae sunt initio quinti libri: ὡς ἡμεῖς πάλαι περιμένομεν οἰόμενοί σέ που μνησθήσεσθαι παιδοποιίας τε πέρι, πῶς παιδοποιήσονται, καὶ γενομένους πῶς θρέψουσι, καὶ ὅλην ταύτην ἣν λέγεις κοινωνίαν γυναικῶν τε καὶ παίδων· μέγα γάρ τι οἰόμεθα φέρειν καὶ ὅλον εἰς πολιτείαν ὀρθῶς ἢ μὴ ὀρθῶς γιγνόμενον. Ita his etiam probatur iis quae libro V. VI. VII. explicantur sermonem de Republica secundo tertioque libro habitum continuari. Praeterea hoc etiam loco non piget adnotare, quod saepius iam diximus, Socratem finita demum omni disputatione, non in ipso quasi corpore operis, velle inquirere, num optimus sit beatissimus an contra. Videbiturne autem in ea re sermonis finis positus esse, quae non in ipso opere, sed in extremis tantum operis partibus pertractetur? - Ipsum vero novum sermonem ita Socrates orditur: Πάλιν τοίνυν, ὥσπερ παλαιστὴς, τὴν αὐτὴν λαβὴν πάρεχε*) καὶ τὸ αὐτὸ ἐμοῦ ἐρομένου πειρῶ εἰπεῖν ἅπερ τότε ἔμελλες λέγειν. Ἐάνπερ, ἦν δ' ἐγὼ, δύνωμαι. Καὶ μὴν, ἦ δ' ὅς, ἐπιθυμῶ καὶ αὐτὸς ἀκοῦσαι, τίνας ἔλεγες τὰς τέτταρας πολιτείας. Οὐ χαλεπῶς, ἦν δ' ἐγὼ, ἀκούσῃ. εἰσὶ γὰρ ἃς λέγω, αἵπερ καὶ ὀνόματα ἔχουσιν, ἥ τε ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπαινομένη, ἡ Κρητική τε καὶ Λακωνικὴ αὕτη· καὶ δευτέρα καὶ δευτέρως ἐπαινουμένη, καλουμένη δ' ὀλιγαρχία, συχνῶν γέμουσα κακῶν πολιτεία, ἥ τε ταύτῃ διάφορος καὶ ἐφεξῆς γιγνομένη δημοκρατία, καὶ ἡ γενναία δὴ τυραννὶς καὶ πασῶν τούτων διαφέρουσα, τέταρτόν τε καὶ ἔσχατον πόλεως νόσημα. ἢ τίνα ἄλλην ἔχεις ἰδέαν πολιτείας, ἥτις καὶ ἐν εἴδει διαφανεῖ τινὶ κεῖται; δυναστεῖαι γὰρ καὶ ὠνηταὶ βασιλεῖαι καὶ τοιαῦταί τινες πολιτεῖαι μεταξύ τι τούτων πού εἰσιν, εὕροι δ' ἄν τις αὐτὰς οὐκ ἐλάττους περὶ τοὺς βαρβάρους ἢ τοὺς Ἕλληνας. Πολλαὶ γοῦν καὶ ἄτοποι, ἔφη, λέγονται. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι καὶ ἀνθρώπων εἴδη τοσαῦτα ἀνάγκη τρόπων εἶναι,

*) Vides igitur his etiam nexum et partium sermonis cohaerentiam indicari.

ὅσαπερ καὶ πολιτειῶν; ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἃ ἂν ὥσπερ ῥέψαντα τἄλλα ἐφελκύσηται; Οὐδαμῶς ἔγωγ', ἔφη, ἄλλοθεν, ἢ ἐντεῦθεν. Οὐκοῦν εἰ τὰ τῶν πόλεων πέντε, καὶ αἱ τῶν ἰδιωτῶν κατασκευαὶ τῆς ψυχῆς πέντε ἂν εἶεν. Τί μήν; Τὸν μὲν δὴ τῇ ἀριστοκρατίᾳ ὅμοιον διεληλύθαμεν ἤδη, ὃν ἀγαθόν τε καὶ δίκαιον ὀρθῶς φαμὲν εἶναι. Διεληλύθαμεν. Ἆρ' οὖν τὸ μετὰ τοῦτο διτέον τοὺς χείρους, τὸν φιλόνεικόν τε καὶ φιλότιμον, κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἑστῶτα πολιτείαν, καὶ ὀλιγαρχικὸν αὖ καὶ δημοκρατικὸν καὶ τὸν τυραννικόν, ἵνα τὸν ἀδικώτατον ἰδόντες ἀντιθῶμεν τῷ δικαιοτάτῳ καὶ ἡμῖν τελέα ἡ σκέψις ᾖ, πῶς ποτὲ ἡ ἄκρατος δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν τὴν ἄκρατον ἔχει εὐδαιμονίας τε πέρι τοῦ ἔχοντος καὶ ἀθλιότητος, ἵνα ἢ Θρασυμάχῳ πειθόμενοι διώκωμεν ἀδικίαν, ἢ τῷ νῦν προφαινομένῳ λόγῳ δικαιοσύνην; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη, οὕτω ποιητέον. Cf. p. 544. Steph. Quum diversas civitates hic oriri dicat Plato ex diversis hominum moribus, perspicitur cur in describenda civitatum natura atque indole non negligat describere diversa hominum genera, quae in his civitatibus. Pro operis tamen ratione, qua simulabat se velle quaerere, utrum iustum an iniustum esse praestet, non potuit aliam rationem inire, quam ut hac via optime perspici posse diceret, utrum praestet iustum esse an iniustum. Qua tamen disputatione, ut iam diximus, nihil aliud spectabat, quam ut ita rectum de optima hac civitate iudicium ferretur, et perspiceretur ratio, quae inter optimam civitatem et reliquas intercederet. Nam ad id, quod Plato significat, diiudicandum, non necessarium fuit de diversis civitatum formis disputare, ita quidem ut pateret quomodo intereant et oriantur, quum res multo brevius, nec minus luculenter, ita perfici posset, ut viri iusti iniustique naturam describeret, et, quae inde ad singulos bona malaque redundarent, declararet. Satisfactum igitur erat iis quae quaerebantur, si iustum virum (quem per me regium vel optimatem nominet) et iniustum (cui quo minus tyrannici nomen tribuat non prohibemus) descripsisset; abesse autem poterat viri timocratici, oligarchici, democratici descriptio, nec quicquam attinebat, civitates, ex quibus

ἔφη, ἢ τέτταρα λέγεις; Ἀμέλει, εἶπον, πέντε θές. Cf. p. 539, D. Quos ita disciplinis institutos et examinatos non his solum, quas antea perlustravimus sed gymnasticis etiam exercitationibus atque bello, ut perpetuam, in his Reipublicae rationem haberi appareat, et, Pythagoraeorum more, per varios *honorum gradus* ad contuendam ideam boni adductos, rursum removet a philosophiae studiis: μετὰ γὰρ τοῦτο καταβιβαστέοι ἔσονταί σοι εἰς τὸ σπήλαιον πάλιν ἐκεῖνο, καὶ ἀναγκαστέοι ἄρχειν τά τε περὶ τὸν πόλεμον καὶ ὅσαι νέων ἀρχαὶ, ἵνα μηδ' ἐμπειρίᾳ ὑστερῶσι τῶν ἄλλων. Καὶ ἔτι καὶ ἐν τούτοις βασανιστέοι εἰ ἐμμενοῦσιν ἑλκόμενοι πανταχόσε ἤ τι καὶ παρακινήσουσιν, χρόνον δὲ, ἢ δ' ὅς, πόσον τοῦτον τίθης; Πεντεκαίδεκα ἔτη, ἦν δ' ἐγώ. Attendas mihi in his ad annorum rationem. Ἡνίκα, inquit, τῶν ἀναγκαίων γυμνασίων μεθίενται, (h. e. vicesimo ferme aetatis anno) in quibus duo vel tres annos permanent, ad synopsin disciplinarum adducendos putat, ita tamen, ut eodem hoc tempore rei militari operam navent. Tricesimum aetatis annum egressi per quinque annos dialecticae student. *Eosdem tum quindecim annos inde ab aetatis anno trigesimo quinto usque ad quinquagesimum relictis literarum studiis reipublicae operam navare vult.* Num haec tibi convenire videntur eorum sententiae, qui in his philosophiae praecipuam rationem haberi putant? Nonne tum haec omnino omitti poterant? Nonne sine vituperatione multo angustius temporis spatium definire potuisset, quo a literis divellerentur? Nonne eo quod quindecim aetatis annos, studiis vel aptissimos ex media vita tollit, ἵνα μηδ' ἐμπειρίᾳ ὑστερῶσι τῶν ἄλλων, apertissime significavit, philosophiae studium hic non sua gratia, sed propter Rempublicam tractari? Conferas quae quarti libri initio hunc in finem disputata sunt, et revoces tibi in memoriam miserum eorum statum, qui in isto σπηλαίῳ inclusi tenentur, si comparetur cum beatitate eorum qui ad lucem evecti sunt, tum non amplius dubitabis quin haec ita sint, ut diximus. Pergamus: γενομένων δὲ πεντηκοντούτων τοὺς διασωθέντας καὶ ἀριστεύσαντας πάντα πάντη ἐν ἔργοις τε καὶ ἐπιστήμαις πρὸς τέλος ἤδη ἀκτέον, καὶ ἀναγκαστέον ἀνακλίναντας τὴν τῆς ψυχῆς αὐγὴν εἰς αὐτὸ ἀπο-

βλέψαι τὸ πᾶσι φῶς παρέχον, καὶ ἰδόντας τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ, παραδείγματι χρωμένους ἐκείνῳ, καὶ πόλιν καὶ ἰδιώτας καὶ ἑαυτοὺς κοσμεῖν τὸν ἐπίλοιπον βίον ἐν μέρει ἑκάστους, τὸ μὲν πολὺ πρὸς φιλοσοφίαν διατρίβοντας, ὅταν δὲ τὸ μέρος ἥκῃ, πρὸς πολιτικοῖς ἐπι ταλαιποροῦντας καὶ ἄρχοντας ἑκάστους τῆς πόλεως ἕνεκα, οὐχ ὡς καλόν τι, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον πράττοντας καὶ οὕτως ἄλλους ἀεὶ παιδεύσαντας, τοιούτους, ἀντικαταλιπόντας τῆς πόλεως φύλακας, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντας οἰκεῖν· μνημεῖα δ' αὐτοῖς καὶ θυσίας τὴν πόλιν δημοσίᾳ ποιεῖν, ἐὰν καὶ ἡ Πυθία ξυναναιρῇ, ὡς δαίμοσιν, εἰ δὲ μή, ὡς εὐδαίμοσί τε καὶ θείοις. Cf. p. 540. St. Ne quinquagenariis igitur quidem quietem dat a rebus publicis, sed etiamsi molestum iis futurum sit id negotium ad reipublicae gubernacula eos collocat. Intelligitur ex his cur tanto studio de custodum studiis, de dialectica, de ideis et praecipua omnium, idea boni, dixerit. Custodes enim ideam boni tanquam exemplar intuentes et civitatem et privatos et semet ipsos ornare debent per reliquam aetatem — παραδείγματι χρωμένους ἐκείνῳ καὶ πόλιν καὶ ἰδιώτας καὶ ἑαυτοὺς κοσμεῖν. *Est igitur idea boni principium perfectae civitatis.* Ad civitatem vero pertinere hunc omnem de philosophis sermonem, etiam inde apparet, quod iis vult publice mobeatis atque divinis. — Tum ita pergit Glauco: Παγκάλους, ἔφη, τοὺς ἄρχοντας, ὦ Σώκρατες, ὥσπερ ἀνδριαντοποιὸς, numenta poni et sacrificia fieri ut daemonibus, aut saltem ut ἀπείργασαι. Καὶ τὰς ἀρχούσας γε, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ Γλαύκων. μηδὲν γάρ τι οἷόν με περὶ ἀνδρῶν εἰρηκέναι μᾶλλον ἃ εἴρηκα, ἢ περὶ γυναικῶν, ὅσαι ἂν αὐτῶν ἱκαναὶ τὰς φύσεις ἐγγίγνωνται. Ὀρθῶς, ἔφη, εἴπερ ἴσα γε πάντα τοῖς ἀνδράσι κοινωνήσουσιν, ὡς διήλθομεν*). Τί οὖν; ἔφην ξυγχωρεῖτε περὶ τῆς πόλεώς τε καὶ πολιτείας μὴ παντάπασιν ἡμᾶς εὐχὰς εἰρηκέναι, ἀλλὰ χαλεπὰ μὲν, δυνατὰ δέ

*) Istud quidem de communicato viros inter feminasque imperio reipublicae, non facile quisquam alio nisi ad rempublicam trahet.

πρῶτον στάσις ἔμπεσε, καὶ φῶμεν αὐτὰς τραγικῶς, ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας καὶ ἐρεσχηλούσας, ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας, ὑψηλολογουμένας λέγειν; Πῶς; Ὧδέ πως. Χαλεπὸν μὲν κινηθῆναι πόλιν οὕτω ξυστᾶσαν· ἀλλ' ἐπεὶ γενομένῳ παντὶ φθορά ἐστιν, οὐδ' ἡ τοιαύτη ξύστασις τὸν ἅπαντα μενεῖ χρόνον, ἀλλὰ λυθήσεται. λύσις δὲ ἥδε· οὐ μόνον φυτοῖς ἐγγείοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπιγείοις ζώοις φορὰ καὶ ἀφορία ψυχῆς τε καὶ σωμάτων γίγνονται, ὅταν περιτροπαὶ ἑκάστοις κύκλων περιφορὰς ξυνάπτωσι, βραχυβίοις μὲν βραχυπόρους, ἐναντίοις δὲ ἐναντίας. γένους δὲ ὑμετέρου εὐγονίας τε καὶ ἀφορίας καίπερ ὄντες σοφοὶ οὓς ἡγεμόνας πόλεως ἐπαιδεύσασθε, οὐδὲν μᾶλλον λογισμῷ μετ' αἰσθήσεως τεύξονται, ἀλλὰ πάρεισιν αὐτοὺς, καὶ γεννήσουσι παῖδάς ποτε οὐ δέον. ἔστι δὲ θείῳ μὲν γεννητῷ περίοδος ἣν ἀριθμὸς περιλαμβάνει τέλειος, ἀνθρωπείῳ δὲ κ. τ. ἑ. Sequitur hic numerus, qui propter difficultatem suam in proverbium abiit, de quo conferatur Excursus IV. Tum ita pergit Socrates: ξύμπας δὲ οὗτος ἀριθμὸς γεωμετρικὸς, τοιούτου κύριος, ἀμεινόνων τε καὶ χειρόνων γενέσεων· ἃς ὅταν ἀγνοήσαντες ὑμῖν οἱ φύλακες συνοικίζωσι νύμφας νυμφίοις παρὰ καιρὸν, οὐκ εὐφυεῖς οὐδ' εὐτυχεῖς παῖδες ἔσονται· ὧν καταστήσονται μὲν τοὺς ἀρίστους οἱ πρότεροι, ὅμως δὲ ὄντες ἀνάξιοι, εἰς τὰς τῶν πατέρων αὖ δυνάμεις ἐλθόντες ἡμῶν πρῶτον ἄρξονται ἀμελεῖν φύλακες ὄντες, παρ' ἕλαττον τοῦ δέοντος ἡγησάμενοι τὰ μουσικῆς, δεύτερον δὲ τὰ γυμναστικῆς· ὅθεν ἀμουσότεροι γενήσονται ὑμῖν οἱ νέοι. ἐκ δὲ τούτων ἄρχοντες οὐ πάνυ φυλακικοὶ καταστήσονται πρὸς τὸ δοκιμάζειν τὰ Ἡσιόδου τε καὶ τὰ παρ' ὑμῖν γένη, χρυσοῦν τε καὶ ἀργυροῦν καὶ χαλκοῦν καὶ σιδηροῦν. ὁμοῦ δὲ μιγέντος σιδήρου ἀργύρῳ καὶ χαλκοῦ χρυσῷ ἀνομοιότης ἐγγενήσεται καὶ ἀνωμαλία ἀνάρμοστος, ἃ γενόμενα, οὗ ἂν ἐγγένηται, ἀεὶ τίκτει πόλεμον καὶ ἔχθραν. ταύτης τοι γενεᾶς χρὴ φάναι εἶναι στάσιν, ὅπου ἂν γίγνηται ἀεί. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη, αὐτὰς ἀποκρίνεσθαι φήσομεν. Καὶ γὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, ἀνάγκη, Μούσας γε οὔσας. Τί οὖν, ἦ δ' ὅς, τὸ μετὰ τοῦτο λέγουσιν αἱ Μοῦσαι; Στάσεως, ἦν δ' ἐγὼ, γενομένης εἰλκέτην ἄρα ἑκατέρω τὼ γένη, τὸ μὲν σιδηροῦν καὶ χαλκοῦν ἐπὶ χρηματισμὸν καὶ γῆς κτῆσιν καὶ οἰκίας χρυσίου τε καὶ ἀργύρου, τὸ δ' αὖ, τὸ

χρυσοῦν τε καὶ ἀργυροῦν, ἅτε οὐ πενομένωι, ἀλλὰ φύσει, ὄντε πλουσίω, τὰς ψυχὰς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν ἡγέτην. βιαζομένων δὲ καὶ ἀντιτεινόντων ἀλλήλοις εἰς μέσον ὡμολόγησαν γῆν μὲν καὶ οἰκίας κατανειμαμένους ἰδιώσασθαι, τοὺς δὲ πρὶν φυλαττομένους ὑπ' αὐτῶν ὡς ἐλευθέρους, φίλους τε καὶ τροφέας, δουλωσάμενοι τότε περιοίκους καὶ οἰκέτας ἔχοντες, αὐτοὶ πολέμου τε καὶ φυλακῆς αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. Δοκεῖ μοι, ἔφη, αὕτη ἡ μετάβασις ἐντεῦθεν γίγνεσθαι. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, ἐν μέσῳ τις ἂν εἴη ἀριστοκρατίας τε καὶ ὀλιγαρχίας αὕτη ἡ πολιτεία; Πάνυ μὲν οὖν. Cf. p. 545, C. sqq. St. Hanc de Reipublicae optimae interitu disputationem esse ex omni parte politicam demonstrari potest sic: Plato, quum perfectae Reipublicae interitum explicare vellet, profectus est ab eiusmodi sententia, qua tanquam regula, omnium, quotquot sunt, civitatum interitum amplecteretur, interire civitates docens, si in iis, qui imperium teneant, dissidium ortum sit, nec posse moveri si concordes sint, etiamsi sint paucissimi numero. Exponit deinde quomodo in magistratibus ipsis et iis quos *ἐπικούρους* hoc loco nominat, dissidium oriatur. Quae procul dubio ad Rempublicam omnia pertinent. Quod si autem haec ad Rempublicam pertinent, etiam quae praecessit sermonis pars, ad quam haec referenda sunt, ad Rempublicam pertinere sequitur. Ita se rem habere patet etiam ex Aristotelis loco, Pol. lib. V. c. X. apud Bekker. vol. II. p. 1316., quo haec reprehendit: *Ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ λέγεται μὲν περὶ τῶν μεταβολῶν ὑπὸ τοῦ Σωκράτους, οὐ μέντοι λέγεται καλῶς· τῆς τε γὰρ ἀρίστης πολιτείας καὶ πρώτης οὔσης οὐ λέγει τὴν μεταβολὴν ἰδίως.* et paulo serius: *ἀλλ' αὕτη τί ἂν ἴδιος εἴη μεταβολὴ τῆς ὑπ' ἐκείνου λεγομένης ἀρίστης πολιτείας μᾶλλον ἢ τῶν ἄλλων πασῶν;* Docemur autem his quae de Reipublicae perfectae interitu disseruntur, non solum antea de matrimoniis dicta ad Rempublicam pertinere, et tam gravia esse ut in iis Reipublicae salus nitatur, sed ea etiam, quae antea de musicae et gymnasticae artis studiis proposita sunt, quae alio trahuntur, eodem referri debere. Ex harum enim artium neglectu Reipublicae interitum repetit philosophus et patet ita quanta Reipublicae pars sit inprimis musica.

repetuntur; et verba *δῆλος γάρ που καὶ οὗτος, οἷον φήσομεν δεῖν αὐτὸν εἶναι. Δῆλος, ἔφη·* docent non singulatim de viro huic civitati simili dictum esse, sed inclusum eum esse in hac civitatis descriptione. Quod nisi res ita esset, haec doceri opus non erat, quemadmodum nec docuit Plato dictum esse de civitate, et satis habuit commemorare, finitum nunc esse hunc de civitate sermonem. Quod si quid ego video viri perfectae civitatis similis hoc loco non aliter fit mentio, quam in sequentibus diversarum civitatum viros, qui earundem indolem referant commemorari videmus, ut intelligamus, unde omnes civitates originem habeant, et quid in iudicio de iis ferendo respiciendum sit. Cf. lib. VIII. p. 543. E. 544, D. 548. extr. 550, C. sqq. 553. in. 558, C. lib. IX. 571. in. St. Ceterum negari non potest adiuvari istis falsam speciem de Operis fine excitatam, et annecti ita commode haec iis quae de iustitia antea dixerat et adhuc dicere volebat. Nam totum opus de Republica in quaestionem de iustitia quasi formam inclusum est. Ita nec sine consilio paulo ante, etsi obiter tantum, iustitiae mentionem fieri vidimus. Cf. p. 540. E. St. Summa igitur disputationis nostrae haec est: omnia, quae ad hunc usque locum a libri secundi p. 368. St. dicta sint, de civitate perfecta dicta esse, eiusque disputationis hunc esse finem.

Septimi libri finem recte ac suo loco positum esse, ostenditur.

Finem septimi huius libri recte a sequente octavo libro disiungi nemo est qui neget. Itaque tantum restat ut ostendamus hunc septimum librum recte a proximo priore libro disiunctum videri, quod ex ipso huius libri argumento apparebit. Totius vero libri argumentum ad hoc redit, ut disciplinae quibus custodes et rectores futuri instituendi sint enarrentur, temporaque quando tradendae sint proponantur. Quod de septimo libro omnes concedunt, eum recte ab octavo disiungi, idem de quarti

debuit, quo est longior. Aliter vero se res habet, si in civitate versatur hic sermo; si fieri posse putabat hanc civitatem Plato, ut docuimus; si demonstrare volebat, quantum ab optima hac republica reliquae omnes distarent. Nam non esse id praecipuum huius disputationis, quod vult Schleiermacherus, singulorum animorum ad peius degenerationem ostendere, quamquam necessarium, id ex his quae diximus sponte patet. Nec si res ita esset iusta reprehensione careret, quod diversas civitates et homines iis civitatibus similes exemplaria voluerit esse hominis in peius degenerantis et indicare iis quasi gradus vitiorum. Nam quaeri sane posset, num si mores spectes, peiores sint democratiae cives quam oligarchiae? Quod illi certe negabunt et haud scio an recte. Porro ne repraesentant quidem diversae civitates diversa vitiorum genera, quae, ut experientia docet, aequaliter in omnibus reperiuntur.

Quum ostendisset Socrates quomodo ex optima civitate timocratia oriretur, iam describit timocraticae civitatis naturam atque indolem. Versatur in ea re a p. 547, D. — 548, D. St. Ibi vero haec leguntur: *Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, αὕτη μὲν ἡ πολιτεία οὕτω γεγονυῖα καὶ τοιαύτη ἄν τις εἴη, ὡς λόγῳ σχῆμα πολιτείας ὑπογράψαντα μὴ ἀκριβῶς ἀπεργάσασθαι διὰ τὸ ἐξαρκεῖν μὲν ἰδεῖν καὶ ἐκ τῆς ὑπογραφῆς τόν τε δικαιότατον καὶ τὸν ἀδικώτατον, ἀμήχανον δὲ μήκει ἔργον εἶναι πάσας μὲν πολιτείας, πάντα δὲ ἤθη μηδὲν παραλιπόντα διελθεῖν; Καὶ ὀρθῶς, ἔφη.* Si Plato vere vellet invenire iniustitiam in civitatibus et comparare inter se iustitiam iniustitiamque, vocatis in auxilium cum optimae civitatis, tum reliquarum civitatum descriptionibus, haud satis probabitur quod quae de iniustitia dicenda habebat tam breviter absolvat, quum in describenda optima civitate tam multus fuerit. Et si aequaliter omnia etiam reliquarum civitatum instituta percensuisset, quemadmodum optimae civitatis instituta percensuerat, illustriora omnia fieri necesse fuit — Platonis simulationem nos in his sequi vides — magisque perspici, quod discrimen esset inter diversas civitates, diversosque, quod docere se velle simulat, iniustitiae gradus, si cum iustitia comparentur. Nec debebat haec tanquam transilire oratione, si vere ad iustitiam pertinerent, et si propositum

esset philosopho eam quaerere. Si vero optimam tantum civitatem describere vellet, ita ut quantum ea praestet reliquis pateret, recte habent omnia et sufficere poterat, reliquas civitates breviter percensuisse. Retinendam vero fuisse etiam hoc loco quam de operis fine excitaverat speciem simulationemque, qua usus iam erat, per se patet. Et erat ista disputatio ad cognoscendam optimae civitatis naturam atque praestantiam gravissima atque adeo necessaria. — Tum timocratici viri naturam atque originem Plato describit, inde a p. 548, D. — 550, C. St.; eam vero quaestionem illa de timocratiae origine atque natura fere altera sui parte ambitu superat. Ex quo nos de civitate in his potissimum sermonem esse colligimus. Contraria his sunt, quae monet Van Heusde init. phil. Plat. vol. III. p. 147.: «Animadvertimus facile in legendis hisce curam diligentiamque Platonis, qua hominem illum exploravit: idemque nobis deinceps, ubi de viro oligarchico, democratico et tyrannico agit, apparebit. Erat scilicet in omni hac disputatione princeps eius consilium, non, ut civitatum conditionem, sed ut hominis naturam indagaret. Inde enim maxime quaestionem de iustitia ac felicitate explicandam esse arbitrabatur. Attendendum autem nobis inprimis est, respexisse in his philosophum potissimum tria illa, quae in animo hominis repererat, *τὸν λόγον*, *τὸ θυμοειδὲς* et tertium *τὸ ἐπιθυμητικόν*.» Quae si vera essent, Platonem diversa vitiorum genera et nomina non accommodaturum fuisse credo diversis rerum publicarum generibus, sed virtutibus, quas cardinales vocant, ex adverso collocaturum. Quod tamen factum non est. Nam omnia hic ex civitatibus quasi expressa sunt et timocratici quidem viri naturam describens addit: *Ἔστι γάρ, ἔφη, τοῦτο τὸ ἦθος ἐκείνης τῆς πολιτείας.* et in fine: *Καὶ ἔστι μέν γε, ἦν δ' ἐγώ, τοιοῦτος ὁ τιμοκρατικὸς νεανίας, τῇ τοιαύτῃ πόλει ἐοικώς. Πάνυ μὲν οὖν.* Praevalere in his rationem politicam haec etiam docere poterunt: *Γίγνεται δέ γ', εἶπον, οὗτος ὧδέ πως, ἐνίοτε πατρὸς ἀγαθοῦ ὢν νέος υἱὸς ἐν πόλει οἰκοῦντος οὐκ εὖ πολιτευομένῃ κ. τ. ἑ.*, idque exspectandum erat, quum omnis, qui praecessit, sermo in Republica versatus sit, et hanc quoque sermonis partem in Republica versari ipsius Platonis testimonio paulo ante demonstraverimus. Valet tamen etiam haec de timo-

cratico viro disputatio ad cognoscendum id, quod docere voluerat Plato, ex singulorum hominum diversa natura singularum civitatum originem repetendam esse.

SECTIO III.

Finita de timocratia et timocratico homine disputatione p. 550, C. St. ita pergit Socrates: *Οὐκοῦν μετὰ τοῦτο, τὸ τοῦ Αἰσχύλου, λέγωμεν*

ἄλλον ἄλλῃ πρὸς πόλει τεταγμένον;

μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν πρότεραν τὴν πόλιν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Simulat se properare ad eam sermonis partem quae cum quaestione ethica magis coniuncta videtur, sed simulat tantum. Itaque primum describit oligarchiae originem atque naturam. Quam disputationem mere politicam, a quaestione ethica plane alienam, hic referre opus non sit; et sufficiat in timocratia Platonis in his rationem cognovisse. Pertinet vero ea quaestio a p. 550, C. — p. 553, St. Tum eodem modo in describenda oligarchici hominis origine atque natura versatur, inde a p. 553. — 555, B. St. Maior igitur etiam hoc loco de civitate oligarchica quam de oligarchico homine dictorum ambitus, et quod iam tum significavimus, quum de timocratico viro diceremus, eam disputationem ita factam esse, ut civitati omnis accommodaretur et civitatis causa factam esse appareret, idem de oligarchico viro valet. Cf. p. 553, A. *Ἆρ' οὖν ὧδε μάλιστα εἰς ὀλιγαρχικὸν ἐκ τοῦ τιμοκρατικοῦ ἐκείνου μεταβάλλει; Πῶς; Ὅταν αὐτοῦ παῖς γενόμενος τὸ μὲν πρῶτον ζηλοῖ τε τὸν πατέρα καὶ τὰ ἐκείνου ἴχνη διώκῃ, ἔπειτα αὐτὸν ἴδῃ ἐξαίφνης πταίσαντα ὥσπερ πρὸς ἕρματι πρὸς τῇ πόλει καὶ ἐκχέαντα τά τε αὑτοῦ καὶ ἑαυτὸν, ἢ στρατηγήσαντα ἢ τιν' ἄλλην μεγάλην ἀρχὴν ἄρξαντα, εἶτα εἰς δικαστήριον ἐμπεσόντα, βλαπτόμενον ὑπὸ συκοφαντῶν, ἢ ἀποθανόντα ἢ ἐκπεσόντα ἢ ἀτιμωθέντα καὶ τὴν οὐσίαν ἅπασαν ἀποβαλόντα κ. τ. ἑ.* Cf. p. 553, E. *Ἡ γοῦν μεταβολὴ αὐτοῦ ἐξ ὁμοίου ἀνδρός ἐστι τῇ πολιτείᾳ, ἐξ ἧς ἡ ὀλιγαρχία με-*

σθα, ὡς μνημονεύω, τέτταρα εἴδη εἶναι, ὧν καὶ πέρι λόγον ἄξιον εἴη ἔχειν καὶ ἰδεῖν αὐτῶν τὰ ἁμαρτήματα καὶ τοὺς ἐκείναις αὖ ὁμοίους, ἵνα πάντας αὐτοὺς ἰδόντες, καὶ ὁμολογησάμενοι τὸν ἄριστον καὶ τὸν κάκιστον ἄνδρα, ἐπισκεψαίμεθα, εἰ ὁ ἄριστος εὐδαιμονέστατος, καὶ ὁ κάκιστος ἀθλιώτατος, ἢ ἄλλως ἔχοι. Καὶ ἐμοῦ ἐρομένου τίνας λέγοις τὰς τέτταρας πολιτείας*), ἐν τούτῳ ὑπέλαβε Πολέμαρχός τε καὶ Ἀδείμαντος· καὶ οὕτω δὴ σὺ ἀναλαβὼν τὸν λόγον δεῦρο ἀφῖξαι. Ὀρθότατα, εἶπον, ἐμνημονεύσας. Cf. p. 543. extr. Steph. Verba: ἀναμνησθῶμεν — — — — ἴωμεν et καὶ ἐμοῦ ἐρομένου — — — ἀφῖξαι. plerosque interpretum commoverunt ut statuerent, librum V. VI. VII. non pertinere ad verum operis finem et ἐπεισόδιον quoddam esse. Sed non cogitaverunt, quod, quum semel finxisset se iustitiae inveniendae gratia civitatem condere, recedere non potuit ab eo quod de operis proposito atque fine declaraverat. Quemadmodum autem his praecedentis sermonis nexum indicatum videmus, ita etiam sequentis sermonis ordo hoc loco describitur. Is autem in eo occupatur, ut describantur praecipua civitatum genera ac vitia, repetenda ex variis vitiorum generibus quae sunt apud homines, ut ita iudicetur εἰ ὁ ἄριστος εὐδαιμονέστατος καὶ ὁ κάκιστος ἀθλιώτατος. Ex hac enim re omne de perfecta civitate eiusque praestantia iudicium pendet. Ceterum Plato quum sermonem recte eo orsus esset, ut quaereret iustitiam et utrum praestaret iustum esse an iniustum — quod perfectae civitatis gratia, cuius principium est iustitia, eum fecisse docuimus, hanc quasi formam totius sermonis externam recte usque ad finem conservavit. Sed expendamus etiam diligentius singula. Nonne verba: σχεδὸν γάρ, καθάπερ νῦν, ὡς διεληλυθὼς περὶ τῆς πόλεως τοὺς λόγους ἐποιοῦ, indicio sunt librum II. III. IV., porro librum V. VI. VII. in describenda Republica versari? *Fere enim*, inquit, *quemadmodum nunc, quasi finivisses sermonem de Republica, disserebas.* Nunc igitur si ita disserit quasi finiverit sermonem de Repu-

*) Recurrit adeo hic etiam civitatum mentio, neglectis hominibus qui iis similes. Quod si igitur iam quatuor has civitates describere incipit, hanc etiam, quae sequitur, sermonis partem in civitate versari demonstratum est.

cratico viro disputatio ad cognoscendum id, quod docere voluerat Plato, ex singulorum hominum diversa natura singularum civitatum originem repetendam esse.

SECTIO III.

Finita de timocratia et timocratico homine disputatione p. 550, C. St. ita pergit Socrates: *Οὐκοῦν μετὰ τοῦτο, τὸ τοῦ Αἰσχύλου, λέγωμεν*

ἄλλον ἄλλῃ πρὸς πόλει τεταγμένον;

μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν προτέραν τὴν πόλιν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Simulat se properare ad eam sermonis partem quae cum quaestione ethica magis coniuncta videtur, sed simulat tantum. Itaque primum describit oligarchiae originem atque naturam. Quam disputationem mere politicam, a quaestione ethica plane alienam, hic referre opus non sit; et sufficiat in timocratia Platonis in his rationem cognovisse. Pertinet vero ea quaestio a p. 550, C. — p. 553, St. Tum eodem modo in describenda oligarchici hominis origine atque natura versatur, inde a p. 553. — 555, B. St. Maior igitur etiam hoc loco de civitate oligarchica quam de oligarchico homine dictorum ambitus, et quod iam tum significavimus, quum de timocratico viro diceremus, eam disputationem ita factam esse, ut civitati omnis accommodaretur et civitatis causa factam esse appareret, idem de oligarchico viro valet. Cf. p. 553, A. *Ἆρ' οὖν ὧδε μάλιστα εἰς ὀλιγαρχικὸν ἐκ τοῦ τιμοκρατικοῦ ἐκεῖνον μεταβάλλει; Πῶς; Ὅταν αὐτοῦ παῖς γενόμενος τὸ μὲν πρῶτον ζηλοῖ τε τὸν πατέρα καὶ τὰ ἐκείνου ἴχνη διώκῃ, ἔπειτα αὐτὸν ἴδῃ ἐξαίφνης πταίσαντα ὥσπερ πρὸς ἕρματι πρὸς τῇ πόλει καὶ ἐκχέαντα τά τε αὑτοῦ καὶ ἑαυτὸν, ἢ στρατηγήσαντα ἢ τιν' ἄλλην μεγάλην ἀρχὴν ἄρξαντα, εἶτα εἰς δικαστήριον ἐμπεσόντα, βλαπτόμενον ὑπὸ συκοφαντῶν, ἢ ἀποθανόντα ἢ ἐκπεσόντα ἢ ἀτιμωθέντα καὶ τὴν οὐσίαν ἅπασαν ἀποβαλόντα κ. τ. ἑ.* Cf. p. 553, E. *Ἡ γοῦν μεταβολὴ αὐτοῦ ἐξ ὁμοίου ἀνδρός ἐστι τῇ πολιτείᾳ, ἐξ ἧς ἡ ὀλιγαρχία με-*

τέστη. Cf. et sqq. p. 554, A, B, D. et p. 555. A. Non praevalere igitur in his rationem psychologicam, quam dicunt, sponte intelligitnr. Aliter de his iudicat Van Heusde in. ph. Plat. vol. III, p. 150. «Sed oligarchiam sic nobis Plato descripsit, quo interius oligarchici, quem vocat, viri vitia exploraret.» p. 151. «Et dici vix potest, quanta ille diligentia naturaeque humanae perspicientia hominis ad vitia iter exploraverit ac declaraverit. Summam habet, ut animadvertere iam coepimus, trium illorum, quae homini insunt, λογιστικοῦ, θυμοειδοῦς et ἐπιθυμητικοῦ, rationem, quae in aristocratico sive bono iustoque homine consentiunt, in timocratico autem et oligarchico turbantur, ut in animo ipsorum veluti seditiones oriantur. Tum vero iter illud hominis ad vitia omnemque pravitatem attendamus diligenter. Fit ille primum ut timocraticus iste, *superbus* atque *ambitiosus*, ὑψηλόφρων καὶ φιλότιμος ἀνήρ. Dominari in eo τὸ θυμοειδὲς incipit, ut minus, quam par est, ratio auctoritatis habeat: excitantur cupiditates etiam, quibus gloriam unice et auctoritatem appetit. Sunt haec praeclarissimorum etiam virorum vitia, in quibus feruntur facile; verum vitia sunt tamen, iisdemque animus proclivis ad omnem pravitatem fit. Nam, quod e civitatis timocraticae in oligarchiam conversione patet, cupiditates hac via a gloriae studio ad auri sacram famem convertuntur: quo accidit, ut θυμοειδὲς illud, quod excitare hominem ad generosa facinora solebat, solis inserviat cupiditatibus explendis, quae opibus inhiant, et nihil habent cum generositate atque animi magnitudine commune. Et vero efficitur simul, ut hinc deinceps in homine nullum non cupiditatum genus excitetur, isque tandem, omni spreta rationis auctoritate, nec quidquam habens ἐν τῷ θυμοειδεῖ praesidii, totus a cupiditatibus, et pervicacissimis quidem illis ac prorsus effrenatis, pendeat ac regatur.» Si haec ita essent ut vult Heusdius, recte reprehenderetur, quod paulo ante diximus, quod civitates diversa vitiorum genera repraesentare voluerit. Nam non sunt, ut rem exemplo illustrem, oligarchici alia ratione vitiosi alia democratici, sed eadem est in omnibus civitatibus animi humani indoles, qua vitiosus redditur. Debuisset igitur in his sequi quatuor vitiorum genera, quae virtutibus quatuor cardinalibus opposita sunt, quas noverat, et ratione

magis psychologica describere iter illud hominis ad vitia, quod certe facturus fuisset si ratio ethica in his tantum praevaleret quam volunt interpretes. Sed examinemus etiam diligentius singula quae posuit Heusdius. Si «cupiditate gloriae et auctoritatis animus proclivis ad omnem pravitatem fit», quod saepe locum habere concedimus, non semper; si «ad auri sacram famem convertitur», quod ex civitatis timocraticae in oligarchiam conversione patere Heusdius putat, non igitur ratione psychologica, quum gloriae cupidi contemnere soleant divitias, cf. Hor. sat. II, 3, 171—186.; si «efficitur simul, ut hinc deinceps in homine nullum non cupiditatum genus excitetur, isque tandem omni spreta rationis auctoritate, nec quidquam habens ἐν τῷ θυμοειδεῖ praesidii, totus a cupiditatibus, et pervicacissimis quidem illis ac prorsus effrenatis, pendeat ac regatur», quum tamen avari nihil sibi indulgere soleant, cf. Hor. sat. II, 3, 82. sqq. 142, sqq. I, 1, 30 sqq., — nonne pervenisse ita iam ad extremum vitiorum hominem vides? Quid vero tum opus erat describere adhuc democraticum et tyrannicum virum, si tantum mores in his spectaret Plato? Ubique igitur haerent interpretes, si ethicam in his rationem praecipue secutum esse Platonem statuas.

SECTIO IV.

Democratiae origo et natura describitur p. 555, B. — p. 559, C. St. Socratis de hac re habitum sermonem ut hic repetamus necessarium non est, quum ipsi ii qui a nostra diversam sententiam amplectuntur, non solum ad civitatem hic omnia pertinere, sed, si civitatis solum causa scripta essent, melius perfici non potuisse, concedere cogantur. Cf. van Heusdium l. l. p. 154. ita de hoc loco iudicantem: «Sit sane ita, prouti diximus: *hominem* in disquisitionibus hisce magis, quam *civitatem* resque civiles exploraverit philosophus: verumtamen, quod hanc attinet oligarchiae in democratiam conversionem, *etiamsi hoc unum habuisset consilium, ut eam e verissimae politicae principiis adumbraret, rem sane perficere accuratius non potuisset.*» Unum tamen locum, qui p. 557. D. St. legitur hic afferre liceat: *Καὶ ἔστι*

γε, ὦ μακάριε, ἣν δ' ἐγώ, ἐπιτήδειον ζητεῖν ἐν αὐτῇ πολιτείαν. Τί δή; Ὅτι πάντα γένη πολιτειῶν ἔχει διὰ τὴν ἐξουσίαν, καὶ κινδυνεύει τῷ βουλομένῳ πόλιν κατασκευάζειν, ὃ νῦν δὴ ἡμεῖς ἐποιοῦμεν, ἀναγκαῖον εἶναι εἰς δημοκρατουμένην ἐλθόντι πόλιν ὃς ἂν αὐτὸν ἀρέσκῃ τρόπος, τοῦτον ἐκλέξασθαι, ὥσπερ εἰς παντοπώλιον ἀφικομένῳ πολιτειῶν, καὶ ἐκλεξαμένῳ, οὕτω κατοικίζειν. Ἴσως γοῦν, ἔφη, οὐκ ἂν ἀποροῖ παραδείγματων. Cur verba: ὃ νῦν δὴ ἡμεῖς ἐποιοῦμεν, quae necessaria omnino non sunt, addita putemus? Nos non aliam huius rei causam invenimus, quam quod Socrates huic loco quaedam quasi vestigia imprimere voluerit, quae verum operis finem indicarent, attentumque lectorem, qui recordaretur omnem adhuc habitum sermonem in civitate vere versatum esse adverterent quidem, non tamen violenter tollerent speciem de operis fine excitatam. Nam non loqui hoc loco Socratem de civitate inveniendae iustitiae causa, sed de civitate sua causa instituenda, quemvis verba ipsa docebunt. « *Qui civitatem, inquit, condere velit* » — τῷ βουλομένῳ πόλιν κατασκευάζειν h. e. vere condere, non alterius rei explicandae gratia describere — « quod modo nos fecimus » — ὃ νῦν δὴ ἡμεῖς ἐποιοῦμεν — « ei videri necessarium esse intranti in democraticam civitatem id reipublicae genus eligere quod ipsi placeat; esse enim hanc civitatem quasi nundinas civitatum omnis generis. » Non praetereundum vero quod iam legimus: Ἡ δὲ συγγνώμη καὶ οὐδ' ὁπωστιοῦν σμικρολογία αὐτῆς, ἀλλὰ καταφρόνησις ὧν ἡμεῖς ἐλέγομεν σεμνύνοντες, ὅτε τὴν πόλιν ᾠκίζομεν, ὡς εἰ μή τις ὑπερβεβλημένην φύσιν ἔχοι, οὔποτ' ἂν γένοιτο ἀνὴρ ἀγαθὸς, εἰ μὴ παῖς ὢν εὐθὺς παίζοι ἐν καλοῖς καὶ ἐπιτηδεύοι τὰ τοιαῦτα πάντα, ὡς μεγαλοπρεπῶς καταπατήσασ' ἅπαντα ταῦτα οὐδὲν φροντίζει, ἐξ ὁποίων ἄν τις ἐπιτηδευμάτων ἐπὶ τὰ πολιτικὰ ἰὼν πράττῃ, ἀλλὰ τιμᾷ, ἐὰν φῇ μόνον εὔνους εἶναι τῷ πλήθει. Quum ita, quae de civium educatione et philosophis s. rectoribus civitatis dixit, ex adverso ponantur democratiarum institutis, atque ita haec optima civitas in civitatum quasi seriem atque ordinem includatur, nonne in his veram civitatem Platonem ob oculos habuisse statuis, nec iustitiae tantum illustrandae causa factam? Democratici viri origo atque indoles describitur inde a p. 558,

C. St. usque ad p. 561, E. St.; excepta tamen p. 558, D. St. a verbis *Βούλει οὖν*, — — — — — — — p. 559, D. St. *Πάλιν τοίνυν κ. τ. ἑ.*, quo loco explicatur, quas necessarias, quas non necessarias voluptates intelligat.

Ita hanc etiam de democratici viri origine atque indole disputationem, alteri, de democratiae origine atque natura, ambitu cedere vides. Deprehenditur vero etiam hoc loco Socratis simulatio, saepius obvia. Cf. p. 558, C. extr., de quo loco iam plura dicentur. — Neque timocratici neque oligarchici viri originem ex animi nostri natura sola repetitam esse, sed vocari in auxilium civitatum in quibus existant hi viri statum et conditionem, ex iisque tanquam exprimi hos viros, iam antea docuimus. Eodem modo se res habet cum viro democratico. Atque omnia in his mirabiliter respondere iis, quae in civitatibus oligarchicis ac democraticis fieri soleant, optime vidit Heusdius, idque adeo ex nostra de Operis fine sententia necessarium est. Quod si vero quis inde Platonem, quum docere vellet quae esset iniustitiae vis et natura, recte primum ad civitatem convertisse sermonem statuat, ut statuit Heusdius, quoniam ita melius perspiceretur, quos effectus iniustitia in animos hominum haberet, si compararentur cum tumultibus ac turbis civitatum, dubius animi status, et tum ad virtutem tum ad vitia inclinans, cum nutanti civitatis statu et tum ad optimatum tum ad plebis imperium inclinanti neque una; nos contra aptissima quidem Platonem imagine usum esse concedemus, — quis enim id aut velit aut possit negare? — sed, quum imago, nisi cognita re, nihil faciat ad rem vere inveniendam, et omne adeo simile claudicet, ut est in proverbio, quaestionem ratione plane inversa instituendam fuisse statuemus, si ad iniustitiam et ethicam omnino Platonis sermo praecipue pertineat. Cf. Heusdium l. l. p. 156. «Quod diximus, ethicam proprie contineri Politia Platonis, talem autem illam esse, qualem apud alios philosophos haud facile reperias, id, ni fallor, legendis his omnibus animoque recolendis, verissimum nobis videbitur. Quis enim unquam similem in modum ad civitatum effigiem mores hominum exegit? Sic autem effecit ille, ut, quod in civitatibus corruptis omnium in oculos incurrit, idem in animo hominis, ubi ad peio-

rem conditionem inclinat ac pronus deinde praecepsque prorui, luce clarius animadvertamus. Mitto, de quibus iam monui, tria illa in animo hominis, τὸ λογιστικὸν, θυμοειδὲς et ἐπιθυμητικόν: quorum in optimo viro consensum et in corrupto dissensum ac veluti tumultus et seditiones, nisi civitatum adhibita specie, tanta nobis perspicuitate docere non potuisset; quod vero animi dubitationes attinet, ubi diversis agitatur, nunc in meliorem, tum vero in deteriorem partem, studiis, illudque reapse percipit:

— video meliora proboque
deteriora sequor:

quo illud pacto tam nobis manifesto diligenterque potuisset demonstrare, quam uti fecit, civitate nobis ad spectandum proposita, quae non una, sed in duas esset partes distracta? Quid? quod non solum θυμοειδὲς illud, quod nobis inest, custodibus civitatis, sed cupiditates etiam nostras multitudini comparavit? In seditionibus civitatum ac regnorum quid efficiat fere multitudo vilissimorumque hominum turba et colluvies, novimus: quid autem ad agitationes animi internasque seditiones cognoscendas interius, adhiberi aptius efficaciusque potest, quam civitas tumultibus agitata?» Quod talis ethica apud alios philosophos non reperiatur et quod nunquam alius similem in modum ad civitatum effigiem mores hominum exegerit, id certissimum veritatis nostrae sententiae argumentum est. Nam nec Platonem id facturum fuisse nobis persuasum est, nisi ad Rempublicam hic sermo pertineret. Nam si vera sit Heusdii de Operis fine sententia, et si iustitia ac temperantia et quae sunt his contraria efficiantur *libero* trium animi facultatum aut consensu aut dissensu, quemadmodum aut consentiant aut dissentiant ordines ac partes Reipublicae, tum recte reprehensurum fuisse arbitror Schleiermacherum, quae reprehendit p. 28. 29. introductionis, tolli ita monens discrimina vel maxime observanda, et intelligi etiam maximi ingenii hominem non neglexisse sine poena legem simplicitatis in hac re tractanda. Secundum nos vero haec ad animum transferri non debent, sed contra animi status ad Rempublicam. Ac potuisse Platonem ea, quae desiderat Heusdius,

etiam alia via aeque perspicue docere, intelligitur ex animi imagine, quam libro nono p. 588, C. sqq. exhibuit. Idem valet de animi dubitationibus, ubi diversis agitatur studiis. Cf. lib. IV. p. 440.

SECTIO V.

Iam de tyrannide sermo oritur: *Ἡ καλλίστη δή, ἦν δ' ἐγώ, πολιτεία τε καὶ ὁ κάλλιστος ἀνὴρ λοιπὰ ἂν ἡμῖν εἴη διελθεῖν, τυραννίς τε καὶ τύραννος. Κομιδῇ γ', ἔφη. Φέρε δή, τίς τρόπος τυραννίδος, ὦ φίλε ἑταῖρε, γίγνεται; ὅτι μὲν γὰρ ἐκ δημοκρατίας μεταβάλλει, σχεδὸν δῆλον. Δῆλον. Ἆρ' οὖν τρόπον τινὰ τὸν αὐτὸν ἔκ τε ὀλιγαρχίας δημοκρατία γίγνεται καὶ ἐκ δημοκρατίας τυραννίς; Πῶς;* p. 562, A. St. Cf. ad h. l. Schneideri adnotationem: «*γίγνεται*, prodit, quaerentibus se offert, quae significatio verbi similis illi est, qua praeditum etiam cum adverbio construi vidimus Vol. 1. p. 61, a. Hoc vero loco salva sententiae summa vel *φαίνεται* vel *ἐστὶ* pro *γίγνεται* poni poterat. Item lib. III. p. 412, C. et Euthydem. p. 298, E. Hanc ipsam autem sententiam Schleiermacherus, quum in sequentibus non de indole et conditione, sed de origine et progressu tyrannidis agatur, ineptam existimat et lectionem corruptam suspicatur. Quidni Socratem statuamus, quemadmodum supra p. 558, C. in viro democratico, priusquam de ortu dixisset, statim indole arrepta hanc quaestionem proposuisse, tum praetermissae originis recordatum primum eam quasi in transcursu quippe per se cuivis notam attigisse, deinde plene et copiose, ut par erat explicuisse? Prorsus eodem modo agit L. V. p. 466, D. in longae disputationis ingressu haec paucula defungentis instar iaciens: *περὶ μὲν γὰρ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ, οἶμαι, δῆλον ὃν τρόπον πολεμήσουσι.* Nec quicquam aptius ad talem nexum particulis *μὲν γὰρ*, illa diversitatem rei iam commemorandae, hac rationem, cur non prius commemorata sit, ostendente.» Acute Schneiderus nisi quod causam huius negligentiae, quae speciosa tantum est neque vera, non indicavit. Ita dixisse putandus est Socrates eam ob causam, ut properare videtur ad eam

partem quaestionis, quae cum specioso operis fine, utrum praestaret esse iustum an iniustum, magis coniuncta videtur. Nam originem tyrannidis indagare id vero plane ad politicam rationem pertinet. Quam egregie vero Plato in ea re versatus sit id docet van Heusde l. l. p. 159. «Illud vero unice philosophiae debuit, ut hoc modo originem earum (tyrannidum) ortumque e re contraria, e nimia libertate, duceret. Quod viderat iam quodammodo politicae ille apud Graecos non minus quam historiae parens Herodotus. (III, 82.) Idem autem a Platone demum et perspectum totum est et recte explicitum.» Pertinet haec tota disputatio inde a p. 562. St.; usque ad p. 569, C. St.

Quum igitur doceret, quemadmodum ex democratia tyrannis oriretur, in eumque finem nimiam democratiae libertatem describeret, tum Glauco: *Οὐκοῦν κατ' Αἰσχύλον, ἔφη, ἐροῦμεν ὅτι νῦν ἦλθ' ἐπὶ ϛόμα;* ad quae Socrates: *Πάνυ γε. καὶ ἔγωγε οὕτω λέγω.* Inserviunt haec sermonis ab una re ad aliam faciliori transitui, nec cuivis facile in mentem veniet haec ita accipere quemadmodum dicta sunt. Cf. Schneideri ad hunc locum adnotationem: «Non enim temere negligenterque nec delectu ullo sententiarum habito, sed ordine ac tempore dicendorum minus anxie observato ut in sermone familiari loqui se Adimantus monet ideoque non moleste fert, quod Socrates de mulierum et virorum aequalitate ut pene oblitus verba faciat. Cf. lib. V. p. 451, B, C. et VIIII. 571. B.» Nos in his quoque Socratis simulationem, ubivis obviam, deprehendimus. Sed tenenda res est si de dialogi indole iudicare recte velis. Neque vero opus est ut diutius in hac dialogi parte commoremur, sed satis erit, unum hic afferre locum, ab hac disputatione in qua nunc versamur alienum quidem, non negligendum tamen, si recte velis intelligere quomodo decimi libri initium cum reliquo sermone connexum sit. Is vero ita habet: *Οὐκ ἐτὸς, ἦν δ' ἐγὼ, ἡ τε τραγῳδία ὅλως σοφὸν δοκεῖ εἶναι καὶ ὁ Εὐριπίδης διαφέρων ἐν αὐτῇ. Τί δή; Ὅτι καὶ τοῦτο πυκνῆς διανοίας ἐχόμενον ἐφθέγξατο, ὡς ἄρα σοφοὶ τύραννοί εἰσι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. καὶ ἔλεγε δῆλον ὅτι τούτους εἶναι τοὺς σοφοὺς, οἷς ξύνεστι. Καὶ ὡς ἰσόθεόν γ', ἔφη, τὴν τυραννίδα ἐγκωμιάζει καὶ ἕτερα πολλὰ, καὶ οὗτος καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί. Τοιγάρτοι,*

REESE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

ἔφην, ἅτε σοφοὶ ὄντες οἱ τῆς τραγῳδίας ποιηταὶ συγγιγνόμενοι σφίσιν ἡμῖν τε καὶ ἐκείνοις, ὅσοι ἡμῶν ἐγγὺς πολιτεύονται*), ὅτι αὐτοὺς εἰς τὴν πολιτείαν οὐ παραδεξόμεθα ἅτε τυραννίδος ὑμνητάς. Οἶμαι ἔγωγ', ἔφη, ξυγγιγνώσκουσιν ὅσοιπέρ γε αὐτῶν κομψοί. Εἰς δέ γε, οἶμαι, τὰς ἄλλας περιιόντες πόλεις; ξυλλέγοντες τοὺς ὄχλους καλὰς φωνὰς καὶ μεγάλας καὶ πιθανὰς μισθωσάμενοι, εἰς τυραννίδας τε καὶ δημοκρατίας ἕλκουσι τὰς πολιτείας. Μάλα γε**). Οὐκοῦν καὶ προσέτι τούτων μισθοὺς λαμβάνουσι καὶ τιμῶνται, μάλιστα μέν, ὥσπερ τὸ εἰκὸς, ὑπὸ τυράννων, δεύτερον δὲ ὑπὸ δημοκρατίας· ὅσῳ δ' ἂν ἀνωτέρω ἴωσι πρὸς τὸ ἄναντες τῶν πολιτειῶν, μᾶλλον ἀπαγορεύει αὐτῶν ἡ τιμὴ, ὥσπερ ὑπὸ ἄσθματος ἀδυνατοῦσα πορεύεσθαι. Πάνυ μὲν οὖν. Ἀλλὰ δὴ, εἶπον, ἐνταῦθα μὲν ἐξέβημεν. Cf. p. 568, A. St. Ac vide quam celeriter Plato in viam redeat, si a recta discesserit.

Octavi libri finem recte ac suo loco positum esse, ostenditur.

Si ullo alio, certe hoc loco, vera videri possset Schleiermacheri de opere in libros distributo sententia, quae est p. 5. exposita: «Alle übrigen Bücher brechen so in der Mitte einer Verhandlung ab, dass auch nicht einige Redensarten daran gewendet werden konnten, Schluss oder Eingang zu bezeichnen.» Nam viri tyrannici descriptio, quae ad hanc de diversis quatuor civitatibus earumque origine et natura, et de diversis quatuor hominum generibus eorumque origine et natura disputationem pertinere videtur, non octavo libro, sed nono demum legitur. Sed ea etiam difficultas nostra de Operis fine sententia facile expedietur. Nam si in Republica versatur opus, certe quatuor civitatum timocratiae, oligarchiae, democratiae, tyrannidis formae earumque origo et natura summam octavi libri efficiunt,

*) Quid igitur non veram civitatem hac oratione sua Socrates spectaverit?

**) Ita intelligitur quantopere haec res cum quaestione de civitate cohaereat, et quam diligenter ea antea pertractanda fuerit.

et singulorum hominum originem atque naturam eo tantum consilio Plato descripsit, quoniam civitatum origo et natura ita melius intelligi posse videretur, et psychologice, ut ita dicam, explicaretur. Pertinet igitur ad eam quoque disputationem tyrannici viri descriptio, sed quum tyrannidem ipsam, quam quaestionem de tyrannico homine disputatio tantum aliquatenus adiuvabat, descripsisset Plato, id quod praecipue propositum erat huic libro quaerere ad finem deductum erat. Clauditur igitur octavus liber his verbis: *Τί οὖν; εἶπον· οὐκ ἐμμελῶς ἡμῖν εἰρήσεται, ἐὰν φῶμεν ἱκανῶς διειλῆυθέναι, ὡς μεταβαίνει τυραννὶς ἐκ δημοκρατίας γενομένη τε οἵα ἐστί; Πάνυ μὲν οὖν ἱκανῶς, ἔφη.* Prudenti igitur iudicio, argumentoque totius operis et huius libri convenienter, idque ipsum ita indicans, auctor finem libri hoc loco constituit. Et ex ea ipsa re, ex qua interpretes collegerunt non ipsum Platonem opus suum in libros divisisse videri, nobis contrarium recte colligi posse videtur. Nam nisi Plato, sed alius quispiam huius distributionis auctor esset, quid propius erat, aut quid magis exspectari poterat, quam ut is etiam tyrannici viri descriptionem octavo libro adderet et librum ita finiret? Pro eo ipsum Platonem, quum noni libri finis sit quaerere, utrum praestet iustum esse an iniustum, eaque quaestio maxime in tyrannici hominis descriptione nitatur*), apte hanc partem disputationis in nonum librum transtulisse iudicabis. Qua re id assequebatur, ut singuli libri nec avellerentur a sese magnoque hiatu distarent, nec tamen librorum initium atque finis non suo loco constitutus videretur. Noluit enim librorum commissuras ita apparere ut singulorum, quasi membrorum orationis, tanquam ossa et ligamenta denudarentur, sed ut tecta essent carne et cute, quum non solum recta esse vellet quae scriberet, sed etiam pulchra. Ita demonstratum est, ne hac quidem in re Platonis Opus ex vulgaribus artium praeceptis iudicandum esse.

*) Cf. Schleiermacherum p. 50. extr.: «Unläugbar ist wohl überhaupt das Bild der tyrannischen Seele, wie für die ganze Abzweckung dieses Theiles, indem es ja die vollendete Ungerechtigkeit darstellt, das wichtigste, so auch in allen einzelnen Zügen das gelungenste.»

Reipublicae liber nonus.

SECTIO I.

Sermo de tyrannici viri origine et natura pertinet inde a p. 571 — 576, B. St. Eum praecedit brevis disputatio psychologica: *Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὃ ποθῶ ἔτι; Τὸ ποῖον; Τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, οἷαί τε καὶ ὅσαι εἰσὶν, οὗ μοι δοκοῦμεν ἱκανῶς διηρῆσθαι. τούτου δὴ ἐνδεῶς ἔχοντος ἀσαφεστέρα ἔσται ἡ ζήτησις οὗ ζητοῦμεν. κ. τ. ἑ.* Docet igitur cuivis nostrum inesse cupiditates malas et legibus repugnantes, quas tamen boni aut omnes aut maiorem partem exstirpare possint. Apparere eas in somniis. Est haec disputatio necessaria ad hunc ipsum de Republica sermonem, si vera sunt quae ipse Plato dicit: *Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι καὶ ἀνθρώπων εἴδη τοσαῦτα ἀνάγκη τρόπων εἶναι, ὅσαπερ καὶ πολιτειῶν; ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἃ ἂν ὥσπερ ῥέψαντα τἆλλα ἐφελκύσηται; Οὐδαμῶς ἔγωγ', ἔφη, ἄλλοθεν, ἢ ἐντεῦθεν.* lib. VIII. p. 544, D.; necessaria vero etiam ad explicandam iniustitiae naturam, qui malarum civitatum fons et origo est; necessaria item ad recte iudicanda diversa civitatum genera, bona malaque, quorum illa ex iustitia haec ex iniustitia derivantur. — Ceterum etiam in hac parte sermonis, quae ambitu multum cedit iis, quae de tyrannica civitate disputavit Plato, omnia ita dicta sunt, ut ex civitate tyrannica expressa videantur, et quaestionem politicam in his praevalere appareat. Cf. p. 574, D. E. 575. A — E.*)

*) Inprimis p. 575. C. *Σμικρά γ', ἔφη, κακὰ λέγεις, ἐὰν ὀλίγοι ὦσιν οἱ τοιοῦτοι. Τὰ γὰρ σμικρὰ, ἦν δ' ἐγὼ, πρὸς τὰ μεγάλα σμικρά*

et singulorum hominum originem atque naturam eo tantum consilio Plato descripsit, quoniam civitatum origo et natura ita melius intelligi posse videretur, et psychologice, ut ita dicam, explicaretur. Pertinet igitur ad eam quoque disputationem tyrannici viri descriptio, sed quum tyrannidem ipsam, quam quaestionem de tyrannico homine disputatio tantum aliquatenus adiuvabat, descripsisset Plato, id quod praecipue propositum erat huic libro quaerere ad finem deductum erat. Clauditur igitur octavus liber his verbis: *Τί οὖν; εἶπον· οὐκ ἐμμελῶς ἡμῖν εἰρήσεται, ἐὰν φῶμεν ἱκανῶς διεληλυθέναι, ὡς μεταβαίνει τυραννὶς ἐκ δημοκρατίας γενομένη τε οἵα ἐστί; Πάνυ μὲν οὖν ἱκανῶς, ἔφη.* Prudenti igitur iudicio, argumentoque totius operis et huius libri convenienter, idque ipsum ita indicans, auctor finem libri hoc loco constituit. Et ex ea ipsa re, ex qua interpretes collegerunt non ipsum Platonem opus suum in libros divisisse videri, nobis contrarium recte colligi posse videtur. Nam nisi Plato, sed alius quispiam huius distributionis auctor esset, quid propius erat, aut quid magis exspectari poterat, quam ut is etiam tyrannici viri descriptionem octavo libro adderet et librum ita finiret? Pro eo ipsum Platonem, quum noni libri finis sit quaerere, utrum praestet iustum esse an iniustum, eaque quaestio maxime in tyrannici hominis descriptione nitatur*), apte hanc partem disputationis in nonum librum transtulisse iudicabis. Qua re id assequebatur, ut singuli libri nec avellerentur a sese magnoque hiatu distarent, nec tamen librorum initium atque finis non suo loco constitutus videretur. Noluit enim librorum commissuras ita apparere ut singulorum, quasi membrorum orationis, tanquam ossa et ligamenta denudarentur, sed ut tecta essent carne et cute, quum non solum recta esse vellet quae scriberet, sed etiam pulchra. Ita demonstratum est, ne hac quidem in re Platonis Opus ex vulgaribus artium praeceptis iudicandum esse.

*) Cf. Schleiermacherum p. 50. extr.: «Unläugbar ist wohl überhaupt das Bild der tyrannischen Seele, wie für die ganze Abzweckung dieses Theiles, indem es ja die vollendete Ungerechtigkeit darstellt, das wichtigste, so auch in allen einzelnen Zügen das gelungenste.»

Reipublicae liber nonus.

SECTIO I.

Sermo de tyrannici viri origine et natura pertinet inde a p. 571 — 576, B. St. Eum praecedit brevis disputatio psychologica: *Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, ὃ ποθῶ ἔτι; Τὸ ποῖον; Τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, οἷαί τε καὶ ὅσαι εἰσὶν, οὗ μοι δοκοῦμεν ἱκανῶς διῃρῆσθαι. τούτου δὴ ἐνδεῶς ἔχοντος ἀσαφεστέρα ἔσται ἡ ζήτησις οὗ ζητοῦμεν. κ. τ. ἑ.* Docet igitur cuivis nostrum inesse cupiditates malas et legibus repugnantes, quas tamen boni aut omnes aut maiorem partem exstirpare possint. Apparere eas in somniis. Est haec disputatio necessaria ad hunc ipsum de Republica sermonem, si vera sunt quae ipse Plato dicit: *Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι καὶ ἀνθρώπων εἴδη τοσαῦτα ἀνάγκη τρόπων εἶναι, ὅσαπερ καὶ πολιτειῶν; ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἃ ἂν ὥσπερ ῥέψαντα τἆλλα ἐφελκύσηται; Οὐδαμῶς ἔγωγ', ἔφη, ἄλλοθεν, ἢ ἐντεῦθεν.* lib. VIII. p. 544, D.; necessaria vero etiam ad explicandam iniustitiae naturam, qui malarum civitatum fons et origo est; necessaria item ad recte iudicanda diversa civitatum genera, bona malaque, quorum illa ex iustitia haec ex iniustitia derivantur. — Ceterum etiam in hac parte sermonis, quae ambitu multum cedit iis, quae de tyrannica civitate disputavit Plato, omnia ita dicta sunt, ut ex civitate tyrannica expressa videantur, et quaestionem politicam in his praevalere appareat. Cf. p. 574, D. E. 575. A — E.*)

*) Inprimis p. 575. C. *Σμικρά γ', ἔφη, κακὰ λέγεις, ἐὰν ὀλίγοι ὦσιν οἱ τοιοῦτοι. Τὰ γὰρ σμικρὰ, ἦν δ' ἐγὼ, πρὸς τὰ μεγάλα σμικρά*

Nam iustitiam in his non sua causa quaeri, id ex ipsa perfunctoria ratione disputationis, qua ad explicandam iniustitiae naturam tantum prius de iustitia dicta in memoriam revocantur, colligitur. Cf. p. 576, A. St. *Ἆρ' οὖν οὐκ ὀρθῶς ἂν τοὺς τοιούτους* (tyrannicos intelligit) *ἀπίστους καλοῖμεν; Πῶς δ' οὔ; Καὶ μὴν ἀδίκους γε ὡς οἷόν τε μάλιστα, εἴπερ ὀρθῶς ἐν τοῖς πρόσθεν ὡμολογήσαμεν περὶ δικαιοσύνης, οἷόν ἐστιν. Ἀλλὰ μήν, ἦ δ' ὅς, ὀρθῶς γε.* Aliter de his statuit Heusdius l. l. p. 166. «In his Plato, uti cernimus, iter hominis ad vitia omnemque pravitatem absolvit tandem. Quo in negotio quid amoris illo, quem describit, furore spectaverit, e Phaedro et Symposio intelligitur. *Πάνδημος* est iste scilicet, qui hominem sic ad turpissima, ut *οὐράνιος* ad pulcherrima quaeque et honestissima, adducit. Idem autem ille vilis abiectusque amor, ut in Phaedro poetica est ratione descriptus, ita hic philosopha hacce de natura humana disquisitione, efficitur, qualis sit proprie, quamque vim ad caeteras cupiditates omnes incendendas totumque hominem et regendum tyranni instar et penitus corrumpendum, habeat. Quo magis ethicae locum philosophus, qui est de virtutibus ac vitiis maximeque de animi depravatione, plene tractasse videtur.» Quae si vere disputarentur ab Heusdio, qui potuisset Aristoteles hanc de civitatum conversionibus doctrinam ita reprehendere ut reprehendit Polit. lib. V. c. X.? Nam hae Aristotelis reprehensiones tum demum iustae videri possunt, si politices locum in his tractavisse Platonem statuas. Id vero aut non intellexisse, aut, etiamsi intellexerit, calumniatum esse Aristotelem quis sibi persuadeat? Verius igitur Schleiermacherus, reprehendens in his etiam id, quod melancholica animi indoles tyrannorum ratione psychologica explicata non sit, de hac omni operis parte ita iudicat: «Die Art, wie die eine dieser Gemüthsverfassungen aus der andern entsteht, ist nicht recht an und für sich verständlich, sondern nur vermittelt durch das

---

ἐστι, καὶ ταῦτα δὴ πάντα πρὸς τύραννον πονηρίᾳ καὶ ἀθλιότητι πόλεως, τὸ λεγόμενον, οὐδ' ἴκταρ βάλλει. Qui locus docere potest, non respicere Platonem in his praecipue ea quae singulis contingant, nec praevalere rationem ethicam.

Vorhandensein jener verschiedenen bürgerlichen Verfassungen, *und das Uebergehen dieser in einander ist zwar mit grosser Wahrheit und unmittelbar verständlich gezeichnet,* eigentlich aber sollten sie selbst dem obigen Grundsatz gemäss nur aus dem Vorherrschen der analogen Gesinnung in der grossen Mehrheit der Einzelnen richtig verstanden werden können. *So dass es das Ansehen gewinnt, als ob gleichsam wider Willen des Schriftstellers die politische Darstellung, die genau betrachtet nur als Apparat hier steht, eine hervorragende Selbstständigkeit und unabhängige Geltung gewinne.* Finitur haec pars disputationis his verbis: *Κεφαλαιωσώμεθα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὸν κάκιστον. ἔστι δέ που οἷον ὄναρ διηλθομεν, ὃς ἂν ὕπαρ τοιοῦτος ᾖ. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν οὗτος γίγνεται ὃς ἂν τυραννικώτατος φύσει ὢν μοναρχήσῃ, καὶ ὅσῳ ἂν πλείω χρόνον ἐν τυραννίδι βιῷ, τοσούτῳ μᾶλλον τοιοῦτος. Ἀνάγκη, ἔφη διαδεξάμενος τὸν λόγον ὁ Γλαύκων* quemadmodum iniustissimum non definivisset auctor nisi politica in his ratio praevaleret.

SECTIO II.

Iam triplici usus argumentandi ratione probat auctor, miserrimum esse qui iniustissimus sit, h. e. tyrannum, recte ita in fine sermonis ad eam quaestionem rediens, a qua orsus erat. Ita, quum optima civitas ex iustitia, malae ex iniustitia, tanquam ex principio et fonte oriantur, sponte efficitur, quod effici vult Plato, utra civitas praeferenda sit. *Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὃς ἂν φαίνηται πονηρότατος, καὶ ἀθλιώτατος φανήσεται; καὶ ὃς ἂν πλεῖστον χρόνον καὶ μάλιστα τυραννεύσῃ, μάλιστά τε καὶ πλεῖστον χρόνον τοιοῦτος γεγονὼς τῇ ἀληθείᾳ; τοῖς δὲ πολλοῖς πολλὰ καὶ δοκεῖ. Ἀνάγκη, ἔφη, ταῦτα γοῦν οὕτως ἔχειν. Ἄλλο τι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅ γε τυραννικὸς κατὰ τὴν τυραννουμένην πόλιν ἂν εἴη ὁμοιότητι, δημοτικὸς δὲ κατὰ δημοκρατουμένην, καὶ οἱ ἄλλοι οὕτω; Τί μήν; Οὐκοῦν ὅτι πόλις πρὸς πόλιν ἀρετῇ καὶ εὐδαιμονίᾳ, τοῦτο καὶ ἀνὴρ πρὸς ἄνδρα; Πῶς γὰρ οὔ; Τί οὖν ἀρετῇ ἡ τυραννουμένη πόλις πρὸς βασιλευομένην οἵαν τὸ πρῶτον*

δυήλθομεν; Πᾶν τοὐναντίον, ἔφη· ἡ μὲν γὰρ ἀρίστη, ἡ δὲ κακίστη. Οὐκ ἐρήσομαι, εἶπον, ὁποτέραν λέγεις· δῆλον γάρ. ἀλλ' εὐδαιμονίας τε αὖ καὶ ἀθλιότητος ὡσαύτως, ἢ ἄλλως κρίνεις; καὶ μὴ ἐκπληττώμεθα πρὸς τὸν τύραννον ἕνα ὄντα βλέποντες, μηδ' εἴ τινες ὀλίγοι περὶ ἐκεῖνον, ἀλλ' ὡς χρὴ ὅλην τὴν πόλιν εἰσελθόντας θεάσασθαι, καταδύντες εἰς ἅπασαν καὶ ἰδόντες, οὕτω δόξαν ἀποφαινώμεθα. Ἀλλ' ὀρθῶς, ἔφη, προκαλῇ· καὶ δῆλον παντί, ὅτι τυραννουμένης μὲν οὐκ ἔστιν ἀθλιωτέρα, βασιλευομένης δὲ οὐκ εὐδαιμονεστέρα. Cf. p. 576, C. sqq. St. Pendet ita quaestio ethica de virtute et beatitate a quaestione politica, eademque in his investigandi ratio obtinet, quam libro quarto obtinere vidimus, quum iustitiam primum in civitate, deinde in animo quaereret philosophus, illud quia docere vellet, esse hanc civitatem ex iustitia, tanquam imaginem ex ore aliquo, expressam, hoc quia iustitiam ipsam tanquam exemplar imaginis inde expressae proponere, et ex animo hominis principia civitatis suae repetere vellet. Ita in his quoque orsus est a civitate tyrannica, quae ut civitas perfecta iustitiae, ita iniustitiae quaedam quasi imago est. Quibus explicatis, ne haec quaestio fundamento suo careret, ad animum hominis sermo redit, plane eodem modo ut libro quarto factum est. Profecto autem non latuit philosophum non vere explicari iniustitiam eiusque effectus in animum hominis comparatione cum civitatibus facta. Politica igitur quaestio hoc etiam loco non solum praecedit, sed etiam praecipua est. Nam quaestionem de iniustitiae vi atque effectu in animis hominum hic non recte solvi, vel inde patet, quod secundum Platonem miserrimi sunt, licet iniusti non sint, *qui tyrannorum imperio pareant*. Haec tanto magis mirabilia videri necesse est, quo melius Plato scivit, unde haec omnis quaestio penderet, Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ περὶ τῶν ἀνδρῶν τὰ αὐτὰ ταῦτα προκαλούμενος ὀρθῶς ἂν προκαλοίμην, ἀξιῶν κρίνειν περὶ αὐτῶν ἐκεῖνον, ὃς δύναται τῇ διανοίᾳ εἰς ἀνδρὸς ἦθος ἐνδὺς διιδεῖν καὶ μὴ καθάπερ παῖς ἔξωθεν ὁρῶν ἐκπλήττεται ὑπὸ τῆς τῶν τυραννικῶν προστάσεως, ἣν πρὸς τοὺς ἔξω σχηματίζονται, ἀλλ' ἱκανῶς διορᾷ; κ. τ. ἑ. p. 576, E. St., nec scivit tantummodo, sed etiam ipse in sequentibus, ut mox videbimus, rectam viam iniit. — Deinde Plato tyranni-

cum virum cum tyrannica civitate comparat. Haec comparatio vero saepe magnopere claudicat. Dicit enim: *Εἰ οὖν, εἶπον, ὅμοιος ἀνὴρ τῇ πόλει, οὐ καὶ ἐν ἐκείνῳ ἀνάγκη τὴν αὐτὴν τάξιν ἐνεῖναι, καὶ πολλῆς μὲν δουλείας τε καὶ ἀνελευθερίας γέμειν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ταῦτα αὐτῆς τὰ μέρη δουλεύειν, ἅπερ ἦν ἐπιεικέστατα, σμικρὸν δὲ καὶ τὸ μοχθηρότατον καὶ μανικώτατον δεσπόζειν.* p. 577, D. St. Id vero tam parum quadrat, ut ipse Plato plane contrarium doceat. cf. lib. IX, p. 588, D. St. Ibi enim de cupiditatibus et ira sermonem faciens, et imagine ficti cuiusdam animalis docens, quae inter ipsas et *λόγον* ratio intercedat, *πολὺ δὲ μέγιατον ἔστω*, inquit, *τὸ πρῶτον*, (cupiditates) *καὶ δεύτερον τὸ δεύτερον.* (ira). — Eodem modo se res habet in his: *Οὐκοῦν ἡ γε αὖ δούλη καὶ τυραννουμένη πόλις ἥκιστα ποιεῖ ἃ βούλεται; Πολύ γε. Καὶ ἡ τυραννουμένη ἄρα ψυχὴ ἥκιστα ποιήσει ἃ ἂν βουληθῇ, κ. τ. ἑ.* p. 577, D. In his plane diversam rationem obtinere quivis sponte videt. In tyrannica enim civitate subditi necessitate coacti parent, plane aliter vero se res habet cum ratione in hominis animo. — Idem valet de his: *Πλουσίαν δὲ, ἢ πενομένην ἀνάγκη τὴν τυραννουμένην πόλιν εἶναι; Πενομένην. Καὶ ψυχὴν ἄρα τυραννικὴν πεπιχρὰν καὶ ἄπληστον ἀνάγκη ἀεὶ εἶναι. Οὕτως, ἦ δ' ὅς.* p. 577, E. Nam ibi de vera inopia sermo est, hic de inopia verae beatitatis et de inexhausta cupiditatum siti. — *Τί δὲ φόβον γέμειν ἆρ' οὐκ ἀνάγκη τήν γε τοιαύτην πόλιν τόν τε τοιοῦτον ἄνδρα; Πολλή γε.* p. 578. In quibus res non facilius procedit, quum civitas tyranni imperio parens a tyranno metuat, tyrannus vero ipse alios. Ita Plato profecto erraturus non fuisset, si iniustitiam hic vere quaereret, non doceret esse hanc civitatem, tyranni imperio parentem, quasi imaginem quandam iniustitiae ex illa expressam. Quum ita eadem in utrisque vitia deprehendisset, miserrimam civitatum tyrannidem iudicat, hoc iudicium ad tyrannicum virum transferens, tyrannico autem viro etiam miseriorem eum iudicat, qui tyrannica animi indole praeditus civitatis alicuius gubernacula teneat. Quae omnia Platonem ita dicturum non fuisse putamus, nisi civitatis hic praecipua haberetur ratio. — Iam de miseria tyrannici, qui civitatis alicuius imperium teneat disputare pergit, accurate describens ter-

partem quaestionis, quae cum specioso operis fine, utrum praestaret esse iustum an iniustum, magis coniuncta videtur. Nam originem tyrannidis indagare id vero plane ad politicam rationem pertinet. Quam egregie vero Plato in ea re versatus sit id docet van Heusde l. l. p. 159. «Illud vero unice philosophiae debuit, ut hoc modo originem earum (tyrannidum) ortumque e re contraria, e nimia libertate, duceret. Quod viderat iam quodammodo politicae ille apud Graecos non minus quam historiae parens Herodotus. (III, 82.) Idem autem a Platone demum et perspectum totum est et recte explicitum.» Pertinet haec tota disputatio inde a p. 562. St.; usque ad p. 569, C. St.

Quum igitur doceret, quemadmodum ex democratia tyrannis oriretur, in eumque finem nimiam democratiae libertatem describeret, tum Glauco: *Οὐκοῦν κατ' Αἰσχύλον, ἔφη, ἐροῦμεν ὅτι νῦν ἦλθ' ἐπὶ ϛόμα;* ad quae Socrates: *Πάνυ γε. καὶ ἔγωγε οὕτω λέγω.* Inserviunt haec sermonis ab una re ad aliam faciliori transitui, nec cuivis facile in mentem veniet haec ita accipere quemadmodum dicta sunt. Cf. Schneideri ad hunc locum adnotationem: «Non enim temere negligenterque nec delectu ullo sententiarum habito, sed ordine ac tempore dicendorum minus anxie observato ut in sermone familiari loqui se Adimantus monet ideoque non moleste fert, quod Socrates de mulierum et virorum aequalitate ut pene oblitus verba faciat. Cf. lib. V. p. 451, B, C. et VIIII. 571. B.» Nos in his quoque Socratis simulationem, ubivis obviam, deprehendimus. Sed tenenda res est si de dialogi indole iudicare recte velis. Neque vero opus est ut diutius in hac dialogi parte commoremur, sed satis erit, unum hic afferre locum, ab hac disputatione in qua nunc versamur alienum quidem, non negligendum tamen, si recte velis intelligere quomodo decimi libri initium cum reliquo sermone connexum sit. Is vero ita habet: *Οὐκ ἐτὸς, ἦν δ' ἐγὼ, ἡ τε τραγῳδία ὅλως σοφὸν δοκεῖ εἶναι καὶ ὁ Εὐριπίδης διαφέρων ἐν αὐτῇ. Τί δή; Ὅτι καὶ τοῦτο πυκνῆς διανοίας ἐχόμενον ἐφθέγξατο, ὡς ἄρα σοφοὶ τύραννοί εἰσι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. καὶ ἔλεγε δῆλον ὅτι τούτους εἶναι τοὺς σοφοὺς, οἷς ξύνεστι. Καὶ ὡς ἰσόθεόν γ', ἔφη, τὴν τυραννίδα ἐγκωμιάζει καὶ ἕτερα πολλὰ, καὶ οὗτος καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί. Τοιγάρτοι,*

REESE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

ἔφην, ἅτε σοφοὶ ὄντες οἱ τῆς τραγῳδίας ποιηταὶ συγγιγνώσκουσιν ἡμῖν τε καὶ ἐκείνοις, ὅσοι ἡμῶν ἐγγὺς πολιτεύονται*), ὅτι αὐτοὺς εἰς τὴν πολιτείαν οὐ παραδεξόμεθα ἅτε τυραννίδος ὑμνητάς. Οἶμαι ἔγωγ', ἔφη, ξυγγιγνώσκουσιν ὅσοιπέρ γε αὐτῶν κομψοί. Εἰς δέ γε, οἶμαι, τὰς ἄλλας περιιόντες πόλεις, ξυλλέγοντες τοὺς ὄχλους καλὰς φωνὰς καὶ μεγάλας καὶ πιθανὰς μισθωσάμενοι, εἰς τυραννίδας τε καὶ δημοκρατίας ἕλκουσι τὰς πολιτείας. Μάλα γε**). Οὐκοῦν καὶ προσέτι τούτων μισθοὺς λαμβάνουσι καὶ τιμῶνται, μάλιστα μὲν, ὥσπερ τὸ εἰκὸς, ὑπὸ τυράννων, δεύτερον δὲ ὑπὸ δημοκρατίας· ὅσῳ δ' ἂν ἀνωτέρω ἴωσι πρὸς τὸ ἄναντες τῶν πολιτειῶν, μᾶλλον ἀπαγορεύει αὐτῶν ἡ τιμὴ, ὥσπερ ὑπὸ ἄσθματος ἀδυνατοῦσα πορεύεσθαι. Πάνυ μὲν οὖν. Ἀλλὰ δὴ, εἶπον, ἐνταῦθα μὲν ἐξέβημεν. Cf. p. 568, A. St. Ac vide quam celeriter Plato in viam redeat, si a recta discesserit.

Octavi libri finem recte ac suo loco positum esse, ostenditur.

Si ullo alio, certe hoc loco, vera videri possset Schleiermacheri de opere in libros distributo sententia, quae est p. 5. exposita: «Alle übrigen Bücher brechen so in der Mitte einer Verhandlung ab, dass auch nicht einige Redensarten daran gewendet werden konnten, Schluss oder Eingang zu bezeichnen.» Nam viri tyrannici descriptio, quae ad hanc de diversis quatuor civitatibus earumque origine et natura, et de diversis quatuor hominnm generibus eorumque origine et natura disputationem pertinere videtur, non octavo libro, sed nono demum legitur. Sed ea etiam difficultas nostra de Operis fine sententia facile expedietur. Nam si in Republica versatur opus, certe quatuor civitatum timocratiae, oligarchiae, democratiae, tyrannidis formae earumque origo et natura summam octavi libri efficiunt,

*) Quid igitur non veram civitatem hac oratione sua Socrates spectaverit?

**) Ita intelligitur quantopere haec res cum quaestione de civitate cohaereat, et quam diligenter ea antea pertractanda fuerit.

χικὸς ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ αὖ τρίτος, ἐὰν εἰς ταὐτὸν ἀριστοκρατικὸν καὶ βασιλικὸν τιθῶμεν. Τρίτος γάρ. Τριπλασίου ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, τριπλάσιον ἀριθμῷ ἀληθοῦς ἡδονῆς ἀφέστηκε τύραννος. Φαίνεται. Ἐπίπεδον ἄρ', ἔφην, ὡς ἔοικε, τὸ εἴδωλον κατὰ τὸν τοῦ μήκους ἀριθμὸν ἡδονῆς τυραννικῆς ἂν εἴη. Κομιδῇ γε. Κατὰ δὲ δύναμιν καὶ τρίτην αὔξην, δῆλον δὴ ἀπόστασιν ὅσην ἀφεστηκὼς γίγνεται. Δῆλον, ἔφη, τῷ γε λογιστικῷ. Οὐκοῦν ἐάν τις μεταστρέψας ἀληθείᾳ ἡδονῆς τὸν βασιλέα τοῦ τυράννου ἀφεστηκότα λέγῃ ὅσον ἀφέστηκεν, ἐννεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις ἥδιον αὐτὸν ζῶντα εὑρήσει τελειωθείσῃ τῇ πολλαπλασιώσει, τὸν δὲ τύραννον ἀνιαρότερον τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἀποστάσει). Ἀμήχανον, ἔφη, λογισμὸν καταπεφόρηκας τῆς διαφορότητος τοῖν ἀνδροῖν, τοῦ τε δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου, πρὸς ἡδονήν τε καὶ λύπην.* Multo magis autem superabitur iniustus *εὐσχημοσύνῃ τε βίου καὶ κάλλει καὶ ἀρετῇ.* Percommode Stallbaumius ad h. l.: «Locum de veris ac falsis voluptatibus philosophus copiose tractavit Phileb. p. 36. sqq., ad quam disputationem v. Proll. nostra p. LXXIII. sqq. In eodem libro etiam subtiliter docuit mentis ac sapientiae esse, de vitae humanae felicitate iudicare ipsamque vitam ita regere ac moderari, ut ad quam maximam perveniatur beatitatem. v. p. 27. D. sqq. et sermonis partem extremam. Quae omnia quoniam ibi multo subtilius atque copiosius exposita sunt quam hic factum est a philosopho, haud inepte suspiceris Philebum ante Politiam esse compositum et in lucem emissum. Idem de libro Gorgiae nomine inscripto valet, in quo quum multa de voluptatis et honestatis ratione subtiliter disserantur, tum vitam tyranni miseriae plenam esse luculentis argumentis demonstratur.» Tamenne in iudicio de vita iusta vel iniusta ferendo sermonis praestantissimi finem versari putemus, quum ea ipsa argumenta, quibus vitam iustam praestare docetur, in aliis libris multo luculentius quam hic tractata sint? Ita ipsis eorum confessionibus, qui aliam de

*) Eo pertinere hanc computationem ut quantum praestet perfecta civitas tyrannidi quasi sensibus subiiciatur in aperto est. Ceterum conferantur quae hoc de loco monuit Schneiderus in praefatione tertii voluminis p. LXXXXVIII. sqq.

operis fine sententiam defendunt, nostra de operis fine sententia comprobatur.

Quibus expositis Socrates: *Εἶεν δή*, inquit, *ἐπειδὴ ἐνταῦθα λόγου γεγόναμεν, ἀναλάβωμεν τὰ πρῶτα λεχθέντα, δι' ἃ δεῦρ' ἤκομεν. ἦν δέ που λεγόμενον λυσιτελεῖν ἀδικεῖν τῷ τελέως μὲν ἀδίκῳ, δοξαζομένῳ δὲ δικαίῳ. ἢ αὐχ οὕτως ἐλέχθη; Οὕτω μὲν οὖν. Νῦν δή, ἔφην, αὐτῷ**) *διαλεγώμεθα, ἐπειδὴ διωμολογησάμεθα τό τε ἀδικεῖν καὶ τὸ δίκαια πράττειν ἣν ἑκάτερον ἔχει δύναμιν. Πῶς; ἔφη. Εἰκόνα πλάσαντες τῆς ψυχῆς λόγῳ, ἵνα εἰδῇ ὁ ἐκεῖνα λέγων οἷα ἔλεγεν.* Vides igitur nono demum libro secundo libro iniectam dubitationem de iustitiae vel iniustitiae praestantia solvi — *ἀναλάβωμεν τὰ πρῶτα λεχθέντα*. Retinet ita speciem Plato de operis fine excitatam, — *ἀναλάβωμεν τὰ πρῶτα λεχθέντα δι' ἃ δεῦρ' ἤκομεν* — quam non solum non laedere, sed per totum opus conservare debebat. Et fiebat ita, ut non accuratius attendenti omnia ad quaestionem de iustitiae praestantia tantum pertinere viderentur, quamvis ad civitatem optimam et ad rectum iudicium non de ea solum, sed de reliquis etiam civitatibus ferendum prorsus necessaria essent. Ac ne negabimus quidem, Platonem pluribus dicere debuisse de ea re, in qua quaestionis finem positum esse simulat, et necessario multas dialogi partes ita comparatas esse debere, ut non sine aliqua verisimilitudinis specie ad quaestionem de iustitiae praestantia trahi posse videantur. Nam nisi res ita esset, qui verosimile fieri poterat vere quaeri iustitiam? Imagine vero animi, qua mentem homini, *θυμὸν* leoni, *τὸ ἐπιθυμητικὸν* ferarum bestiarum generi comparat, claudit hunc locum, docens quid dicat is qui utile esse dicat *ἀδικεῖν τῷ τελέως ἀδίκῳ, δοξαζομένῳ δὲ δικαίῳ*. Cf. p. 588, E. sqq. St. Tum denuo colligit nulla omnino ratione utile esse *ἀδικεῖν*, nec si quis lateat Deos hominesque, quum, si non puniatur, miserior modo fiat. Politicam vero in his omnibus valere rationem, sequi mihi videtur ex iis quae p. 590, C. St. leguntur. Nam haec ita comparata sunt, ut nobis quidem recte inde colligere videamur, huius politicae doctrinae causa institutum esse ser-

*) Cf. ad haec Schneiderі adnotationem.

χικὸς ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ αὖ τρίτος, ἐὰν εἰς ταὐτὸν ἀριστοκρατικὸν καὶ βασιλικὸν τιθῶμεν. Τρίτος γάρ. Τριπλασίου ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, τριπλάσιον ἀριθμῷ ἀληθοῦς ἡδονῆς ἀφέστηκε τύραννος. Φαίνεται. Ἐπίπεδον ἄρ', ἔφην, ὡς ἔοικε, τὸ εἴδωλον κατὰ τὸν τοῦ μήκους ἀριθμὸν ἡδονῆς τυραννικῆς ἂν εἴη. Κομιδῇ γε. Κατὰ δὲ δύναμιν καὶ τρίτην αὔξην, δῆλον δὴ ἀπόστασιν ὅσην ἀφεστηκὼς γίγνεται. Δῆλον, ἔφη, τῷ γε λογιστικῷ. Οὐκοῦν ἐάν τις μεταστρέψας ἀληθείᾳ ἡδονῆς τὸν βασιλέα τοῦ τυράννου ἀφεστηκότα λέγῃ ὅσον ἀφέστηκεν, ἐνγεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις ἥδιον αὐτὸν ζῶντα εὑρήσει τελειωθείσῃ τῇ πολλαπλασιώσει, τὸν δὲ τύραννον ἀνιαρότερον τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἀποστάσει). Ἀμήχανον, ἔφη, λογισμὸν καταπεφόρηκας τῆς διαφορότητος τοῖν ἀνδροῖν, τοῦ τε δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου, πρὸς ἡδονήν τε καὶ λύπην.* Multo magis autem superabitur iniustus *εὐσχημοσύνῃ τε βίου καὶ κάλλει καὶ ἀρετῇ.* Percommode Stallbaumius ad h. l.: «Locum de veris ac falsis voluptatibus philosophus copiose tractavit Phileb. p. 36. sqq., ad quam disputationem v. Proll. nostra p. LXXIII. sqq. In eodem libro etiam subtiliter docuit mentis ac sapientiae esse, de vitae humanae felicitate iudicare ipsamque vitam ita regere ac moderari, ut ad quam maximam perveniatur beatitatem. v. p. 27. D. sqq. et sermonis partem extremam. Quae omnia quoniam ibi multo subtilius atque copiosius exposita sunt quam hic factum est a philosopho, haud inepte suspiceris Philebum ante Politiam esse compositum et in lucem emissum. Idem de libro Gorgiae nomine inscripto valet, in quo quum multa de voluptatis et honestatis ratione subtiliter disserantur, tum vitam tyranni miseriae plenam esse luculentis argumentis demonstratur.» Tamenne in iudicio de vita iusta vel iniusta ferendo sermonis praestantissimi finem versari putemus, quum ea ipsa argumenta, quibus vitam iustam praestare docetur, in aliis libris multo luculentius quam hic tractata sint? Ita ipsis eorum confessionibus, qui aliam de

*) Eo pertinere hanc computationem ut quantum praestet perfecta civitas tyrannidi quasi sensibus subiiciatur in aperto est. Ceterum conferantur quae hoc de loco monuit Schneiderus in praefatione tertii voluminis p. LXXXXVIII. sqq.

operis fine sententiam defendunt, nostra de operis fine sententia comprobatur.

Quibus expositis Socrates: *Εἶεν δή*, inquit, *ἐπειδὴ ἐνταῦθα λόγου γεγόναμεν, ἀναλάβωμεν τὰ πρῶτα λεχθέντα, δι' ἃ δεῦρ' ἤκομεν. ἦν δέ που λεγόμενον λυσιτελεῖν ἀδικεῖν τῷ τελέως μὲν ἀδίκῳ, δοξαζομένῳ δὲ δικαίῳ. ἢ οὐχ οὕτως ἐλέχθη; Οὕτω μὲν οὖν. Νῦν δή, ἔφην, αὐτῷ**) *διαλεγώμεθα, ἐπειδὴ διωμολογησάμεθα τό τε ἀδικεῖν καὶ τὸ δίκαια πράττειν ἣν ἑκάτερον ἔχει δύναμιν. Πῶς; ἔφη. Εἰκόνα πλάσαντες τῆς ψυχῆς λόγῳ, ἵνα εἰδῇ ὁ ἐκεῖνα λέγων οἷα ἔλεγεν.* Vides igitur nono demum libro secundo libro iniectam dubitationem de iustitiae vel iniustitiae praestantia solvi — *ἀναλάβωμεν τὰ πρῶτα λεχθέντα*. Retinet ita speciem Plato de operis fine excitatam, — *ἀναλάβωμεν τὰ πρῶτα λεχθέντα, δι' ἃ δεῦρ' ἤκομεν* — quam non solum non laedere, sed per totum opus conservare debebat. Et fiebat ita, ut non accuratius attendenti omnia ad quaestionem de iustitiae praestantia tantum pertinere viderentur, quamvis ad civitatem optimam et ad rectum iudicium non de ea solum, sed de reliquis etiam civitatibus ferendum prorsus necessaria essent. Ac ne negabimus quidem, Platonem pluribus dicere debuisse de ea re, in qua quaestionis finem positum esse simulat, et necessario multas dialogi partes ita comparatas esse debere, ut non sine aliqua verisimilitudinis specie ad quaestionem de iustitiae praestantia trahi posse videantur. Nam nisi res ita esset, qui verosimile fieri poterat vere quaeri iustitiam? Imagine vero animi, qua mentem homini, *θυμὸν* leoni, *τὸ ἐπιθυμητικὸν* ferarum bestiarum generi comparat, claudit hunc locum, docens quid dicat is qui utile esse dicat *ἀδικεῖν τῷ τελέως ἀδίκῳ, δοξαζομένῳ δὲ δικαίῳ*. Cf. p. 588, E. sqq. St. Tum denuo colligit nulla omnino ratione utile esse *ἀδικεῖν*, nec si quis lateat Deos hominesque, quum, si non puniatur, miserior modo fiat. Politicam vero in his omnibus valere rationem, sequi mihi videtur ex iis quae p. 590, C. St. leguntur. Nam haec ita comparata sunt, ut nobis quidem recte inde colligere videamur, huius politicae doctrinae causa institutum esse ser-

*) Cf. ad haec Schneideri adnotationem.

monem de iustitiae natura et praestantia; quemadmodum etiam Ciceronem Reipublicae libro tertio multa dixisse videmus de iustitia et iniustitia.

Non praetereunda hoc loco quae p. 591, E. leguntur: *Ἀλλ' ἀποβλέπων γε, εἶπον, πρὸς τὴν ἐν αὑτῷ πολιτείαν καὶ φυλάττων μή τι παρακινῇ αὐτοῦ τῶν ἐκεῖ κ. τ. ἑ.* Ex hoc loco Schneiderus praef. p. XI. colligit Platonem uno opere ethicen ac politicen perfectam complexum, ei coniunctioni significandae etiam titulum operis accommodavisse, et *πολιτείαν* inscripsisse, quo nomine tum singularis hominis et mentis humanae, ut ex libri noni fine clarissime appareat, tum reipublicae et plurium societatis legibus contentae statum indicaret.» Id vero iam omnes concedent, metaphorice tantummodo in his locutum esse Platonem, et primam nominis causam in *Πολιτείᾳ* proprie sic dicta positam esse, nec sine magna arte atque prudentia factum esse, quod ex humani animi statu et conditione ipsam etiam Rempublicam repetiverit et animi nostri statum Reipublicae assimilaverit auctor. Extremo autem nono libro haec leguntur: *Οὐκ ἄρα, ἔφη, τά γε πολιτικὰ ἐθελήσει πράττειν, ἐάνπερ τούτου κήδηται. Νὴ τὸν κύνα, ἦν δ' ἐγώ, ἔν γε τῇ ἑαυτοῦ πόλει καὶ μάλα, οὐ μέντοι ἴσως ἔν γε τῇ πατρίδι, ἐὰν μὴ θεία τις ξυμβῇ τύχη. Μανθάνω, ἔφη· ἐν ᾗ νῦν διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις, τῇ ἐν λόγοις κειμένῃ, ἐπεὶ γῆς γε οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκειται τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοικίζειν. διαφέρει δὲ οὐδέν, εἴτε που ἔστιν εἴτε ἔσται· τὰ γὰρ ταύτης μόνης ἂν πράξειεν, ἄλλης δὲ οὐδεμιᾶς. Εἰκός γ', ἔφη.* Quam hic extremo nono libro civitatis perfectae a se conditae Plato facit mentionem, eam eodem consilio factam esse putamus, quo iam extremo octavo libro eam iniectam esse vidimus. Et est haec optimae civitatis, modo exstructae, mentio ita facta, ut Plato hac ipsa re ei primas totius disputationis tribuisse videatur. Nam si in demonstranda iustitiae praestantia dialogi finis positus esset, et si civitas tantum illustrandae eius rei gratia exstructa videretur, versari in lectorum animis hoc quidem loco nihil aliud necesse fuit, quam hanc de iustitia quaestionem, multoque magis ab eorum menti-

bus oculisque removenda fuit haec de optima civitate disputatio, quae nunc in memoria eorum ita recens est, ut usque ad hunc locum nihil aliud egisse videantur. Cf. Socratis verba: *ἐν ᾗ νῦν δὴ διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις.* Quas tanquam currenti stilo leviter impressas notas, ii tantum intelligunt, qui non solum attente legerunt hanc omnem disputationem, sed apud animum suum etiam reputaverunt quorsum omnia pertinerent. Reliquos latent eae, et sunt ita factae, ut omnem operis constructionem et de fine eius excitatam speciem non turbent. Eas tamen non alio consilio huic operi impressit Plato, quam ut lector prudens ac diligens non ignoret, quod operis consilium sit, qui finis. Quod autem extremo operi hae notae impressae sunt, id gravius etiam est, quum in fine librorum scriptores quid spectaverint breviter declarare soleant. —

Cave autem postrema huius loci verba ita capias, quemadmodum Schleiermacherus ea cepisse videtur, ut inde colligas, Platonem iudicasse fieri omnino non posse hanc civitatem. Nam fieri eam posse ante multis demonstravit.

Iam in fine disputationis nostrae de nono Reipublicae libro, breviter repetamus argumentum eorum quae usque ad hunc locum a nobis disputata sunt. *Demonstravimus igitur omnia quae huc usque dicta sint, ab eo inde secundi libri loco, quo civitatem se condere velle Socrates declarat, exceptis paucis quarti nonique libri pagellis, in civitate versata esse; demonstravimus primum librum tanquam prooemium quoddam esse, nec ipsum tamen a vero operis fine alienum; demonstravimus quaestionem de iustitia principium atque fundamentum esse in quo perfecta respublica exstruatur, et ex qua cum optima civitas tum reliquae civitates iudicentur. Sequitur voluisse Platonem optimam civitatem describere, ita quidem, ut quaestione de virtutis praestantia, quae ad disputationem de optima Republica necessaria esse videretur, tanquam filo uteretur, quo omnis sermo de civitate decurreret.* Videbat enim haud satis consentaneum fore naturae dialogi ad sermonis quotidiani facilitatem accedentis, si ab initio sermonis iustitiam civitatis exstruendae gratia quaeri declararet, quod in opere mere philosophico, qualia sunt Aristotelis scripta quae exstant, fieri debebat, non vero in dialogo ad poeseos leges magis exigendo; videbat

monem de iustitiae natura et praestantia; quemadmodum etiam Ciceronem Reipublicae libro tertio multa dixisse videmus de iustitia et iniustitia.

Non praetereunda hoc loco quae p. 591, E. leguntur: *Ἀλλ' ἀποβλέπων γε, εἶπον, πρὸς τὴν ἐν αὐτῷ πολιτείαν καὶ φυλάττων μή τι παραχινῇ αὐτοῦ τῶν ἐκεῖ κ. τ. ἑ.* Ex hoc loco Schneiderus praef. p. XI. colligit Platonem uno opere ethicen ac politicen perfectam complexum, ei coniunctioni significandae etiam titulum operis accommodavisse, et *πολιτείαν* inscripsisse, quo nomine tum singularis hominis et mentis humanae, ut ex libri noni fine clarissime appareat, tum reipublicae et plurium societatis legibus contentae statum indicaret.» Id vero iam omnes concedent, metaphorice tantummodo in his locutum esse Platonem, et primam nominis causam in *Πολιτείᾳ* proprie sic dicta positam esse, nec sine magna arte atque prudentia factum esse, quod ex humani animi statu et conditione ipsam etiam Rempublicam repetiverit et animi nostri statum Reipublicae assimilaverit auctor. Extremo autem nono libro haec leguntur: *Οὐκ ἄρα, ἔφη, τά γε πολιτικὰ ἐθελήσει πράττειν, ἐάνπερ τούτου κήδηται. Νὴ τὸν κύνα, ἦν δ' ἐγώ, ἔν γε τῇ ἑαυτοῦ πόλει καὶ μάλα, οὐ μέντοι ἴσως ἔν γε τῇ πατρίδι, ἐὰν μὴ θεία τις ξυμβῇ τύχη. Μανθάνω, ἔφη· ἐν ᾗ νῦν διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις, τῇ ἐν λόγοις κειμένῃ, ἐπεὶ γῆς γε οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκειται τῷ βουλομένῳ ὁρᾷν καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοικίζειν. διαφέρει δὲ οὐδέν, εἴτε που ἔστιν εἴτε ἔσται· τὰ γὰρ ταύτης μόνης ἂν πράξειεν, ἄλλης δὲ οὐδεμιᾶς. Εἰκός γ', ἔφη.* Quam hic extremo nono libro civitatis perfectae a se conditae Plato facit mentionem, eam eodem consilio factam esse putamus, quo iam extremo octavo libro eam iniectam esse vidimus. Et est haec optimae civitatis, modo exstructae, mentio ita facta, ut Plato hac ipsa re ei primas totius disputationis tribuisse videatur. Nam si in demonstranda iustitiae praestantia dialogi finis positus esset, et si civitas tantum illustrandae eius rei gratia exstructa videretur, versari in lectorum animis hoc quidem loco nihil aliud necesse fuit, quam hanc de iustitia quaestionem, multoque magis ab eorum menti-

bus oculisque removenda fuit haec de optima civitate disputatio, quae nunc in memoria eorum ita recens est, ut usque ad hunc locum nihil aliud egisse videantur. Cf. Socratis verba: *ἐν ᾗ νῦν δὴ διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις.* Quas tanquam currenti stilo leviter impressas notas, ii tantum intelligunt, qui non solum attente legerunt hanc omnem disputationem, sed apud animum suum etiam reputaverunt quorsum omnia pertinerent. Reliquos latent eae, et sunt ita factae, ut omnem operis constructionem et de fine eius excitatam speciem non turbent. Eas tamen non alio consilio huic operi impressit Plato, quam ut lector prudens ac diligens non ignoret, quod operis consilium sit, qui finis. Quod autem extremo operi hae notae impressae sunt, id gravius etiam est, quum in fine librorum scriptores quid spectaverint breviter declarare soleant. —

Cave autem postrema huius loci verba ita capias, quemadmodum Schleiermacherus ea cepisse videtur, ut iude colligas, Platonem iudicasse fieri omnino non posse hanc civitatem. Nam fieri eam posse ante multis demonstravit.

Iam in fine disputationis nostrae de nono Reipublicae libro, breviter repetamus argumentum eorum quae usque ad hunc locum a nobis disputata sunt. *Demonstravimus igitur omnia quae huc usque dicta sint, ab eo inde secundi libri loco, quo civitatem se condere velle Socrates declarat, exceptis paucis quarti nonique libri pagellis, in civitate versata esse; demonstravimus primum librum tanquam prooemium quoddam esse, nec ipsum tamen a vero operis fine alienum; demonstravimus quaestionem de iustitia principium atque fundamentum esse in quo perfecta respublica exstruatur, et ex qua cum optima civitas tum reliquae civitates iudicentur. Sequitur voluisse Platonem optimam civitatem describere, ita quidem, ut quaestione de virtutis praestantia, quae ad disputationem de optima Republica necessaria esse videretur, tanquam filo uteretur, quo omnis sermo de civitate decurreret.* Videbat enim haud satis consentaneum fore naturae dialogi ad sermonis quotidiani facilitatem accedentis, si ab initio sermonis iustitiam civitatis exstruendae gratia quaeri declararet, quod in opere mere philosophico, qualia sunt Aristotelis scripta quae exstant, fieri debebat, non vero in dialogo ad poeseos leges magis exigendo; videbat

aptius esse quotidianis hominum sermonibus, si de virtutis praestantia colloquentes faceret, quam si optimam ac perfectissimam civitatem accurate pleneque descripturos introduxisset. Eius vero argumenti gravitatem eo imminui necesse erat, si iustitiae inveniendae gratia et quantum ad eam rem satis esset, civitatem se condere declararet. Atque hoc est cur secundi libri initio Glauco et Adimantus non paucis verbis iniustitiam laudant et tanquam in eo finis operis positus esset, a Socrate postulant, ut respondeat ad ea quae dicta sint ab ipsis. Hanc eandem ob causam Socrates nono libro ad eam quaestionem, nondum absolutam et in qua finem operis positum esse simulaverat, revertitur. Et recte Schleiermacherus: « Oder die eigentliche Untersuchung wird mit einer andern, nicht wie mit einem Schleier, sondern wie mit einer angewachsenen Haut überkleidet, welche dem Unaufmerksamen, aber auch nur diesem, dasjenige verdeckt, was eigentlich soll beobachtet werden, dem Aufmerksamen aber nur noch den Sinn für den inneren Zusammenhang schärft und läutert. » *Vides igitur quomodo ipsae eae primi, secundi, quarti ac noni libri partes, in quibus de iustitia agitur, ad quaestionem de civitate pertineant. Quae si vera sunt — at vera esse nemo dubitabit — operis finem atque consilium in describenda republica optima versari demonstratum est.* Cum qua sententia ea faciunt, quae Plato aliis quibusdam libris, veluti Timaeo ac Legibus, de operis fine pronunciavit, quorum in iudicanda hac controversia tanto maior auctoritas et fides esse debet, quod in dialogo quidem ipso, ob dramaticam eius indolem atque naturam, operis finem celare licet, non vero licet in aliis scriptis. Nam id quidem esset mentiri, omnemque operis intellectum dedita opera impedire et obscurare. Potestne autem verosimile videri, Platonem tam divinum opus confecisse, nolentem id a quoquam intelligi certumque consilii, aditum eius praecludendum esse omnibus, summisque tenebris obvolvendum?

Noni libri finem recte ac suo loco positum esse, ostenditur.

Quod antea saepe in fine librorum demonstravimus, eos recte a praecedentibus sequentibusque libris segregari, id hoc loco fieri opus non est. Nam ipse Schleiermacherus de fine noni libri haec scribit: «Hier am Ende des neunten Buches würde jeder Leser befriedigt scheiden, und nichts zur Sache gehöriges vermissen.» Cf. p. 55. introd. Vere. Non poterant tamen tantis de rebus habiti sermones tam exiliter decurrere, quasi flumen paulatim exarescens, sed imponenda iis erant, quasi aedificio, summa arte perfecto, aut deorum aedi, coronidis instar, ornamenta quaedam illustria, admiranda, quod decimo libro vere factum videmus. Agnosces igitur in his quoque poëticam Operis indolem et auctoris artem.

Reipublicae liber decimus.

SECTIO I.

Καὶ μὴν, ἦν δ' ἐγὼ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα περὶ αὐτῆς ἐννοῶ, ὡς παντὸς ἄρα μᾶλλον ὀρθῶς ᾠκίζομεν τὴν πόλιν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐνθυμηθεὶς περὶ ποιήσεως λέγω. Τὸ ποῖον; ἔφη. Τὸ μηδαμῇ παραδέχεσθαι αὐτῆς ὅση μιμητική. παντὸς γὰρ μᾶλλον οὐ παραδεκτέα νῦν καὶ ἐναργέστερον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, φαίνεται, ἐπειδὴ χωρὶς ἕκαστα διῄρηται τὰ τῆς ψυχῆς εἴδη. κ. τ. ἑ. Hic in fine operis iam omnia quae de Republica, ut ipse ait, dicta erant considerat Socrates, paulisper adhuc in iis commoraturus, quae accuratiorem explicationem vel defensionem admittere viderentur. In his vero praecipue occurrebat, quod de poëtis dictum erat eos in civitatem recipiendos non esse. Cf. lib. III. p. 398. sqq. Oritur igitur de hac re nova disputatio, cuius hae partes sunt. Primum docetur esse tria rerum genera 1) ideas; 2) res oculis et sensibus subiectas; 3) simulacra. Ea eodem hoc ordine ad veritatem accedere aut ab ea recedere. Quum poëtae in imitatione h. e. circa simulacra versentur, nihil veri inesse eorum operibus p. 595. — p. 598. D. Id etiam inde probari, quod poëtae nunquam ipsi effecerint ea de quibus loquantur, quum tamen consentaneum sit malle aliquem, si possit, operum artificem esse quam praedicatorem. Esse autem circa unamquamque rem tres artes, *χρησομένην*, *ποιήσουσαν*, *μιμητικὴν*, primam habere scientiam, alteram opinionem veram, ita ut hoc etiam modo tertio gradu a vero distare imitationem appareat. p. 598 E. — 602 B. Ab hoc inde loco docet philosophus, quod *μιμητικὴ* munus suum perficiat in ea animi parte,

quae a ratione multum distet p. 603. A. B. in., similemque esse poëtam pictori et eo, quod a veritate remota proponat, et eo, quod in deteriori animi parte opera eius versentur p. 605. A. Corrumpi porro vel optimos tragoedia et comoedia. Quam rem hoc potissimum loco explicandam fuisse et significat Plato, cf. p. 595, A. B. p. 602, C. 602, E. — 603, B. 603, D. et E. 605. A. all., et vidit Morgensternius. cf. p. 248. not. 188. «Nunc demum quum animi humani partes (lib. IV.) cupiditatum genera (lib. IX.) et sincera voluptas ab adulterinis generibus (lbid.) distinctae essent; quae adhuc de poësi dicenda erant satis clare intelligi poterant. Adeo verum est, quod supra dixi, sub confusionis cuiusdam specie in libris de Republica ordinem exquisitissimum latere.» Cuius dicti sui si vir doctus ubique recte memor fuisset, non tantopere erravisset in iudicando praeclarissimo opere. Ac turbavisset sane ea res, si prius exposita esset, coeptum de civitate sermonem. Quare ob eandem causam nunc demum tractatur, quo loco optime fieri poterat, ob quam de magistratibus sermonem, et quae cum eo coniuncta sunt, in posteriorem operis partem reiici vidimus. Huc accedit etiam illud, quod argumenta quae ex idearum doctrina repetita sunt, quum poëtarum operibus non ideas, non res, sed simulacra tantum rerum, εἴδωλα, inesse velit auctor, et quantum his tribueretur, non ante recte intelligi poterat, quam dictum esset de diversis cognitionis gradibus, de ideis, de idea boni, quam magistratus in condenda et regenda optima civitate intueri debent, de statu hominum in hac vita, tanquam in antro vinctorum, nec res, sed simulacra tantum rerum, εἴδωλα, contuentium, de quibus rebus libro sexto septimoque dictum est. Recte igitur se habet ex omni parte, quod huic potissimum loco hanc de poëtis disputationem reservavit philosophus. Minus recte de his iudicat Schleiermacherus p. 55. introd.: «Die Zusammensetzung dieses Theiles ist aber folgende. Der erste Abschnitt geht noch einmal auf die Poësie zurück, aus deren Gebiet freilich noch vom dritten Buch her etwas abzumachen war, nämlich wie Schilderungen der Menschen beschaffen sein müssten, um mit Nutzen in dem Unterricht der Jugend gebraucht zu werden. Dieses konnte, wie auch damals

Reipublicae liber decimus.

SECTIO I.

Καὶ μὴν, ἦν δ' ἐγὼ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα περὶ αὐτῆς ἐννοῶ, ὡς παντὸς ἄρα μᾶλλον ὀρθῶς ᾠκίζομεν τὴν πόλιν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐνθυμηθεὶς περὶ ποιήσεως λέγω. Τὸ ποῖον; ἔφη. Τὸ μηδαμῇ παραδέχεσθαι αὐτῆς ὅση μιμητική. παντὸς γὰρ μᾶλλον οὐ παραδεκτέα νῦν καὶ ἐναργέστερον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, φαίνεται, ἐπειδὴ χωρὶς ἕκαστα διῄρηται τὰ τῆς ψυχῆς εἴδη. κ. τ. ἑ. Hic in fine operis iam omnia quae de Republica, ut ipse ait, dicta erant considerat Socrates, paulisper adhuc in iis commoraturus, quae accuratiorem explicationem vel defensionem admittere viderentur. In his vero praecipue occurrebat, quod de poëtis dictum erat eos in civitatem recipiendos non esse. Cf. lib. III. p. 398. sqq. Oritur igitur de hac re nova disputatio, cuius hae partes sunt. Primum docetur esse tria rerum genera 1) ideas; 2) res oculis et sensibus subiectas; 3) simulacra. Ea eodem hoc ordine ad veritatem accedere aut ab ea recedere. Quum poëtae in imitatione h. e. circa simulacra versentur, nihil veri inesse eorum operibus p. 595. — p. 598. D. Id etiam inde probari, quod poëtae nunquam ipsi effecerint ea de quibus loquantur, quum tamen consentaneum sit malle aliquem, si possit, operum artificem esse quam praedicatorem. Esse autem circa unamquamque rem tres artes, *χρησομένην, ποιήσουσαν, μιμητικὴν*, primam habere scientiam, alteram opinionem veram, ita ut hoc etiam modo tertio gradu a vero distare imitationem appareat. p. 598 E. — 602 B. Ab hoc inde loco docet philosophus, quod *μιμητικὴ* munus suum perficiat in ea animi parte,

quae a ratione multum distet p. 603. A. B. in., similemque esse poëtam pictori et eo, quod a veritate remota proponat, et eo, quod in deteriori animi parte opera eius versentur p. 605. A. Corrumpi porro vel optimos tragoedia et comoedia. Quam rem hoc potissimum loco explicandam fuisse et significat Plato, cf. p. 595, A. B. p. 602, C. 602, E. — 603, B. 603, D. et E. 605. A. all., et vidit Morgensternius. cf. p. 248. not. 188. «Nunc demum quum animi humani partes (lib. IV.) cupiditatum genera (lib. IX.) et sincera voluptas ab adulterinis generibus (Ibid.) distinctae essent; quae adhuc de poësi dicenda erant satis clare intelligi poterant. Adeo verum est, quod supra dixi, sub confusionis cuiusdam specie in libris de Republica ordinem exquisitissimum latere.» Cuius dicti sui si vir doctus ubique recte memor fuisset, non tantopere erravisset in iudicando praeclarissimo opere. Ac turbavisset sane ea res, si prius exposita esset, coeptum de civitate sermonem. Quare ob eandem causam nunc demum tractatur, quo loco optime fieri poterat, ob quam de magistratibus sermonem, et quae cum eo coniuncta sunt, in posteriorem operis partem reiici vidimus. Huc accedit etiam illud, quod argumenta quae ex idearum doctrina repetita sunt, quum poëtarum operibus non ideas, non res, sed simulacra tantum rerum, εἴδωλα, inesse velit auctor, et quantum his tribueretur, non ante recte intelligi poterat, quam dictum esset de diversis cognitionis gradibus, de ideis, de idea boni, quam magistratus in condenda et regenda optima civitate intueri debent, de statu hominum in hac vita, tanquam in antro vinctorum, nec res, sed simulacra tantum rerum, εἴδωλα, contuentium, de quibus rebus libro sexto septimoque dictum est. Recte igitur se habet ex omni parte, quod huic potissimum loco hanc de poëtis disputationem reservavit philosophus. Minus recte de his iudicat Schleiermacherus p. 55. introd.: «Die Zusammensetzung dieses Theiles ist aber folgende. Der erste Abschnitt geht noch einmal auf die Poësie zurück, aus deren Gebiet freilich noch vom dritten Buch her etwas abzumachen war, nämlich wie Schilderungen der Menschen beschaffen sein müssten, um mit Nutzen in dem Unterricht der Jugend gebraucht zu werden. Dieses konnte, wie auch damals

gesagt worden war, nicht eher abgemacht werden, bis die Hauptfrage entschieden sei, worauf es bei diesen Darstellungen immer herauskomme, ob auch Ungerechte könnten glücklich, Gerechte aber elend sein. Sonach konnte dieses gar nicht eher aufgenommen werden als hier; aber Niemand würde es auch vermisst haben, wenn es unterblieben wäre. Denn es liegt nun schon zu Tage, dass Platon dem Anschein nach ganz gegen die unter uns geltend gewordenen Regeln die strenge poëtische Gerechtigkeit in diesem Kunstgebiet muss gehandhabt wissen wollen. Indessen ist er ja auch zufrieden, wenn der Gerechte nur auch unter den Martern und Beschimpfungen sich als einen Glückseligen erweiset, und dagegen werden wohl auch unsere Kunstrichter nichts einzuwenden haben. Statt aber dieses hier auseinanderzusetzen, nimmt er die allgemeine Anklage gegen die gesammte mimische Dichtkunst wieder auf, welche auch dort schon vorgekommen war; nur wie er dort mehr gezeigt hatte, dass die Wächter selbst nicht dürften Mimik treiben: so verbreitet er sich hier mehr über den Nachtheil den es bringen muss, wenn man mimische Darstellungen auch nur anhört und ansieht.» Respicit Schleiermacherus ad lib. III. p. 392, A. St. Nos contra, quum de his diceremus, demonstravimus, Socratem simulando se de his dicere non posse, antequam explicatum sit, quid de iustitia statuendum videatur, vere de iis dicere. In quibus nos verum vidisse etiam eo comprobatur, quod ipso Schleiermachero teste, ne hoc quidem loco, ubi tamen optime fieri potuisse putat, explicatur, quemadmodum de hominibus fingendum sit, etiamsi Socrates serius, inventa iustitia, de eo se in unum concedere velle dixerit. Debebat autem ea res, in qua nunc sermo versatur, tanto gravior videri, quanto maius periculum inde optimae civitati imminebat. Cf. quae lib. III. lib. IV. p. 424. B. sqq. St. lib. VIII. p. 568, A. et hoc loco p. 598, E. 599. C. 606, E. dicta sunt. — Pertinere vero hanc de poëtis in civitatem non admittendis disputationem ad civitatem, et res ipsa docet, et nemo negat. Cf. lib. VIII. p. 568. A., quo loco haec disputatio quasi praeparatur, et initium huius libri. Tamen vero etiam hanc rem cum quaestione de iustitia, cui totum opus quasi includebatur, coniunxit

Plato, etiam in his internae civitatis, quae exstet in animis hominum mentionem faciens, eodem fere modo quo libro nono extremo factum vidimus, qui locus ex hoc explicandus videtur. Cf. p. 605, B. et p. 608, St. *αἰσθόμεθα δ' οὖν, ὡς οὐ σπουδαστέον ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ποιήσει ὡς ἀληθείας τε ἁπτομένῃ καὶ σπουδαίᾳ, ἀλλ' εὐλαβητέον αὐτὴν ὃν τῷ ἀκροωμένῳ περὶ τῆς ἐν αὐτῷ πολιτείας δεδιότι, καὶ νομιστέα ἅπερ εἰρήκαμεν περὶ ποιήσεως. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς, ξύμφημι. Μέγας γὰρ, ἔφην, ὁ ἀγὼν, ὦ φίλε Γλαύκων, μέγας, οὐχ ὅσος δοκεῖ, τὸ χρηστὸν ἢ κακὸν γενέσθαι, ὥστε οὔτε τιμῇ ἐπαρθέντα οὔτε χρήμασιν οὔτε ἀρχῇ οὐδεμιᾷ οὐδέ γε ποιητικῇ ἄξιον ἀμελῆσαι δικαιοσύνης τε καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς. Ξύμφημί σοι, ἔφη, ἐξ ὧν διεληλύθαμεν· οἶμαι δὲ καὶ ἄλλον ὁντινοῦν.* Quae res aptissimum transitum praebebat ad id, quod unum adhuc docere volebat, etiam consuli ita aeternae beatitati, qui locus item aptissime copulatur cum quaestione de institiae praestantia ac praemiis, cui omnis sermo quasi inclusus est.

SECTIO II.

Pergit igitur p. 608, C. *Καὶ μὴν, ἦν δ' ἐγὼ, τά γε μέγιστα ἐπίχειρα ἀρετῆς καὶ προκείμενα ἆθλα οὐ διεληλύθαμεν. Ἀμήχανόν τι, ἔφη, λέγεις μέγεθος, εἰ τῶν εἰρημένων μείζω ἐστὶν ἄλλα. Τί δ' ἄν, ἦν δ' ἐγὼ, ἔν γε ὀλίγῳ χρόνῳ μέγα γένοιτο; πᾶς γὰρ οὗτός γε ὁ ἐκ παιδὸς μέχρι πρεσβύτου χρόνος πρὸς πάντα ὀλίγος πού τις ἂν εἴη. Οὐδὲν μὲν οὖν, ἔφη. Τί οὖν; οἴει ἀθανάτῳ πράγματι ὑπὲρ τοσούτου δεῖν χρόνου ἐσπουδακέναι, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τοῦ παντός; Οἶμαι ἔγωγ', ἔφη. ἀλλὰ τί τοῦτο λέγεις; Οὐκ ἤσθησαι, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι ἀθάνατος ἡμῶν ἡ ψυχὴ καὶ οὐδέποτε ἀπόλλυται; Καὶ ὃς ἐμβλέψας μοι καὶ θαυμάσας εἶπε· μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε· σὺ δὲ τοῦτ' ἔχεις λέγειν; Εἰ μὴ ἀδικῶ γ', ἔφην· οἶμαι δὲ καὶ σύ· οὐδὲν γὰρ χαλεπόν. Ἐμοιγ', ἔφη· σοῦ δ' ἂν ἡδέως ἀκούσαιμι τὸ οὐ χαλεπὸν τοῦτο. Ἀκούοις ἄν, ἦν δ' ἐγώ. Λέγε μόνον, ἔφη.* Probat igitur deinde immortales esse animos nostros eo, quod si quid intereat id intereat suo et proprio vitio, non alieno, animus autem noster

non intereat suo vitio, iniustitia. Cf. hic inprimis p. 609; B. *Τί οὖν; ἦν δ' ἐγώ· ψυχῇ ἆρ' οὐκ ἔστιν ὃ ποιεῖ αὐτὴν κακήν; Καὶ μάλ', ἔφη. ἃ νῦν δὴ διῆμεν πάντα, ἀδικία τε καὶ ἀκολασία καὶ δειλία καὶ ἀμαθία. Ἦ οὖν τι τούτων αὐτὴν διαλύει τε καὶ ἀπόλλυσι;* quo loco quatuor vitia opposita quatuor virtutibus cardinalibus nominantur, ut his etiam perspicuum fiat, non fuisse Platonem, timocraticum, oligarchicum, democraticum, tyrannicum, tanquam unum aliquod unumquemque vitii genus repraesentantem, positurum, nisi in Republica hic sermo versaretur. Pertinet haec rei probatio usque ad p. 611. A. Quam potissimum eam ob causam elegisse Platonem puto, quia quodammodo coniuncta videbatur esse cum quaestione de iustitiae vi et natura, et hic, quoniam non is erat sermonis finis, unum argumentum attulisse sufficiebat. Non igitur erat cur id miraretur Schleiermacherus introd. p. 58.: «Fast eben so wunderbar aber scheint es, dass dieser grosse Gegenstand ganz leicht auf kaum ein Paar Blättern abgemacht ist.» Ob eam igitur causam, postquam ex immortalitate animi, animorum numerum semper eundem manere demonstravit, (ita praeparans ea quae mox de animorum migratione dicturus erat) nec posse eum, si quidem sit immortalis, *τῇ ἀληθεστάτῃ φύσει* ita comparatum esse *ὥστε πολλῆς ποικιλίας καὶ ἀνομοιότητός τε καὶ διαφορᾶς γέμειν αὐτὸ πρὸς αὑτῷ*, nec *σύνθετον ἐκ πολλῶν καὶ μὴ τῇ καλλίστῃ κεχρημένον συνθέσει, ὡς νῦν ἡμῖν ἐφάνη ἡ ψυχή.* addit: *Ὅτι μὲν τοίνυν ἀθάνατον ψυχὴ, καὶ ὁ ἄρτι λόγος καὶ οἱ ἄλλοι ἀναγκάσειαν ἄν* (Phaedonem significans) *οἷον δ' ἐστὶ τῇ ἀληθείᾳ, οὐ λελωβημένον δεῖ αὐτὸ θεάσασθαι ὑπό τε τῆς τοῦ σώματος κοινωνίας καὶ ἄλλων κακῶν, ὥσπερ νῦν ἡμεῖς θεώμεθα, ἀλλ' οἷόν ἐστι καθαρὸν γιγνόμενον, τοιοῦτον ἱκανῶς λογισμῷ διαθεατέον, καὶ πολὺ κάλλιον αὐτὸ εὑρήσει καὶ ἐναργέστερον δικαιοσύνας τε καὶ ἀδικίας διόψεται καὶ πάντα, ἃ νῦν διήλθομεν. νῦν δὲ εἴπομεν μὲν ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ, οἷον ἐν τὸ παρόντι φαίνεται, τεθεάμεθα μέντοι διακείμενον αὐτὸ ὥσπερ οἱ τὸν θαλάττιον Γλαῦκον ὁρῶντες οὐκ ἂν ἔτι ῥᾳδίως αὐτοῦ ἴδοιεν τὴν ἀρχαίαν φύσιν κ. τ. ἑ.* Quam comparationem ulterius persequens philosophiam animi respiciendam esse monet, si quis veram eius naturam cognoscere velit, et tandem his verbis hunc

locum claudit: *νῦν δὲ τὰ ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ πάθη τε καὶ εἴδη, ὡς ἐγῷμαι, ἐπιεικῶς αὐτῆς διεληλύθαμεν. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη.* Quae ab hoc loco aliena videri possint, prudenti tamen consilio ab auctore addita sunt, ut statim solveret dubitationes, quas contra hanc de animorum immortalitate doctrinam legentibus inde oriri necesse erat, quod libro quarto et nono demonstratum erat, tres esse animi facultates diversas a se. Simul tamen innuit philosophus, si quid video, se in hac perfecta civitate describenda, non iustitiam idealem nec homines ideales, sed quales sint respexisse.

SECTIO III.

Deinde rediens ad id quod libro II. p. 361. B. sqq. a Glaucone postulatum fuerat ita pergit: *Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, τά τε ἄλλα ἀπεδυσάμεθα ἐν τῷ λόγῳ καὶ οὐ τοὺς μισθοὺς οὐδὲ τὰς δόξας δικαιοσύνης ἐπηνέγκαμεν, ὥσπερ Ἡσίοδόν τε καὶ Ὅμηρον ὑμεῖς ἔφατε, ἀλλ' αὐτὸ δικαιοσύνην αὐτῇ ψυχῇ ἄριστον εὑρομεν καὶ ποιητέον εἶναι αὐτῇ τὰ δίκαια, ἐάν τ' ἔχῃ τὸν Γύγου δακτύλιον ἐάν τε μὴ, καὶ πρὸς τοιούτῳ δακτυλίῳ τὴν Ἄϊδος κυνῆν; Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ Γλαύκων, νῦν ἤδη ἀνεπίφθονόν ἐστι πρὸς ἐκείνοις καὶ τοὺς μισθοὺς τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ἀποδοῦναι, ὅσους τε καὶ οἵους τῇ ψυχῇ παρέχει παρ' ἀνθρώπων τε καὶ θεῶν, ζῶντός τε ἔτι τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἐπειδὰν τελευτήσῃ; Παντάπασι μὲν οὖν, ἢ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν ἀποδώσετέ μοι ἃ ἐδανείσασθε ἐν τῷ λόγῳ; Τί μάλιστα; Ἔδωκα ὑμῖν τὸν δίκαιον δοκεῖν ἄδικον εἶναι καὶ τὸν ἄδικον δίκαιον. ὑμεῖς γὰρ ἡγεῖσθε, κἂν εἰ μὴ δυνατὸν εἴη ταῦτα λανθάνειν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους, ὅμως δοτέον εἶναι τοῦ λόγου ἕνεκα, ἵνα αὐτὴ δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν αὐτὴν κριθείη. ἢ οὐ μνημονεύεις; Ἀδικοίην μέντ' ἄν, ἔφη, εἰ μή. Ἐπειδὴ τοίνυν κεκριμέναι εἰσὶν, ἐγὼ πάλιν ἀπαιτῶ ὑπὲρ δικαιοσύνης, ὥσπερ ἔχει δόξης καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ ἀνθρώπων, καὶ ἡμᾶς ὁμολογεῖν περὶ αὐτῆς δοκεῖσθαι οὕτως, ἵνα καὶ τὰ νικητήρια κομίσηται, ἃ ἀπὸ τοῦ δοκεῖν κτωμένη δίδωσι τοῖς ἔχουσιν αὐτὴν, ἐπειδὴ καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ εἶναι ἀγαθὰ διδοῦσα ἐφάνη καὶ οὐκ ἐξαπατῶσα τοὺς τῷ ὄντι λαμ-*

βάνοντας αὐτήν. Δίκαια, ἔφη, αἰτῇ. Cf. p. 612, B. sqq. Docet igitur amari a diis iustum, coli, adiuvari; contrarium accidere iniusto; idem evenire apud homines plane contrario modo quam dictum sit lib. II. p. 361. E. sqq. Ab his transit ad praemia et poenas quae iustum et iniustum post mortem maneant. Ea sequitur Eris Pamphylii narratio de aditu in coelum et ad loca inferna, de iudicio, migratione, reditu, poenis et praemiis eorum qui mortui essent. Hic inprimis memorabilia sunt quae de Ardiaeo Pamphyliae tyranno et omnino de tyrannis dicuntur, p. 615, D. — 616, B., ut haec quoque civitatis ratione habita dici appareat. Haec excipit magnifica descriptio coeli, cuius omnem ornatum in profectione sua animae contueantur, cum via lactea, sole et planetis; describitur motus coelestium globorum, harmonia sphaerarum canentibus Sirenis, adiuvantibus earum cantum Parcis, oratio Lachesis ad concionem vitam novam sortientium, sortitio ipsa et novae vitae electio. Cf. p. 619, A, B. ut haec quoque civitatis habita ratione dici intelligas. Cf. etiam p. 619, C. De qua re vere Schleiermacherus l. l. p. 61.: «Und eben so kann man sagen, dass die paedagogischen Einrichtungen des platonischen Staates ein ganz neues Licht erhalten durch das, was hier über den Einfluss des gegenwärtigen Lebens auf das künftige gesagt wird. Denn dort oben, wo in kunstreicher Verbindung des unvermeidlichen Geschickes und der freien Wahl die neue Lebensentscheidung fällt, kommt alles darauf an, dass die Seele richtig zu wählen geeignet sei, und nicht von den Eindrücken dessen, was ihr in dem vorigen irdischen Leben begegnet sein mag, zu stark beherrscht werde um das ihrem innern Zustand angemessene und ihn fördernde ergreifen zu können.» Quod vero idem scribit: «Endlich hat in dieser Darstellung auch noch jener Wechsel zwischen der seligen Wanderung durch die himmlischen Räume und der Rückkehr in das Gebiet des Werdens eine offenbare Aehnlichkeit mit dem für das Leben der Hüter des Staates angeordneten Wechsel zwischen der längeren Zeit, welche sie der philosophischen Betrachtung weihen und dadurch dem Sterbenwollen oder vielmehr Todtseinwollen des Weisen sein Recht angedeihen lassen dürfen, und der auch nur eintägigen Rückkehr in jene Höhle zu dem

lästigen Geschäft des Herrschens. So dass auch in dieser Beziehung Platon sich das nicht will nehmen lassen, bei der Anordnung seines Staates auf die ewige Ordnung des Ganzen gesehen zu haben. Doch alles dieses herauszufinden hat Platon fast nur dem Leser überlassen.» id, quamquam sagaciter inventum, et, si verum esset, aptum ad nostram de operis fine sententiam adiuvandam, tamen propterea improbamus, quia non solum indicatum non est, quod ipse concedit Schleiermacherus, sed etiam contrarium iis quae philosophus vere docet. Nam non solum beatorum animi post migrationem mille annorum in hanc terram redeunt, sed plerique etiam eorum qui per inferna loca migrare coacti erant. Cf. p. 619. D. Ceterum hae res etiam eo multum inter se differunt, quod philosophi salutis publicae causa, ad molestum sane regendi cuncta negotium accedunt, animi vero, post migrationem mille annorum, rerum ordini parentes in hanc terram redeunt. De omni re cf. lib. VII. p. 540. A, B. Omnem vero sermonem ita claudit: *Καὶ οὕτος, ὦ Γλαύκων, μῦθος ἐσώθη καὶ οὐκ ἀπώλετο καὶ ἡμᾶς ἂν σώσειεν, ἂν πειθώμεθα αὐτῷ, καὶ τὸν τῆς Λήθης ποταμὸν εὖ διαβησόμεθα καὶ τὴν ψυχὴν οὐ μιανθησόμεθα· ἀλλ' ἂν ἐμοὶ πειθώμεθα, νομίζοντες ἀθάνατον τὴν ψυχὴν καὶ δυνατὴν πάντα μὲν κακὰ ἀνέχεσθαι, πάντα δὲ ἀγαθά, τῆς ἄνω ὁδοῦ ἀεὶ ἐξόμεθα καὶ δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσομεν, ἵνα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς φίλοι ὦμεν καὶ τοῖς θεοῖς, αὐτοῦ τε μένοντες ἐνθάδε καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα αὐτῆς κομιζώμεθα, ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι, καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τῇ χιλιέτει πορείᾳ, ἣν διεληλύθαμεν, εὖ πράττωμεν.* De hac postrema operis parte haec habeto: Necessario Platonem si sibi constare vellet, in fine dialogi ad quaestionem de iustitia, unde omnis sermo deductus erat, a qua iudicium omne de perfecta Republica pendebat, redire debuisse; si vero disputationis de iustitiae praestantia, fere dixerim humilitatem et ambitum, cum argumento, splendore, magnificentia, praecipue eorum quae ab Ere narrentur, comparaveris, non illo hanc Eris narrationem, sed ad Rempublicam, quae ita cum universitate rerum, cum aeterno totius mundi meatu atque ordine quasi connectatur, pertinere statuendum. Postremae autem huius operis partis

non alius finis est, quam docere, perfecta hac civitate fieri, ut animis nostris aditus ad coelestia pateat. Ita etiam iudicasse Cicero videtur, quum Reipublicae suae somnium Scipionis, fabulae Eris simillimum, adderet. Cf. librum de Republica VI. §. 13.: «Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutandum rem publicam, sic habeto: omnibus, qui patriam conservarint, adiuverint, auxerint, certum esse in caelo ac definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruantur: nihil est enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia coetusque hominum iure sociati, quae civitates appellantur: harum rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur.» Cf. et §. 15. 26.

Universum igitur decimi libri argumentum considerantibus nobis concedendum esse videtur, hunc postremum librum, si argumentum solum operis respicias, non esse omnino necessarium, sicut nec primum librum, ob eandem hanc causam, omnino necessarium esse vidimus, sed aptum tamen, et gratum legentibus, et, ut primum prooemii ita hunc epilogi instar, ornamenti causa addendum. Nam tanti de Republica habiti sermones, quod iam supra significavimus, non poterant tam exiliter decurrere, quam re vera factum esset, si nono libro finitum esset opus. Addendum igitur aliquid fuit Operis fini, quod coniunctum cum argumento Operis lectorum admirationem denuo excitaret, quale haec est de iustitiae praemiis disputatio, cui sermo de animorum immortalitate et migratione et Eris Pamphylii narratio apte annectuntur. Nec oblivisci poterat summus scribendi artifex Plato, quod est in proverbio: finis coronat opus. Veteres enim auctores et inprimis Plato non satis habebant scripsisse opera, quae desiderio eorum qui doceri modo vellent satisfacerent, sed quae iis etiam placerent, qui egregia et artificiosa operum conformatione delectarentur. Quod si huius rei bene memor fueris, nec primum nec postremum hunc librum ab his de Republica sermonibus rescindi ullo modo posse iudicabis. Nam, ut Platonis verba mea faciam, *δεῖ πάντα λόγον ὥσπερ ζῷον συνεστάναι σῶμά τι ἔχοντα αὐτὸν αὑτοῦ, ὥστε μήτε ἀκέφαλον εἶναι μήτε ἄπουν, ἀλλὰ μέσα τε ἔχειν καὶ*

ἄκρα, πρέπον᾽ ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα. cf. Phaedrus. p. 264, C.

Vides igitur id quod vere quaeratur esse perfectam Rempublicam; quaestionem vero de iustitiae praestantia quasi filum esse quo omnis disputatio decurrat. Quod cur ita instituerit Plato, ex iis quae diximus iam satis perspicuum est, neque habemus quod addendum videatur.

De nexu librorum de Republica cum Timaeo Platonis.

Quam callide secundum nostram opinionem omnia disposita sunt, quum Timaeus in Republica habitum sermonem secundum temporis seriem excipiat, ibique demum, non turbata quam vocant legentium illusione, proposito Reipublicae fine tanquam dramatis alicuius nodus dissolvatur. Ita eorum quoque qui in Timaeo colloquuntur eadem quae reliquorum omnium, qui Platonis Rempublicam legunt, conditio est. Initio inter audiendum ipsi etiam aliquamdiu falluntur, iustitiam vere quaeri a Socrate non dubitantes, deinde vero re ipsa edocti, mutata sententia, caput esse operis Rempublicam intelligunt.

Quid autem simplicius esse potest iis, quae a Platone de nexu trium dialogorum Politiae, Timaei, Critiae traduntur? Timaeus enim exorsus a mundi creatione rem deducit ad homines, in Timaeo; quos a Socrate egregium in modum institutos, in Politia, excipit Critias, Athenarumque suarum cives facit. Aut possuntne hi de Republica habiti sermones, quae est Schleiermacheri sententia, novi dialogorum ordinis, quorum ipsa series cum Timaeo incipiat initium esse, quum Timaeo primus, Reipublicae secundus, Critiae tertius locus a Socrate assignetur?

ἄκρα, πρέποντ' ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα. cf. Phaedrus. p. 264, C.

Vides igitur id quod vere quaeratur esse perfectam Rempublicam; quaestionem vero de iustitiae praestantia quasi filum esse quo omnis disputatio decurrat. Quod cur ita instituerit Plato, ex iis quae diximus iam satis perspicuum est, neque habemus quod addendum videatur.

De nexu librorum de Republica cum Timaeo Platonis.

Quam callide secundum nostram opinionem omnia disposita sunt, quum Timaeus in Republica habitum sermonem secundum temporis seriem excipiat, ibique demum, non turbata quam vocant legentium illusione, proposito Reipublicae fine tanquam dramatis alicuius nodus dissolvatur. Ita eorum quoque qui in Timaeo colloquuntur eadem quae reliquorum omnium, qui Platonis Rempublicam legunt, conditio est. Initio inter audiendum ipsi etiam aliquamdiu falluntur, iustitiam vere quaeri a Socrate non dubitantes, deinde vero re ipsa edocti, mutata sententia, caput esse operis Rempublicam intelligunt.

Quid autem simplicius esse potest iis, quae a Platone de nexu trium dialogorum Politiae, Timaei, Critiae traduntur? Timaeus enim exorsus a mundi creatione rem deducit ad homines, in Timaeo; quos a Socrate egregium in modum institutos, in Politia, excipit Critias, Athenarumque suarum cives facit. Aut possuntne hi de Republica habiti sermones, quae est Schleiermacheri sententia, novi dialogorum ordinis, quorum ipsa series cum Timaeo incipiat initium esse, quum Timaeo primus, Reipublicae secundus, Critiae tertius locus a Socrate assignetur?

---

werden kann, dass die Institutionen über die Verbindung der Geschlechter mit solcher Ausführlichkeit behandelt werden: so müsste alsdann wiederum, was mit den Belohnungen der Tugend zusammenhängt, als blosse Nebensache viel weiter zurücktreten, und dieser Gegenstand könnte sich unmöglich so hervordrängen, wie es hier theils durch die Art und Weise der Ausführung, theils dadurch geschieht, dass diese Darstellung als Rückkehr des Endes zum Anfang das Ganze eigentlich abschliesst. Andere Verhandlungen, wie die über das Wesen der Dialektik, über die Bedingungen dieser geistigen Thätigkeit und ihr Verhältniss zu den übrigen, und eben so über die mimische Dichtkunst verhalten sich wohl zu beiden Voraussetzungen gleich; und die Frage, wie sie mit dem Hauptthema nothwendig zusammenhängen, ist in beiden Fällen gleich schwer zu beantworten. Es scheint demnach nicht, dass für die klare Einsicht des Zusammenhanges auch nur das mindeste gewonnen wird, wenn man das ganze Werk nur als Darstellung der normalen Staatsverfassung ansehen will.» Cur Plato in ipso opere luserit, atque in Timaeo demum verum dixerit, iam ostendimus; neque tamen nos Timaeum solum audimus, sed ipsam Politiam cum iis quae in Timaeo dicuntur plane congruam esse ostendimus. Ostendimus etiam cur Socrates dedita opera contrariam speciem excitaverit, quum de republica ageret. Atque hic ipso Schleiermachero interprete uti liceat. Is autem p. 41. introd. in opp. Plat. ita scripsit: «Zum inneren und wesentlichen der platonischen Form aber gehört alles, was für die Composition aus der Absicht die Seele des Lesers zur eignen Ideenerzeugung zu nöthigen folgt, — — — — *ferner das Verbergen eines grösseren Zieles unter einem kleineren.*» Quae dicta si cum iis coniungantur, quae supra exposita sunt, sufficient ad intelligendum, cur Plato principium disputationis non a civitate repetiverit. Ac negamus, quod affirmat Schleiermacherus, partium operis rationem invertendam fuisse, si id quod praecipue quaeratur sit iustitia. Nam Plato vere sequitur eam rationem, quam Schleiermacherus sequendam fuisse putat. Primus enim liber *Πολιτείας* prooemii instar est. Cf. lib. II. in. Secundi vero libri initio aditus munitur ad ipsum sermonem de civitate, et

praeparantur quodammodo legentium animi ut recte de ea iudicent. Quum civitatem inciperet condere Socrates, lib. II. p. 369, B., tum iustitiae vis ac natura explicata nondum erat, ac primum conditur civitas lib. II. III. IV. in.; tum plane eodem modo, quo vult Schleiermacherus, lib. IV. p. 427. D. sqq. docetur sapientem, fortem, temperantem, iustam esse hanc civitatem; postremo, ita ut desiderat Schleiermacherus lib. IV. p. 434. D. sqq. res revocatur ad animum et docetur, quae de civitate, eius sapientia, fortitudine, temperantia, iustitia dicta sint, ea plane respondere iis quae in animo fiant. Quamquam Plato rem ita dialogi tantum causa instituit. Nam si non dialogum scripsisset, sed ratione mere systematica disponere voluisset opus suum, tum ab eo orsus esset, ut diceret se velle optimam civitatem condere, ad eam rem opus esse cognovisse iustitiae vim et naturam, quippe ad quam omnia instituta, omnis ordo civitatis revocandus esset, quae esset principium et fundamentum optimae civitatis. Sed in dialogo, qui ab aliqua re sermonis quotidiani, qualis est de iustitiae natura quaestio, non vero optimae civitatis condendae consilium, fortuitum initium capere solet, ita agere non potuit. Ordiri igitur sermonem debuit a iustitia. A qua orsus et eam se quaerere simulans, non poterat transire ad sermonem de Republica, nec si sermonem de iustitiae vi ac natura plane absolvisset, nec aliter, quam ut institiam in civitate condenda se quaerere velle diceret, non quaereret.*) Haec igitur omnia necessario ita instituenda fue-

*) Iis, quae nos supra p. 44. hac de re disputavimus, nunc addantur haec Horatii:

Cum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum et turpe pecus, glandem atque cubilia propter
Unguibus et pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus,
Donec verba, quibus voces sensusque notarent
Nominaque invenere; dehinc absistere bello,
Oppida coeperunt munire et ponere leges,
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli

werden kann, dass die Institutionen über die Verbindung der Geschlechter mit solcher Ausführlichkeit behandelt werden: so müsste alsdann wiederum, was mit den Belohnungen der Tugend zusammenhängt, als blosse Nebensache viel weiter zurücktreten, und dieser Gegenstand könnte sich unmöglich so hervordrängen, wie es hier theils durch die Art und Weise der Ausführung, theils dadurch geschieht, dass diese Darstellung als Rückkehr des Endes zum Anfang das Ganze eigentlich abschliesst. Andere Verhandlungen, wie die über das Wesen der Dialektik, über die Bedingungen dieser geistigen Thätigkeit und ihr Verhältniss zu den übrigen, und eben so über die mimische Dichtkunst verhalten sich wohl zu beiden Voraussetzungen gleich; und die Frage, wie sie mit dem Hauptthema nothwendig zusammenhängen, ist in beiden Fällen gleich schwer zu beantworten. Es scheint demnach nicht, dass für die klare Einsicht des Zusammenhanges auch nur das mindeste gewonnen wird, wenn man das ganze Werk nur als Darstellung der normalen Staatsverfassung ansehen will.» Cur Plato in ipso opere luserit, atque in Timaeo demum verum dixerit, iam ostendimus; neque tamen nos Timaeum solum audimus, sed ipsam Politiam cum iis quae in Timaeo dicuntur plane congruam esse ostendimus. Ostendimus etiam cur Socrates dedita opera contrariam speciem excitaverit, quum de republica ageret. Atque hic ipso Schleiermachero interprete uti liceat. Is autem p. 41. introd. in opp. Plat. ita scripsit: «Zum inneren und wesentlichen der platonischen Form aber gehört alles, was für die Composition aus der Absicht die Seele des Lesers zur eignen Ideenerzeugung zu nöthigen folgt, — — — — *ferner das Verbergen eines grösseren Zieles unter einem kleineren.*» Quae dicta si cum iis coniungantur, quae supra exposita sunt, sufficient ad intelligendum, cur Plato principium disputationis non a civitate repetiverit. Ac negamus, quod affirmat Schleiermacherus, partium operis rationem invertendam fuisse, si id quod praecipue quaeratur sit iustitia. Nam Plato vere sequitur eam rationem, quam Schleiermacherus sequendam fuisse putat. Primus enim liber *Πολιτείας* prooemii instar est. Cf. lib. II. in. Secundi vero libri initio aditus munitur ad ipsum sermonem de civitate, et

praeparantur quodammodo legentium animi ut recte de ea iudicent. Quum civitatem inciperet condere Socrates, lib. II. p. 369, B., tum iustitiae vis ac natura explicata nondum erat, ac primum conditur civitas lib. II. III. IV. in.; tum plane eodem modo, quo vult Schleiermacherus, lib. IV. p. 427. D. sqq. docetur sapientem, fortem, temperantem, iustam esse hanc civitatem; postremo, ita ut desiderat Schleiermacherus lib. IV. p. 434. D. sqq. res revocatur ad animum et docetur, quae de civitate, eius sapientia, fortitudine, temperantia, iustitia dicta sint, ea plane respondere iis quae in animo fiant. Quamquam Plato rem ita dialogi tantum causa instituit. Nam si non dialogum scripsisset, sed ratione mere systematica disponere voluisset opus suum, tum ab eo orsus esset, ut diceret se velle optimam civitatem condere, ad eam rem opus esse cognovisse iustitiae vim et naturam, quippe ad quam omnia instituta, omnis ordo civitatis revocandus esset, quae esset principium et fundamentum optimae civitatis. Sed in dialogo, qui ab aliqua re sermonis quotidiani, qualis est de iustitiae natura quaestio, non vero optimae civitatis condendae consilium, fortuitum initium capere solet, ita agere non potuit. Ordiri igitur sermonem debuit a iustitia. A qua orsus et eam se quaerere simulans, non poterat transire ad sermonem de Republica, nec si sermonem de iustitiae vi ac natura plane absolvisset, nec aliter, quam ut iustitiam in civitate condenda se quaerere velle diceret, non quaereret.*) Haec igitur omnia necessario ita instituenda fue-

*) Iis, quae nos supra p. 44. hac de re disputavimus, nunc addantur haec Horatii:

Cum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum et turpe pecus, glandem atque cubilia propter
Unguibus et pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus,
Donec verba, quibus voces sensusque notarent
Nominaque invenere; dehinc absistere bello,
Oppida coeperunt munire et ponere leges,
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli

runt, quemadmodum instituit Plato. — Quum vero discrimen, quod inter perfectam civitatem et reliquas depravatas intercederet, demonstrare vellet et docere, quid ad salutem generis humani, cum in hac vita tum in aeternitate rerum, conferre posset optima civitas, quum porro iustitiam se quaerere velle simulasset ab initio, certe haec de praemiis virtutis quaestio, non potuit minus eminere, quam eminet.

Nam iustitiae quaestio videtur ubique principem locum obtinere, nec tenet. Vidimus enim in plerisque locis de civitate sermonem esse, in quibus de iustitia dicere velle videtur Socrates, ita celans consilium suum, quo, iustitiam se quaerere simulans, perfectam civitatem describebat. A iustitia vero sermonem ordiens in eaque finem sermonis positum esse simulans, finire debebat cum iustitia. — Si vero melius explicari potest, cur tam accurate ac diligenter de matrimoniis Plato dixerit, si de civitate in Republica sermonem esse sumamus, sequitur etiam melius ita intelligi, cur de dialectica Plato loquatur. Nam haec de matrimoniis disputatio causa est, ut de magistratibus, et deinceps de eo, quid in ordinanda civitate principes spectare debeant, de idea boni, de dialectica et aliis disciplinis cum ea coniunctis, quae omnia ad sermonem de Reipublicae magistratibus pertinent, disseratur. Vides igitur eam rem cum sermone de civitate non solum coniungi a Platone, sed vere coniunctam esse, cum iustitiae quaestione per se minime cohaerere. Eodem modo se habet cum poësi mimica, quae disputationis de civium educatione praecipua pars est.

Causa, sed ignotis perierunt mortibus illi,
Quos venerem incertam rapientes more ferarum
Viribus editior caedebat, ut in grege taurus.
Iura inventa metu iniusti fateare necesse est,
Tempora si fastosque velis evolvere mundi.
Nec natura potest iusto secernere iniquum,
Dividit ut bona diversis, fugienda petendis.

Cf. sat. I, 3, 99. sqq. Ita igitur inventa esset iustitia qualis lib. II. p. 359, A. describitur, Epicuri, cf. Diog. Laërt. X, 150. *Τὸ τῆς φύσεως δίκαιον ἐστὶ σύμβολον τοῦ συμφέροντος, εἰς τὸ μὴ βλάπτειν ἀλλήλους μηδὲ βλάπτεσθαι*, non Platonis doctrinae conveniens.

Excursus II.

Veterum, qui in Republica versari Platonis opus iudicaverunt, argumenta ex Proclo.

Ἕτεροι δὲ οὐκ ἐλάττους τούτων οὐδὲ ἀνεχεγγυώτερα γράφοντες περὶ πολιτείας εἶναι τὴν πρόθεσιν ἀξιοῦσιν, εἰ καὶ πρότερον ζήτημα γέγονε περὶ δικαιοσύνης, οὐχ ὡς προηγούμενον ὂν, ἀλλ' ὡς εὐπρόσωπον τῷ περὶ πολιτείας σκέμματι παρέχον ὁδὸν, καὶ μαρτυροῦνται καὶ οὗτοι τὴν ἐπιγραφὴν ἀρχαιοτάτην οὖσαν. καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἐπιτεμνόμενος τὴν πραγματείαν ταύτην, οὕτωσι φησὶν ἐπιτέμνεσθαι τὴν πολιτείαν, καὶ ἐν τῷ Συσσιτικῷ τοῦτον αὐτὴν προσαγορεύει τὸν τρόπον, καὶ ἐν τοῖς Πολιτικοῖς ὡσαύτως, καὶ Θεόφραστος ἐν νόμοις καὶ ἄλλοθεν πανταχοῦ· τῆς δὲ ἐπιγραφῆς ἀρχαίας οὔσης, τοῦτ' εἶναι πᾶσι δῆλον, ὡς οἱ ἐκ τῶν πραγμάτων ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος ὑπογεγραμμένοι διάλογοι, καὶ μὴ ἐκ προσώπων ὡς ὁ Ἀλκιβιάδης ἢ Φαίδων, καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς διαλόγοις ζητουμένων πραγμάτων, ἀλλ' οὐ τῶν περιστατικῶν, ὥσπερ τὸ συμπόσιον, — οὗτοι δ' οὖν πάντες ἀπὸ τοῦ προηγουμένου προβλήματος ἔχουσιν ἐπιγραφὴν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῶν ἕνεκά του, καὶ μὴ προηγουμένην ἔχοντος τὴν σκέψιν· τὸν γοῦν Σοφιστὴν οὕτως ἐπέγραψεν, ἐπειδὴ τοῦτ' ἦν τὸ προκείμενον εἰς τὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ διαλόγῳ σκέψιν ὁ σοφιστὴς, καίτοι καὶ περὶ τοῦ ὄντος εἴρηται μυρία, καὶ περὶ τοῦ μὴ ὄντος· ἀλλὰ ταῦτα συνέωσται πρὸς τὸν περὶ τοῦ σοφιστοῦ λόγον. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν Πολιτικὸν ἀπὸ τοῦ προηγουμένου

ζητήματος ἐπέγραψε, καίτοι περὶ τῆς ἀνακυκλήσεως τοῦ κόσμου διεξελθὼν, ἀλλ᾽ ὡς καὶ τούτων τοῦ Πολιτικοῦ ῥηθέντων χάριν, ἡ ἐπιγραφὴ μόνον ἀπείληφεν τὸν Πολιτικόν. οὕτω τοίνυν καὶ τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα τῆςδε τῆς πραγματείας, πολιτεία ὂν, ἐναργέστατα παρίστησιν, ὅτι τὸ ζητούμενον τοῦτ᾽ ἐστιν ἐν ταύτῃ προηγουμένως, εἴπερ αἱ ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἐπιγραφαὶ τῶν μὴ περιστατικῶν, ἀπ᾽ αὐτῶν κεῖνται τῶν προηγουμένως ζητουμένων ἐν τοῖς διαλόγοις.*) πρῶτον μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, δύο ταῦτα δείξαντες περὶ τῆς ἐπιγραφῆς, ἓν μὲν ὅτι ἀρχαία καὶ οὐ νενοθευμένη καθάπερ ἄλλαι τῶν ἐπιγραφῶν, προσθέσεις οὖσαι τῶν νεωτέρων τῆς ἐξουσίας ἀπολαυόντων, ἕτερον δὲ ὅτι πραγματικὴ καὶ ἀπὸ τῶν προηγουμένων, ἀλλ᾽ οὐ περιστατικῶν, ἵνα μὴ τὰς ἀπὸ προσώπων, ἢ ἀπὸ τῶν περιστατικῶν παραφέρωμεν, ἐναργῆ ταύτην οἴονται πεπορίσθαι τὴν ἐπιγραφὴν, περὶ πολιτείας εἶναι τὴν πρόθεσιν. δεύτερον δὲ καὶ οὗτοι μαρτύρονται τὸν Πλάτωνα σαφῶς ἐν πέμπτῳ λέγοντα τῶν Νόμων αὐτὴν πρώτην εἶναι καὶ ἀρίστην πολιτείαν, ἐν ᾗ πᾶσα κοινωνία πάντων ἐστὶ, γυναικῶν, παίδων, κτημάτων, χρημάτων, εἴτε θεῶν οὖσαν εἴτε θείων τινῶν φύσει, παράδειγμα πολιτείας οὖσαν τῆς τῷ ὄντι θείας, δευτέραν δὲ ἐκείνην τὴν ἐν νόμοις, ἣν ἐκδιδάσκειν φησὶν, ἀθανασίας πῆ κἀκείνην μετέχουσαν, καὶ οὐ

*) Eam argumentandi rationem evertere conatus est Morgenstern., Comm. de Platonis republica. p. 28 — 30., recte reprehensus a Stallbaumio in disputatione de argumento et consilio librorum Platonis, qui de republica inscripti sunt, p. XVIII. cuius verba huc transcribere iuvat: «Etsi enim lubenter largimur Platonem saepenumero sermones suos indicibus, qui vel de personis cum Socrate colloquentibus vel de rebus ad externum eorum ornatum pertinentibus repetiti sint, inscriptos edidisse; tamen alterum exemplum talis inscriptionis desideramus, quae, quum praecipuam disputationis partem indicare videatur, nihilo minus a re leviore et veluti per occasionem interiecta desumta sit. Nec ullum alium novimus scriptorem, qui hac licentia abuti sustinuerit. Etenim nec Aristoteles nec Cicero nec alii libros suos de Republica aut de Legibus inscripserunt, quum hoc ipsum argumentum nonnisi leviter attingentes aut alius rei causa illustrantes plane aliud quid tanquam summum et extremum in scribendo sequerentur. Quocirca ne Platonem quidem putare licet, quum esset praecipue de iustitia disputaturus, his sermonibus *Πολιτείας* nomen fuisse praefixurum.»

REESE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

πόρρω τῆς πρὸ αὐτῆς οὖσαν, τρίτην δὲ μετ' αὐτὴν διαπερανεῖσθαι συνάδουσαν μὲν ταύταις, πολὺ δὲ λειπομένην ἀμφοτέρων. εἰ οὖν τὴν μὲν διιέναι φησὶν, τὴν δ' εἰσαῦθις ἀξιώσειν λόγου, δῆλον δήπουθεν ὅτι τὴν πρὸ τούτων ὡς ἤδη που διαπερανάμενος, οὔτε λέγειν οὔτε λείπειν φησίν. ποῦ δὴ πάντα κοινὰ εἶναι καὶ μηδὲν ἴδιόν ἐστι παρ' αὐτῷ κεκηρυγμένον, ἢ ἐν τῇδε τῇ πραγματείᾳ; καὶ τί τὸ μάλιστα χαρακτηρίζον τὴν πολιτείαν ταύτην ἢ τὸ διὰ πάντων κοινόν; εἰ οὖν ταύτην εἰρηκέναι φησὶν, οὕτως ὡς τὴν δευτέραν λέγειν, καὶ τὴν τρίτην διαπερανεῖσθαι, παντί που δῆλον, ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον τῶν τε νόμων ὁ σκοπός ἐστι περὶ τῆς δευτέρας πολιτείας, καὶ ταύτης τῆς προκειμένης πραγματείας περὶ τῆς πρώτης, καὶ ἐκείνης τῆς τὴν τρίτην ἐκδιδαξούσης περὶ τῆς τρίτης. ὡς οὖν οἱ νόμοι τοῦτον ἔχουσι τὸν σκοπὸν, τὴν πρώτην διῃρημένην κατὰ κλήρους ὑφηγήσασθαι πολιτείαν, οὕτως ἡ πολιτεία τὴν ἀδιαιρέτως κατὰ μίαν εὐζωΐαν ἀφοριζομένην κοινωνίαν ἐκφῆναι, τῶν εἰς τὴν αὐτὴν εὐνοϊκῶς συνοίκησιν ἠθροισμένων ἀνθρώπων, καὶ οὐχ ἕν τι τῆς ἀρετῆς εἶδος τῶν ἄλλων ἀποδιῃρημένον, οἷόν τινες εἶναι τὴν δικαιοσύνην φασί. καὶ γὰρ πολὺ τοῦτο καὶ ἐπιστημονικώτερόν ἐστι καὶ τελειότερον πάντα μετὰ τῆς δικαιοσύνης τἀγαθὰ συνῃρηκὸς, καὶ οὐχ ἑνὶ μόνον τῆς ἀρετῆς εἴδει κατεχόμενον.*) τριτὸν τοίνυν φασὶν οἱ τόνδε τὸν λόγον χορηγοῦντες καὶ αὐτὸν ἐν Τιμαίῳ τὸν Σωκράτην παρὰ τῶν ἀμφὶ Τίμαιον ἀξιωθέντα τοὺς τῇ προτεραίᾳ ῥηθέντας αὐτῷ λόγους ἀνακεφαλαιώσασθαι, τοὺς περὶ τῆς πολι-

*) Neque istam argumentationem, quae nititur in loco qui est Legg. V. 739. probat Morgenstern., cf. l. c. p. 31., contra quem item dixit Stallbaum. l. c. p. LX. sqq. Sed neque is recte de eo disputavisse videtur. Fatebitur enim totum opus de Legibus secundae civitati dictatum esse. Qui igitur convenit primam civitatem singulari opere explicatam non esse statuere? Nam non solum operum analogia ei sententiae adversatur, sed illud etiam, quod prioris civitatis certe maior est dignitas, ut etiam prae reliquis singulari opere explicanda videretur esse. Nam Platonem etiam tertiam civitatem singulari opere explicare voluisse, patet ex his: ἣν δὲ νῦν ἡμεῖς ἐπικεχειρήκαμεν, εἴη τε ἂν γενομένη πως ἀθανασίας ἐγγύτατα καὶ ἡ μία δευτέρως· τρίτην δὲ μετὰ ταῦτα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, διαπερανούμεθα.

τείας τύπους ἀναλαβεῖν πάντας ἑξῆς, ὅσους ἦν τῇ προτεραίᾳ κατατείνας, ὡς ἂν καὶ τῶν περὶ δικαιοσύνης σκεμμάτων ταύτης ἕνεκα κεκινημένων, καὶ τούτου μὲν ὄντος παρέργου θεωρῆσαι τὴν δικαιοσύνην αὐτὴν καθ' ἑαυτήν, καὶ ὅπως ἔχει πρὸς τὴν ἀδικίαν, ἔργου δὲ τὴν ἀρίστην ὑφηγήσασθαι πολιτείαν, ὁποίαν ἔχει γένεσιν, καὶ γενομένη πῶς σώζεται, καὶ διὰ ποίων ἐπιτηδευμάτων. οὐ γὰρ ἂν, αἰτηθεὶς τῶν ῥηθέντων ὑπομνῆσαι πάλιν τοὺς ἀκούσαντας λόγον, μόνον ἀνεμίμνησκεν τῶν εἰς τὴν τῆς πολιτείας σύστασιν τεινόντων, εἰ μὴ καὶ τῶν ῥηθέντων αὐτῷ λόγων τοῦτ' ἦν τὸ σκοπιμώτατον τέλος, ἡ τῆς πολιτείας σύστασις, ὥστε διὰ πάντων εἶναι δῆλον, τὸν τῆς πολιτείας εἶναι σκοπὸν, ἢ μᾶλλον τὴν τῆς ἀρίστης πολιτείας ὑφήγησιν, ὡς τῶν Νόμων τὸν τῶν νόμων.

Excursus III.

Schleiermacheri de Reipublicae fine et consilio sententia refellitur.

Quum docuisset Schleiermacherus non recte sumi solam defensionem iustitiae esse finem operis, ita pergit: Was bleibt also übrig als zu gestehen, dass der platonische Sokrates hier ein doppelgesichtiger Janus ist? In dem Werke selbst redet das rückwärtsgekehrte Gesicht, und dem haben wir bis jetzt zugehört; im Timaios lässt sich das vorwärtsgekehrte vernehmen. Damit aber hängt zusammen, dass in dem Werke selbst so viele früher gestellte Aufgaben wieder aufgenommen und vorher vereinzelte Untersuchungen verknüpft werden, und dass dieses ganze Gewebe, in welches noch viele Einzelheiten eingewirkt sind, die sich als Schlüssel und Lösezeichen zu früherem verhalten, eine hohe Befriedigung gewährt; im Timaios hingegen erscheint dasselbe Werk als erstes Glied einer neuen Reihe von Darstellungen, worin nun auf den Sokrates Timaios Kritias und Hermokrates folgen sollten; und diese zwiefache Beziehung scheint der Schlüssel zu sein zu allem was in der Zusammensezung des Werkes noch dunkel geblieben sein kann. Dass der Begriff der Tugend überhaupt und der vier Haupttugenden besonders aufgestellt werde, das war der Schlussstein aller früheren ethischen Vorarbeiten, und für dieses Geschäft hat die Lehre vom Staat keine andere Bedeutung als die, welche Sokrates von Anfang an hervorhebt. *Da aber der Begriff der Tugend auf der einen Seite so wesentlich zusammenhängt mit der Idee des Guten, welche für Platon der Hauptgegenstand der dialektischen Wissenschaft ist,*

auf der andern Seite aber gar nicht zur Sprache käme, wenn es nicht ein Interesse gäbe an richtiger Anordnung des Lebens: so ist nun eben so natürlich, theils dass dieses Interesse, wie es hier als Apologie der Sittlichkeit auftritt, auch das ganze Werk leitet und beherrscht, theils dass ausser den ethischen Vorarbeiten auch die dialektischen in demselben wieder aufgenommen, mit einander verknüpft und wie durch einen Schlussstein befestiget werden. Da aber nun Platon den Begriff der Tugend findet, ohne auch nur eine Vorstellung zu haben von einer solchen absoluten Freiheit, vermöge deren der Mensch in jedem Augenblick, abgesehen von allem seinem bisherigen Thun und Sein, alles sein kann was ihm eben einfällt, sondern so zusammenhängend mit dem Gebiet des Werdens, dass es eine solche Mischung der Seele giebt, bei welcher nur ein schwaches Rudiment von Tugend möglich ist, und dass es nur Eine Art und Weise der Erziehung giebt, durch welche die Tugend sich in ihrer ganzen Fülle entfalten kann: so erhält der Staat eine höhere Bedeutung, und es ist natürlich, dass dieses vorzüglich mit dargestellt wird, wie in demselben die Erzeugung, durch welche ja die verschiedenen Mischungen der Seele entstehen, unter die Botmässigkeit der gemeinsamen Vernunft gestellt wird, und eben so natürlich, dass alles dialektische und mit demselben zugleich auch die Polemik gegen die nach Platons Überzeugung dem Streben nach Wahrheit am zerstörendsten gegenübertretende mimische Poësie — in die Darstellung der politischen Erziehung verwebt wird. Alles versteht sich nur so vorgetragen, wie es aus dem Begriff der menschlichen Natur folgt, ohne alle geschichtliche Bedingungen, und das heisst zugleich so wie der Staat in der Wirklichkeit des Lebens nicht sein kann, doch mit derjenigen Realität; dass, je weiter sich ein Staat von dieser Norm entfernt, um desto weniger in ihm die Tugend zu Tage kommt. Und so tritt der Staat in unserm Werke hervor bedeutungsvoller als es anfangs scheint, aber doch niemals so, dass er die eigentliche Hauptsache wird. Die Beziehung unseres Werkes auf die folgenden Gespräche aber bezeichnet Platon selbst sehr deutlich als eine erst später hinzuzudenkende. Von der ganzen hier aufgeführten Gesellschaft hat an den folgenden Gesprächen ausser Sokrates niemand An-

theil; sondern Glaukon und Adeimantos und wer sonst noch sich diese sokratischen Reden angeeignet hat, alle diese gehen völlig befriedigt von dannen, zum deutlichen Zeichen dass das Werk in seiner Ursprünglichkeit nur der Schlusstein alles bisherigen ist. Der Anfang einer neuen Reihe wird es erst im Wiedererzählen. Dieses Wiedererzählen ist es nun freilich, was uns vorliegt, aber zur deutlichen Bestätigung des eben gesagten erfahren wir hier gar nicht, wem Sokrates wieder erzählt, sondern erst aus dem Eingang des Timaios sehen wir, es waren die vorhergenannten und noch ein vierter Ungenannter. Diese nun hatten, wie aus den dortigen Aeusserungen hervorgeht, ganz eigentlich Sokrates Reden vom Staate zu hören begehrt, und wenngleich er deshalb die ganze Verhandlung erzählen muss, so blieb für sie doch der Staat die Hauptsache. An dieses Verhältniss also hat sich die Ueberschrift und haben sich von Aristoteles an alle die das Werk anführen gehalten; um desto nothwendiger aber schien es hier die erste und ursprüngliche Beziehung des Werkes auch zuerst geltend zu machen.“ Conferantur primum ea quae Stallbaumius introductionis pag. XXV. contra ea verissime monuit, sed teneantur etiam haec: 1) falsum esse quod affirmet Schleiermacherus, quae de civitate dicta sint, quum Socrates virtutis in universum et quatuor virtutum cardinalium singulatim notionem se quaerere diceret, h. e. librum II. a pag. 369., librum III. et libri IV. initium, non civitatis, sed harum virtutum causa dicta esse, negligens quod ex civitate recte derivari non poterant hae virtutes, negligens sermonis de civitate illis locis habiti argumentum et ambitum; 2) non intelligi cur Plato quum virtutis notionem invenisset, ignarus libertatis eius qua homo quovis temporis puncto, neglecta totius praeteritae vitae ratione, esse possit quod velit, dicere etiam debuerit de educatione, ita ut civitatem in his sermonibus iam magis respiciat, et de generatione, qua mixtiones animorum oriantur, et coniungere ita in eodem opere res a se plane diversas et alienas, quales sunt invenire notionem virtutis, virtutem defendere, et praecepta dare accuratissima omnem educationis rationem illustrantia, moderari generationem; 3) pugnare secum Schleiermacherum quum dicat, dialectica omnia recte cum disputatione de

educatione civili (politische Erziehung) coniuncta esse, et hoc ipso loco dixisset, de idea boni, quae arctissime cohaereat cum notione virtutis, dici omnino non potuisse, nisi nostra interesset vitam nostram recte ordinari, h. e. nisi virtutis defensio totum opus duceret et regeret, ita fieri affirmans ut dialectica omnia priorum sermonum hic repetantur, inter se coniungantur, et quasi conclusura quadam firmentur; 4) pugnare secum Schleiermacherum iterum ac saepius nunc non solum affirmantem, cum sermone de iustitiae laude naturali quodam vinculo cohaerere disputationem de idea boni et dialectica omnia, et concedentem etiam ad Rempublicam pertinere non solum hanc rem, sed etiam disputationem de poësi mimica, quum paulo ante difficile esse probatu iudicasset, quemadmodum hae res cum uno alterove Operis fine necessario cohaererent; cf. p. 65. introd. 5) quod Glauco et Adimantus reliquique omnes qui hos Socratis sermones audiverant discedant, nihil amplius exspectantes, inde non sequi, esse Rempublicam quasi conclusuram omnium priorum disputationum, sed opus per se plenum et absolutum; 6) ipsum Schleiermacherum concedere iteratam narrationem *Πολιτείας*, quam nos solam habeamus, ad rempublicam pertinere. Cur igitur aliter de operis argumento iudicemus quam nos Plato ipse, rem ita componens, iudicare voluerit? 7) Quod non in initio Reipublicae, sed in Timaeo demum ii nominentur, quibus Socrates argumentum Reipublicae denuo narraverit, ita facile explicari, si sumamus, Platonem demum quum Timaeum scribere coepisset, vidisse, apte coniungi Reipublicae argumentum cum Timaeo; nec, etiam si iam initio, quum Rempublicam scribere coepisset, propositum Platoni fuisse statuamus cum hoc opere Timaeum coniungere, inde colligi, quod collegerit Schleiermacherus, vera non esse quae in Timaeo de argumento Reipublicae dicantur, si quidem ipsam Rempublicam respicias, nec intelligi cur Plato rem non ita instituere potuerit, ut instituit, si vera sint; 8) parum congruum esse, quod ii, quibus narrabat Socrates, cum tantum de civitate habitos sermones audire vellent, quod falso sumere Schleiermacherum docuimus, etiam reliqua omnia audire cogantur, et saepe inter narrandum declaret Socrates, iustitiae quaerendae causa

hunc sermonem institui; 9) mirum sane videri quod Schleiermacherus, qui genuinam habeat Operis inscriptionem, iam Aristotelis testimonio firmatam, qui de secundis Operum Platonicorum inscriptionibus Wolfii iudicium — Ueberdem sind jene erklärenden Nebentitel bei mehr als einem Dialog so unbestimmt, einseitig und schielend, dass man den Grammatiker kaum verkennt, der solche seinem Exemplar beischrieb, ohne die Hauptidee, die durch das Ganze des Dialogs, bei allen Krümmungen und Seitenwegen desselben, fortgeht, richtig aufgefasst zu haben*) — sequatur, tamen principalem iudicet quaestionem de iustitiae praestantia et praecipue respiciendam.

*) Cf. introd. in sympos. p. XXXV.

Excursus IV.

De numero Platonis.

Explicationem numeri Platonici, ante hos novem annos a nobis editam, viri docti iudicio suo comprobaverunt. Quorum iudicia et censuras, quantum ad rem pertinere videbantur, hic primum repetenda duximus. Ac Stallbaumius quidem de cura nostra hanc sententiam tulit*): Unter die allerschwierigsten und dunkelsten Stellen im ganzen Platon gehört unstreitig die des achten Buchs der Republik p. 545 extr. ed. Steph., wo jene verhängnissvolle Zahl vorkommt, durch welche symbolisch die Ursachen des Untergangs des vollkommenen Staates ausgedrückt und dargestellt werden. Verhängnissvoll ist diese Zahl in der That auch für Platon selbst gewesen, indem die Stelle bis auf den heutigen Tag für seine Ausleger ein Räthsel geblieben ist, und namentlich *Schleiermacher* durch ihre Schwierigkeit eine Zeit hindurch zu dem Entschlusse bewogen wurde, das grosse Werk der Verdeutschung des Platon bei Seite zu legen und nicht weiter fortzuführen, weshalb denn leider ein guter Theil der Schriften desselben durch ihn unübersetzt geblieben ist. Herr Professor *Rettig*, der uns bereits durch andere Schriften von seiner Bekanntschaft mit Platon Beweise gegeben hat, liess sich indess durch die gescheiterten Erklärungsversuche so vieler Gelehrten der älteren und neueren Zeit nicht abschrecken, selbst einen neuen zu wagen, und wenn Einfachheit und Natürlichkeit der Erklärung immer ein Zeichen ihrer Wahrheit oder Wahrscheinlichkeit zu sein

*) Cf. Annales philologiae et. anni 1836. p. 403. sqq.

pflegt, so müssen wir gestehen, dass das Dunkel, in welches bisher die Stelle gehüllt war, durch ihn beinahe mit einem Male zerstreut worden ist. Der Verfasser ging von dem an sich sehr richtigen Gedanken aus, dass doch wohl hier, was anderwärts in diesen Büchern vom Platon als Ursache des Untergangs des vollkommenen Staates deutlicher bezeichnet worden sey, symbolisch durch Zahlen dargestellt sein möge. Daher erörtert er zuerst die vom Platon darüber vorgetragene Ansicht und stellt die hierher gehörigen Stellen zusammen; sodann schreitet er zur Erklärung der schicksalsvollen Zahl. Was in der ersten Abtheilung der Schrift enthalten ist, läuft etwa auf Folgendes hinaus. Drei Grundkräfte der Seele, λόγος, θυμός und ἐπιθυμία, unterscheidet Plato, und ihnen entsprechen die drei Classen von Staatsbürgern, die er in seinem Staate vorhanden sein lässt. Ebenso leitet er auch daher seine vier Cardinaltugenden ab, indem dem λόγος und den Magistratspersonen die σοφία, dem θυμός und den Soldaten oder Wächtern die ἀνδρεία, und der ἐπιθυμία und der Klasse der Handwerker die σωφροσύνη ganz analogisch entspricht, aus der Vereinigung dieser Tugenden aber die δικαιοσύνη hervorgeht, welche sich eben so im vollendeten Staate wie im vollendeten Individuum darstellen und offenbaren muss. Natürlich ist es nun, dass jener Reihe von Cardinaltugenden eine gleiche von Lastern gegenübersteht, die ἀδικία, ἀχολασία, δειλία und ἀμαθία. Während aber die sittliche Vollendung nur eine einzige ist, stellt sich der Mangel derselben in vier Hauptformen dar, und so werden denn auch fünf Arten von Staaten und Individuen unterschieden; s. lib. IV. p. 445 ed. St. Der Grund des Verderbens des vollkommenen Staates und seines Herabsinkens zu einer schlechten Verfassung liegt in der Auflösung seiner harmonischen Verhältnisse, deren Folge die Vermischung der drei Klassen von Staatsbürgern ist. Durch sie geschieht es nämlich, dass am Ende auch die zum Regieren unfähige Klasse das Staatsruder ergreift. Diese Umkehrung der Dinge lässt aber eine Störung des richtigen Verhältnisses der geistigen Kräfte und ihres Gebrauches im Staate voraussetzen, und unmöglich ist es nun, dass die Regierenden denselben nach den Ideen des Guten und Schönen ordnen und leiten. Grund-

ursache der Vernichtung der gesunden Verfassung ist die eingetretene Verachtung und Vernachlässigung der musikalischen Studien. Hierdurch wird nämlich auch Verachtung gegen das Gesetz erzeugt, und dadurch verschiedene fehlerhafte, den geistigen Richtungen entsprechende Staatsverfassungen herbeigeführt. Dieses ist also die Platonische Ansicht vom Staatsleben und von den Ursachen seiner Entartung. Diese Ansicht nun wird eben an der berühmten Stelle, wie der Verfasser zeigt, symbolisch durch Zahlenverhältnisse dargestellt. Es würde zu weit führen, wollten wir alles, was Herr Rettig zur Begründung dieser seiner Meinung beigebracht hat, hier einzeln mittheilen. Es genüge daher, wenn wir den Sinn der Stelle nach der gegebenen Auslegung möglichst treu wieder geben und die nöthigen Erläuterungen mit grösster Kürze hinzufügen. Das Ganze lautet demnach folgendermassen: »*Bisweilen*, heisst es, *treten Zeiten ein, welche wegen einer Art Unfruchtbarkeit für Leib und Seele ungedeihlich sind, so dass unvermerkt Mangel an tüchtigen Männern entsteht. So kommen durch ein Geschick der Nothwendigkeit, in Ermangelung der Besseren Schlechtere zur Regierung, von denen bald die Uebung der musischen und gymnastischen Kunst aus den Augen gelassen wird. So vermischen sich nun die verschiedenen Klassen der Staatsbürger, es entsteht unter ihnen Zwist, Feindschaft und Kampf, und die bestandene vollkommene Staatsverfassung geht ihrer Auflösung entgegen.* Dieser Auflösungsprozess wird nun eben an der genannten Stelle durch Zahlenverhältnisse dargestellt. »*Es hat aber das göttlich Erzeugte*, heisst es, *einen Kreislauf, den nur eine vollkommene Zahl umfasst; das menschliche dagegen eine Zahl, in welcher als der ersten* (der Grundzahl) *Vermehrungen* (Vervielfachungen) *drei Abstände durch ihre Kraft hervorbringen und beherrschen* (d. i. aus den drei Grundkräften der Seele gehen wieder drei verschiedene Klassen der Staatsbürger hervor), *und dann vier Begränzungen von Aehnlichem und Unähnlichem*,*) *Wachsendem und Schwindendem*,**) *aufnehmen, so dass dieselben* (jene Vermehrungen) *alles, was in dieser Zahl ist, als benennungsfähig und*

*) Haec non satis accurate vertit Stallbaumius.

**) Etiam in his retinenda videtur transitiva vocabuli significatio.

aussprechbar nach gegenseitigem Verhältniss darstellen (Hindeutung auf die vier Cardinaltugenden und die ihnen entgegenstehenden vier Hauptgattungen von Lasterhaftigkeit; die ὅροι sind die vier moralischen Gemüthsverfassungen, wie lib. IV. p. 443. D. E. ed. Steph. ähnlich in einer Vergleichung gesagt wird). *Die vierdrittige Wurzel derselben* (das Verhältniss zwischen den vier Cardinalzuständen der Seele und den drei Seelenkräften) *mit fünf zusammengespannt, bietet dreimal vermehrt zwei Harmonien dar* (mit den fünf Principien der Staatsform verbunden — Basis der Berechnung — bietet sie zwei Reihen — — Staatsverfassungen (ἁρμονίας) dar, nämlich gute und entartete Staaten; der gute Staat ist aber nur ein einziger, vom entarteten Staate dagegen giebt es vier Formen — — — —. Es heisst weiter: *die eine dieser Reihen ist gleichvielmal gleich* (d. i. sie bleibt immer dieselbe, ohne zur Entartung sich hinzuneigen) *und zwar Hundert ebensovielmal* (weil auch das Leben des Staates wie das des Individuums einen bestimmten Kreislauf zurücklegt; s. lib. X. p. 615. A. ed. Steph.) *die andere derselben ist zwar gleichlängig, läuft aber länglich zu* (d. i. neigt sich immer mehr zur Entartung und Verderbtheit). — — — — Die Schlussworte beim Platon lauten also: „*Diese gesammte geometrische Zahl ist über dergleichen entscheidend, nämlich über bessere und schlechtere Zeugungen* (es muss interpungirt werden: ξύμπας δὲ οὗτος ἀριθμὸς τοιούτου κύριος, ἀμεινόνων τε καὶ χειρόνων γενέσεων, *und wenn eure Wächter aus Unkenntniss derselben zur Unzeit den Jünglingen Bräute zugesellen, so wird es Kinder geben, die weder wohlgeartet, noch glücklich sind.* Herr Rettig will sie verstanden wissen von der wiederholten Multiplication aller früher von ihm so genannten Factoren, und giebt davon folgende Erklärung: » *Debent ea intelligi de factorum, quos supra nominavi, repetita multiplicatione, eamque rem causam esse* (indicatur?) *utriusque harmoniae sive* ἀμεινόνων τε καὶ χειρόνων γενέσεων, *a quibus bonarum malarumque civitatum origo et interitus repetitur,*« und jedenfalls ist diese Deutung die wahrscheinliche. Sollen wir nun nach diesen Mittheilungen noch unser Urtheil über die Sache abgeben, so zweifeln wir keineswegs, dass Herr Professor Rettig im Ganzen diese schwierigste Stelle in der ganzen platonischen Republik richtig und naturgemäss

ausgelegt hat, und dass man diese Auslegung, selbst wenn auch Einzelnes, wie es allerdings scheint, noch einer Berichtigung oder Ergänzung bedürfte, in Zukunft für die plausibelste wird anerkennen müssen. Denn sie ist auf eine so einfache und natürliche Weise aus der Platonischen Ansicht vom Leben des Staates und seiner möglichen Entartung hergeleitet, dass man eine Täuschung dabei nicht wohl annehmen und vermuthen kann. Auch ist der symbolische Gebrauch der Zahl, insofern dadureh Begriffe bezeichnet werden, anderwärts beim Platon zu finden, so dass man ihn hier Statt finden zu lassen, kein Bedenken tragen darf. Uebrigens betrachtet Platon diese ganze mathematische Begriffsdarstellung auch hier als eine Art von Scherz und Spiel, wie die einleitenden Worte nicht undeutlich zu erkennen geben, und wir werden somit unwillkürlich an jene berühmte Stelle im Menon dadurch erinnert, die den Gelehrten nur desswegen so viel zu schaffen gemacht hat, weil man in ihr ein schweres mathematisches Problem suchen zu müssen vermeinte. Aber so pflegt es denen zu gehen, die keinen Scherz verstehen.

Friesius, qui ipse eandem rem explicare conatus est, ita iudicat*): So hatte ich meine Meinung schon vor längerer Zeit als Mathematiker vertheidigt, als ich bei der Anzeige der Vorlesungen an der Universität zu Bern für den Sommer 1835 eine Abhandlung des Professor Rettig von diesem mitgetheilt erhielt, welche einen ganz neuen Versuch zur Erklärung unserer Stelle macht. Nach genauerer Vergleichung finde ich die Vermuthung des Professor Rettig ungemein scharfsinnig. Ich kann darüber so berichten.

Uebersetzen wir den ersten Satz: Es ist dem göttlichen Erzeugten ein Umlauf, welchen eine vollkommene Zahl umfasst, dem menschlichen aber eine Zahl, in welcher beherrschende und beherrschte Vermehrungen drei Abstände (ἀποστάσεις) (oder drei Kreise, ἀποκαταστάσεις) und vier Schranken annehmend alles ähnlich oder unähnlich bildende, alles vermehrende und vermindernde befreunden und rational gegen einander machen, —

*) Cf. historiam philosophiae P. I. p. 888. sqq.

denken dann mit Rettig an die drei Stände im platonischen Staate und die vier den Staat ordnenden Tugenden: so können wir das arithmetische Bild vortrefflich politisch deuten. Die beherrschenden und beherrschten (?) Vermehrungen sind das Volksleben. Wenn in diesem die drei Stände durch die vier Tugenden in Schranken gehalten werden, so wird das Leben in Ebenmaass und Ordnung gehalten.

Dann lesen wir weiter: *ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο παρέχεται ἁρμονίας, — τὴν μὲν ἴσην ἰσάκις — τὴν δὲ ἰσομήκη μὲν τῇ προμήκει δὲ*, und übersetzen: aus diesem giebt das Verhältniss der drei zur vier mit der fünf verbunden zwei Harmonieen, die eine eine gleichmal gleiche, die andere gleichseitig zwar, aber zum ungleichseitigen neigend.

Bedeute nun die fünf Platons fünf Staatsverfassungsformen (Politeia, Timarchie, Oligarchie, Demokratie und Tyrannis), so sagt der Satz: das Verhältniss der drei Stände zu den vier Tugenden giebt mit den fünf Staatsverfassungen zwei Harmonieen, nämlich die eine der vollendeten Gerechtigkeit (in der Politeia), die andere zwar auch noch eine gerechte, aber in der Hinneigung zur Ungerechtigkeit (im Verfall der vier andern Formen). Dies letzte spricht sehr für Rettigs Vermuthung, weil hierin so klare pythagoreische Symbole liegen. Pythagoreisch ist ja *ἀριθμὸς ἰσάκις ἴσος* die Erklärung der Gerechtigkeit und der Gegensatz von *ἰσομήκης* und *προμήκης* dem des guten und bösen gleichgestellt. Endlich passt nun auch der Schluss: wenn die Gesetzgeber diese ganze geometrische Zahl, das heisst den ganzen Erfolg dieser Gesetze, nicht kennen, so werden sie den Staat übel berathen — ganz in demselben Zusammenhang, und das Räthsel enthält die Andeutung der ganzen folgenden Betrachtungen.

Allein das letzte Wort in der Sache kann dies nicht sein, sondern es muss auch noch eine arithmetische Lösung des Räthsels daneben bestehen. Denn meiner Meinung nach kann Rettig im ersten Satz das *ἐν ᾧ πρώτῳ* und im zweiten weder das *τρὶς αὐξηθεὶς* noch irgend die Zahlformeln *ἑκατὸν τοσαυτάκις* und *ἑκατὸν μὲν — τριάδος* brauchen. Denn was er darüber commentirt, wird er in keine Uebersetzung bringen, es

bleibt alles unbestimmt willkürlich, und würde diese Uebersetzung zwischen den Ausspruch der Harmonieen gebracht, so fiele die ansprechende Bedeutung der pythagoreischen Formeln weg. Dabei ist aber doch die Erklärung des *Barocius* und *Schneider* für ἀριθμὸς ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμπάδος so klar und sicher, dass sie nicht umgangen werden kann, und darum auch nicht meine Uebersetzung von ἑκατὸν μὲν — δεομένων ἑνὸς ἑκάστων.

Ich meine daher, dass Platon das von *Rettig* angegebene politische Bild durch die Zahl 5040 arithmetisch und geometrisch construirt hat, so dass im Diagramm das Dreieck 3, 4, 5 der Politeia, das 5, 5, 7 der Timarchie 7, 7, 10 der Oligarchie, und das ungleichseitige 10, 7, 12 (mit welchem die Zahl, wie Aristoteles sagt, στερεὸς wird, nämlich am Würfel) der Demokratie und Tyrannis gehört. —

Alii, quorum nomen inter nostri temporis philologos merito clarum habetur, literis privatim ad me missis, rem novam his verbis exceperunt: »Als ich Ihr Programm de numero Platonis erhalten hatte, war ich so eben mit der Lectüre der Politie mit einem jungen Philologen beschäftigt; wir haben Platos Dialoge gelesen und hatten uns über das Räthsel der Geburtszahl, so wie vordem ich allein, so jetzt zusammen abgeplagt, ohne etwas erwähnungswerthes zu finden; da erhalten wir Ihre Lösung. Ich kann die Ueberraschung nicht schildern die mir hier zu Theil geworden, ich hielt den Fund sogleich für ein unschätzbares Gut, auro pretiosius — so sehr im Geiste und Sinne des Philosophen fand ich die Abhandlung.«

Contra C. Fr. Hermannus novam numeri explicationem proponens, non refellens nostram, ita: »Unum superesset, quod iure meritoque ex nobis quaerere possetis, quid tandem Platonem moverit, ut hunc potissimum numerum civitati suae fatalem poneret quidve in sesquitertia illa ratione singulare invenerit, quapropter eam toti huic computationi pro fundamento daret; sed quamvis nec antiquitus nec nostra aetate defuerint, qui aut aequalitatem bonarum, inaequalitatem malarum generationum causam dicerent, aut quod Rettigianae disputationis caput est, universum loci acumen in trium animi partium cum quatuor virtutibus cardinalibus coniunctione quaererent; nos tamen, qui omnino moralium allegoriarum quae dicuntur rarissimum apud

veteres usum fuisse censemus, in verborum explicatione, cuius ipse philosophus materiam praebuit, subsistere quam in aliena ipsi sententia obtrudenda periclitari malumus, nec nisi illud affirmare audemus, nullam magis ob causam Platonem hunc locum operi suo intexuisse, quam ut homines ad arithmetica studia accuratioremque numerorum cognitionem accenderet. Is enim quod Deliis respondisse fertur, qui ipsum de cubi duplicatione oraculi Delphici responso imposita consuluerant, illi quoque responsurus fuisse videtur, qui eum de huius numeri causis interrogasset ambagesque miratus esset, quibus tam simplicem rem circumdedisset: *μὴ τοῦτο οἴεσθαι χρῆναι ποθεῖν αὐτὸν, ἀλλὰ προστάσσειν Ἕλλησι πᾶσι, πολέμου καὶ κακῶν μεθεμένους Μούσαις ὁμιλεῖν καὶ διὰ λόγων καὶ διὰ μαθημάτων τὰ πάθη καταπραΰνοντας ἀβλαβῶς καὶ ὠφελίμως ἀλλήλοις συμφέρεσθαι.* ct.*) Cf. indicc. lectt. Acad. Marburg. a. 1839.

Nec vere Hermannus, nos *universum* loci acumen in trium animi partium cum quatuor virtutibus cardinalibus coniunctione quaesivisse tradidit, nec recte moralium allegoriarum, quae dicantur, usum apud Pythagoraeos et Platonem repudiavit. Nam Pythagoraeos iis usos esse constat Aristotelis testimonio, Met. A. 5. *ἐν δὲ τοῖς ἀριθμοῖς ἐδόκουν θεωρεῖν ὁμοιώματα πολλὰ τοῖς οὖσι καὶ γιγνομένοις, μᾶλλον ἢ ἐν πυρὶ καὶ γῇ καὶ ὕδατι, ὅτι τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν πάθος δικαιοσύνη, τὸ δὲ τοιονδὶ ψυχὴ καὶ νοῦς, ἕτερον δὲ καιρὸς καὶ τῶν ἄλλων ὡς εἰπεῖν ἕκαστον ὁμοίως.* coll. Met. A. 6. *οἱ μὲν γὰρ Πυθαγόρειοι μιμήσει τὰ ὄντα φασὶν εἶναι τῶν ἀριθμῶν.* Cf. praeterea Böckhii Philolaum p. 43. 192.; Brandis. hist. phil. I, 470. sq. et quos ibi laudavit. Platonem iis usum esse satis nobilitatus locus in hoc opere, lib. IX. p. 587. C. sq., probat. Cf. Schneiderum p. LXXXXII sqq. praef. ad vol. III. Eodem pertinent etiam haec Aristotelis: *ἔτι δὲ καὶ ἄλλως, νοῦν μὲν τὸ ἕν, ἐπιστήμην δὲ τὰ δύο· μοναχῶς γὰρ ἐφ ἕν· τὸν δὲ τοῦ ἐπιπέδου ἀριθμὸν, δόξαν· αἴσθησιν δὲ τὸν τοῦ στερεοῦ.* Cf. Aristotel. de an. I, 2, med. Cui denique persuadebit Hermannus, nullam magis ob causam Platonem hunc locum operi suo intexuisse, quam ut homines ad arithmetica studia accu-

*) Cf. Plutarch. de daem. Socr. c. 7.

ratioremque numerorum cognitionem accenderet? Nam ut taceam, quod mathematica studia satis iam commendaverat philosophus libro VII, p. 522, B. sqq.; quod indignum foret philosopho et rei gravitate, si nihil serium his subesse statuatur, quod tum haec res magis deterrere potuisset a mathematicis studiis, quam allicere; omne Hermanni commentum refellitur uno Aristotelis testimonio, qui duo hoc loco indicata esse docet, *causam* interitus civitatis perfectae et *tempus;* et hoc est, ad quod in explicando numero ante omnia attendendum videtur. Cf. Aristotel. pol, lib. V. c. X., vol. II. p. 1316. ed. Bekk. Ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ λέγεται μὲν περὶ τῶν μεταβολῶν ὑπὸ τοῦ Σωκράτους, οὐ μέντοί λέγεται καλῶς· τῆς τε γὰρ ἀρίστης πολιτείας καὶ πρώτης οὔσης οὐ λέγει τὴν μεταβολὴν ἰδίως. Φησὶ γὰρ αἴτιον εἶναι τὸ μὴ μένειν μηθὲν, ἀλλ' ἐν τινὶ περιόδῳ μεταβάλλειν, ἀρχὴν δ' εἶναι τούτων, ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται, λέγων, ὅταν ὁ τοῦ διαγράμματος ἀριθμὸς τούτου γένηται στερεὸς, ὡς τῆς φύσεώς ποτε φυούσης φαύλους καὶ κρείττους τῆς παιδείας. τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ λέγων ἴσως οὐ κακῶς· ἐνδέχεται γὰρ εἶναί τινας, οὓς παιδευθῆναι καὶ γενέσθαι σπουδαίους ἄνδρας ἀδύνατον· ἀλλ' αὕτη τί ἂν ἴδιος εἴη μεταβολὴ τῆς ὑπ' ἐκείνου λεγομένης ἀρίστης πολιτείας μᾶλλον ἢ τῶν ἄλλων πασῶν καὶ τῶν γιγνομένων πάντων; Καὶ διά τε τοῦ χρόνου, δι' ὃν λέγει πάντα μεταβάλλειν, καὶ τὰ μὴ ἅμα ἀρξάμενα γίγνεσθαι ἅμα μεταβάλλει· οἷον εἰ τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ ἐγένετο τῆς τροπῆς, ἅμα ἄρα μεταβάλλει. Nam causam universalem interitus Aristoteles secundum Platonem eam esse dicit, quod nihil maneat. Φησὶ γὰρ αἴτιον εἶναι τὸ μὴ μένειν μηθὲν, κ. τ. ἑ. ab ea pendere *alteram*, s. *specialem*, quae indicata est verbis: ἀρχὴν δ' εἶναι τούτων, (de significatione vocabuli ἀρχὴ Cf. Aristotel. met. I, 3.) ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται, λέγων, ὅταν ὁ τοῦ διαγράμματος ἀριθμὸς τούτου γένηται στερεὸς, quorum verborum, quae ἀλληγορικῶς procul dubio accipi debent, sententia explicatur iis quae sequuntur, ὡς τῆς φύσεώς ποτε φυούσης φαύλους καὶ κρείττους τῆς παιδείας. *Tempus* interitus indicatur verbis καὶ διά τε τοῦ χρόνου κ. τ. ἑ. Et recte Friesius l. l. p. 379. Wir müssen zweitens voraussetzen (wogegen Schneider verstossen hat) dass Platon sich

etwas zusammenhängendes bei der Sache gedacht habe, sonst wäre unser Rathen ja ohne Ziel und Zweck.« Sed hactenus de his. Iam, quum alia firmioribus argumentis quam antea superstruere, alia eaque pauca, quae recte desiderata sunt, emendare posse videamur, ne veritas denuo obscuretur, ad eandem rem nobis redeundum esse putavimus. Repetemus ea, quae recte nobis disputavisse videmur.

Virorum doctissimorum qui de numero Platonis scripserunt, haud facile quis numerum inierit. Quorum nomina et sententias si cognoscere velis, adeas C. E. Chr. Schneideri libellum quo Variae variorum de Platonis numero opiniones continentur. Ne nostra quidem aetate defuerunt, qui idem argumentum tractandum sibi sumerent. In eorum numero est Friesius, Schneiderus, Schleiermacherus.*) Hic vero quod in explicando hoc numero sibi oblatas difficultates solvere non potuisset, primum commotum se esse profitetur, ut coeptum opus Germanice tradendi Platonem e manibus deposuerit; et ne nunc quidem omnia sibi ad liquidum perducta videri pronunciat.**) Rem igitur difficilem aggredior et arduam. Quare ut omnia magis plana et perspicua fiant, in ipso quasi introitu disputationis explicandum videtur esse, quam viam in hac scriptione secuti simus. Itaque ipsum Platonis locum primum exhibebimus; deinde sequetur placitorum Platonicorum, quae tenere necesse est, ex Republica petita brevissima adumbratio; tum in unum colligemus omnes Reipublicae locos, quibus Plato eandem rem, de qua hic agitur, planius proposuit; postremo Platonis numerum explicabimus.

Numerus Platonis.

Φέρε τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πειρώμεθα λέγειν, τίνα τρόπον τιμοκρατία γένοιτ' ἂν ἐξ ἀριστοκρατίας. ἢ τόδε μὲν ἁπλοῦν, ὅτι πᾶσα πολιτεία μεταβάλλει ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔχοντος τὰς ἀρχάς,

*) His nunc accedunt Friesius et Schneiderus iterum, Branisius, C. Fr. Hermannus.

**) Cf. vers. Schleiermacher. p. 589 sqq.

ὅταν ἐν αὐτῷ τούτῳ ϛάσις ἐγγένηται, ὁμονοοῦντος δὲ, κἂν πάνυ ὀλίγον ᾖ, ἀδύνατον κινηθῆναι; Ἔστι γὰρ οὕτω. Πῶς οὖν δὴ, εἶπον, ὦ Γλαύκων, ἡ πόλις ἡμῖν κινηθήσεται; καὶ πῇ ϛασιάσουσιν οἱ ἐπίκουροι καὶ οἱ ἄρχοντες πρὸς ἀλλήλους τε καὶ πρὸς ἑαυτούς; ἢ βούλει, ὥσπερ Ὅμηρος, εὐχώμεθα ταῖς Μούσαις εἰπεῖν ἡμῖν, ὅπως δὴ πρῶτον ϛάσις ἔμπεσε, καὶ φῶμεν αὐτὰς τραγικῶς, ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας καὶ ἐρεσχηλούσας, ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας, ὑψηλολογουμένας λέγειν; Πῶς; Ὧδέ πως. Χαλεπὸν μὲν κινηθῆναι πόλιν οὕτω ξυϛᾶσαν· ἀλλ' ἐπεὶ γενομένῳ παντὶ φθορά ἐϛιν, οὐδ' ἡ τοιαύτη ξύϛασις τὸν ἅπαντα μενεῖ χρόνον, ἀλλὰ λυθήσεται. λύσις δὲ ἥδε· οὐ μόνον φυτοῖς ἐγγείοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπιγείοις ζώοις φορὰ καὶ ἀφορία ψυχῆς τε καὶ σωμάτων γίγνονται, ὅταν περιτροπαὶ ἑκάϛοις κύκλων περιφοραὶς ξυνάπτωσι, βραχυβίοις μὲν βραχυπόρους, ἐναντίοις δὲ ἐναντίας. γένους δὲ ὑμετέρου εὐγονίας τε καὶ ἀφορίας, καίπερ ὄντες σοφοὶ οὓς ἡγεμόνας πόλεως ἐπαιδεύσασθε, οὐδὲν μᾶλλον λογισμῷ μετ' αἰσθήσεως τεύξονται, ἀλλὰ πάρεισιν αὐτοὺς, καὶ γεννήσουσι παῖδάς ποτε οὐ δέον. ἔϛι δὲ θείῳ μὲν γεννητῷ περίοδος ἣν ἀριθμὸς περιλαμβάνει τέλειος, ἀνθρωπείῳ δὲ ἐν ᾧ πρώτῳ αὐξήσεις δυνάμεναί τε καὶ δυναϛευόμεναι τρεῖς ἀποϛάσεις, τέτταρας δὲ ὅρους λαβοῦσαι ὁμοιούντων τε καὶ ἀνομοιούντων καὶ αὐξόντων καὶ φθινόντων πάντα προσήγορα καὶ ῥητὰ πρὸς ἄλληλα ἀπέφηναν· ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται τρὶς αὐξηθεὶς, τὴν μὲν ἴϛην ἰσάκις, ἑκατὸν τοσαυτάκις, τὴν δὲ ἰσομήκη μὲν τῇ, προμήκη δὲ, ἑκατὸν μὲν ἀριθμῶν ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμπάδος δεομένων ἑνὸς ἑκάϛων, ἀῤῥήτων δὲ δυεῖν, ἑκατὸν δὲ κύβων τριάδος. ξύμπας δὲ οὗτος ἀριθμὸς γεωμετρικὸς, τοιούτου κύριος, ἀμεινόνων τε καὶ χειρόνων γενέσεων· ἃς ὅταν ἀγνοήσαντες ὑμῖν οἱ φύλακες συνοικίζωσι νυμφὰς νυμφίοις παρὰ καιρὸν, οὐκ εὐφυεῖς οὐδ' εὐτυχεῖς παῖδες ἔσονται· ὧν καταϛήσονται μὲν τοὺς ἀρίϛους οἱ πρότεροι, ὅμως δὲ ὄντες ἀνάξιοι, εἰς τὰς τῶν πατέρων αὖ δυνάμεις ἐλθόντες ἡμῶν πρῶτον ἄρξονται ἀμελεῖν φύλακες ὄντες, παρ' ἔλαττον τοῦ δέοντος ἡγησάμενοι τὰ μουσικῆς, δεύτερον δὲ τὰ γυμναϛικῆς. ὅθεν ἀμουσότεροι γενήσονται ὑμῖν οἱ νέοι. ἐκ δὲ τούτων ἄρχοντες οὐ πάνυ φυλακικοὶ καταϛήσονται πρὸς τὸ δοκιμάζειν τὰ Ἡσιόδου τε καὶ τὰ παρ' ὑμῖν γένη,

χρυσοῦν τε καὶ ἀργυροῦν καὶ χαλκοῦν καὶ σιδηροῦν. ὁμοῦ δὲ μιγέντος σιδήρου ἀργύρῳ καὶ χαλκοῦ χρυσῷ ἀνομοιότης ἐγγενήσεται καὶ ἀνωμαλία ἀνάρμοστος, ἃ γενόμενα, οὗ ἂν ἐγγένηται, ἀεὶ τίκτει πόλεμον καὶ ἔχθραν. ταύτης τοι γενεᾶς χρὴ φάναι εἶναι ϛάσιν, ὅπου ἂν γίγνηται ἀεί. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη, αὐτὰς ἀποκρίνεσθαι φήσομεν. Καὶ γὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, ἀνάγκη, Μούσας γε οὔσας. Cf. Pol. lib. VIII. p. 545, extr. ed. Steph.

Placitorum Platonicorum, quae huc pertinent, brevissima adumbratio.

Loci haud unquam satis intellecti natura facit, ut antequam dispiciamus quae sit eius sententia, nonnulla Platonicae doctrinae in Republica traditae capita, quae huc maxime pertinent, in memoriam revocanda esse videantur. Primum quod Plato tres esse animi humani partes demonstravit, λόγον, θυμὸν, ἐπιθυμίαν, cf. Pol. lib. IV. p. 435. sqq. ed. St.; deinde quod tres etiam civium classes esse voluit, quae tribus animi partibus responderent ex iisque originem suam haberent; cf. Pol. lib. IV. p. 435. extr. St. Ἆρ' οὖν ἡμῖν, ἦν δ' ἐγὼ, πολλὴ ἀνάγκη ὁμολογεῖν, ὅτι γε τὰ αὐτὰ ἐν ἑκάϛῳ ἔνεϛιν ἡμῶν εἴδη τε καὶ ἤθη, ἅπερ ἐν τῇ πόλει; οὐ γάρ που ἄλλοθεν ἐκεῖϛε ἀφῖκται. γελοῖον γὰρ ἂν εἴη, εἴ τις οἰηθείη τὸ θυμοειδὲς μὴ ἐκ τῶν ἰδιωτῶν ἐν ταῖς πόλεϛι γεγονέναι, οἵ δὴ καὶ ἔχουϛι ταύτην τὴν αἰτίαν, οἷον οἱ κατὰ τὴν Θρᾴκην τε καὶ Σκυθικὴν καὶ σχεδόν τι κατὰ τὸν ἄνω τόπον, ἢ τὸ φιλομαθὲς, ὃ δὴ περὶ τὸν παρ' ἡμῖν μάλιϛ' ἄν τις αἰτιάσαιτο τόπον, ἢ τὸ φιλοχρήματον, ὃ περὶ τοὺς τε Φοίνικας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ Αἴγυπτον φαίη τις ἂν οὐχ ἥκιϛα· Καὶ μάλα, ἔφη. Τοῦτο μὲν δὴ οὕτως ἔχει, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ οὐδὲν χαλεπὸν γνῶναι. Οὐ δῆτα. tum quod ex tribus animi humani partibus tribusque civium ordinibus doctrinam de quatuor virtutibus repetivit. Nam λόγῳ et magistratibus ex adverso ponitur sapientia, θυμῷ et militibus fortitudo, ἐπιθυμίᾳ et opificum omni generi temperantia. Iustum vero animi vel civitatis statum, h. e. δικαιοσύνην, tum oriri dicit, hae virtutes in uno homine vel in una civitate coniunctae

fuerint, cf. Pol. lib. IV. p. 427. sqq. ed. St.; postremo quod quatuor virtutibus vitiorum quatuor genera opposuit, *τοιαῦτ' ἄττα, οἶμαι, φήσομεν καὶ τὴν τούτων ταραχὴν καὶ πλάνην εἶναι τήν τε ἀδικίαν καὶ ἀκολασίαν καὶ δειλίαν καὶ ἀμαθίαν καὶ συλλήβδην πᾶσαν κακίαν.* cf. Pol. lib. IV. p. 444. St. tandem quod virum honestum bonumque unum esse dicit, unam etiam perfectam civitatem, vitiorum vero esse innumerabilia genera, quatuor autem inprimis insignia, quemadmodum etiam quatuor civitatum corruptarum genera prae ceteris in oculos incurrant. Quod si igitur haec varia hominum civitatumque genera computaveris, quinque hominum species totidemque civitatum reperientur. Cf. Pol. lib. IV. p. 445. St. *Καὶ μὴν, ἦν δ' ἐγὼ, ὥςπερ ἀπὸ σκοπιᾶς μοι φαίνεται, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἀναβεβήκαμεν τοῦ λόγου, ἓν μὲν εἶναι εἶδος τῆς ἀρετῆς, ἄπειρα δὲ τῆς κακίας, τέτταρα δ' ἐν αὐτοῖς ἄττα, ὧν καὶ ἄξιον ἐπιμνησθῆναι. Πῶς λέγεις; ἔφη. Ὅσοι, ἦν δ' ἐγὼ, πολιτειῶν τρόποι εἰσὶν εἴδη ἔχοντες, τοσοῦτοι κινδυνεύουσι καὶ ψυχῆς τρόποι εἶναι. Πόσοι δή; Πέντε μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, πολιτειῶν, πέντε δὲ ψυχῆς.* Quod si denique animi humani partes non bene ordinatae temperataeque fuerint, omnem vitam omnium perverti affirmat. Cf. Pol. lib. IV. p. 442. ed. St. *Καὶ τούτω δὴ οὕτω τραφέντε καὶ ὡς ἀληθῶς τὰ αὑτῶν μαθόντε καὶ παιδευθέντε προςήσετον τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, ὃ δὴ πλεῖςον τῆς ψυχῆς ἐν ἑκάςῳ ἐστὶ καὶ χρημάτων φύσει ἀπληςότατον, ὃ τηρήσετον, μὴ τῷ πίμπλασθαι τῶν περὶ τὸ σῶμα καλουμένων ἡδονῶν πολὺ καὶ ἰσχυρὸν γενόμενον οὐκ αὖ τὰ αὑτοῦ πράττῃ, ἀλλὰ καταδουλώσασθαι καὶ ἄρχειν ἐπιχειρήσῃ ὧν οὐ προςῆκον αὐτῷ γένει, καὶ ξύμπαντα τὸν βίον πάντων ἀνατρέψῃ.*

Colliguntur omnes Reipublicae loci quibus Plato eandem rem, de qua hic agitur, planius proposuit.

Sed ne nunc quidem ad ipsam loci, de quo agitur, explicationem accedere licet. Necessario enim sequenda est interpretum consuetudo, qui quaecunque difficilia intellectu sint, advocatis in auxilium aliis locis facilioribus explicare conantur.

Colligemus igitur omnia quae Plato aliis locis de civitatum interitu ita tradidit, ut de eorum sententia nemo dubitet. Ac primum quidem afferendum videtur, quod Reipublicae lib. III, p. 412. scriptum est: *Τὸν κάλλιστ᾽ ἄρα μουσικῇ γυμναστικὴν κεραννύντα καὶ μετριώτατα τῇ ψυχῇ προσφέροντα, τοῦτον ὀρθότατ᾽ ἂν φαῖμεν εἶναι τελέως μουσικώτατον καὶ εὐαρμοστότατον, πολὺ μᾶλλον, ἢ τὸν τὰς χορδὰς ἀλλήλαις ξυνιστάντα. Εἰκότως γ᾽, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Οὐκοῦν καὶ ἐν τῇ πόλει ἡμῖν, ὦ Γλαύκων, δεήσει τοῦ τοιούτου τινὸς ἀεὶ ἐπιστάτου, εἰ μέλλει ἡ πολιτεία σώζεσθαι; Δεήσει μέντοι ὡς οἷόν τέ γε μάλιστα.*

Reip. lib. III. p. 414, sqq. St. hanc Plato fabulam narrat: Persuadendum esse summis reipublicae magistratibus, militibus tertioque civium ordini, quod intra terram simul omnes ficti nutriti et educati sint, quemadmodum nutriendos et educandos esse paulo ante ostenderit. Perfectos deinde terram matrem in lucem edidisse, esse igitur fratres terra procreatos. Deum vero qui eos fingeret eorum animis qui ad imperium apti essent aurum admiscuisse, argentum militibus, ferrum et aes agricolis et opificum omni generi. Quum vero omnes eiusdem generis sint, fieri, ut plerumque sibi similes procreent, interdum vero ex aureo nasci argenteum et ex argenteo aureum, reliquaque omnia ita ex se mutuo. Magistratibus igitur praecipere deum, ut non aliam rem diligentius curent, quam quid harum rerum animis natorum admistum sit. Aere ferroque intermistos protrudendos esse ad agricolas et opifices. Si vero ex his quis auro argentoque intermistus natus fuerit, eum educendum esse, et vel inter summos reipublicae magistratus, vel inter milites recipiendum. Nam esse oraculi responsum, *tum interituram civitatem si ferro aut aere intermisti reipublicae gubernacula teneant* — *ὡς χρησμοῦ ὄντος τότε τὴν πόλιν διαφθαρῆναι, ὅταν αὐτὴν ὁ σιδηροῦς ἢ ὁ χαλκοῦς φυλάξῃ.* Ex perturbato igitur civium ordine, quo fiat ut ad militiam vel opificia apti ad reipublicae gubernacula admittantur, reipublicae ipsius interitum hoc loco Plato haud dubie repetit. Id quoque attendendum est, quod hoc *oraculi responsum* esse dicit, quemadmodum libro VIII. Musas rem tradere fingit.

His addi debent quae in tertii libri fine leguntur p. 416.

E. quo loco auri argentique usum militibus interdicit, addens καὶ οὕτω μὲν σώζοιντ' ἂν καὶ σώζοιεν τὴν πόλιν· ὁπότε δ' αὐτοὶ γῆν τε ἰδίαν καὶ οἰκίας καὶ νομίσματα κτήσονται, οἰκονόμοι μὲν καὶ γεωργοὶ ἀντὶ φυλάκων ἔσονται, δεσπόται δ' ἐχθροὶ ἀντὶ ξυμμάχων τῶν ἄλλων πολιτῶν γενήσονται, μισοῦντες δὲ δὴ καὶ μισούμενοι καὶ ἐπιβουλεύοντες καὶ ἐπιβουλευόμενοι διάξουσι πάντα τὸν βίον, πολὺ πλείω καὶ μᾶλλον δεδιότες τοὺς ἔνδον, ἢ τοὺς ἔξωθεν πολεμίους, θέοντες ἤδη τότε ἐγγύτατα ὀλέθρου αὐτοί τε καὶ ἡ ἄλλη πόλις. Huc etiam referri debent quae libro IV. p. 421. exstant: ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἐλάττων λόγος· νευροῤῥάφοι γὰρ φαῦλοι γενόμενοι καὶ διαφθαρέντες καὶ προσποιησάμενοι εἶναι μὴ ὄντες πόλει οὐδὲν δεινόν· φύλακες δὲ νόμων τε καὶ πόλεως μὴ ὄντες, ἀλλὰ δοκοῦντες, ὁρᾷς δὴ ὅτι πᾶσαν ἄρδην πόλιν ἀπολλύασι κ. τ. ἑ. et in fine paginae, Ἕτερα δὴ, ὡς ἔοικε, τοῖς φύλαξιν εὑρήκαμεν, ἃ παντὶ τρόπῳ φυλακτέον ὅπως μήποτε αὐτοὺς λήσει εἰς τὴν πόλιν παραδύντα. Ποῖα ταῦτα; Πλοῦτός τε, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ πενία· ὡς τοῦ μὲν τρυφήν τε καὶ ἀργίαν καὶ νεωτερισμὸν ποιοῦντος, τοῦ δὲ ἀνελευθερίαν καὶ κακοεργίαν πρὸς τῷ νεωτερισμῷ.

In eandem sententiam scriptus est hic Reipublicae locus: Ἀλλ' ὅταν γε, οἶμαι, δημιουργὸς ὢν ἤ τις ἄλλος χρηματιστὴς φύσει, ἔπειτα ἐπαιρόμενος ἢ πλούτῳ ἢ πλήθει ἢ ἰσχύϊ ἢ ἄλλῳ τῳ τοιούτῳ εἰς τὸ τοῦ πολεμικοῦ εἶδος ἐπιχειρῇ ἰέναι, ἢ τῶν πολεμικῶν τις εἰς τὸ τοῦ βουλευτικοῦ καὶ φύλακος ἀνάξιος ὢν, καὶ τὰ ἀλλήλων οὗτοι ὄργανα μεταλαμβάνωσι καὶ τὰς τιμὰς, ἢ ὅταν ὁ αὐτὸς πάντα ταῦτα ἅμα ἐπιχειρῇ πράττειν, τότε οἶμαι καὶ σοὶ δοκεῖν ταύτην τὴν τούτων μεταβολὴν καὶ πολυπραγμοσύνην ὄλεθρον εἶναι τῇ πόλει. Παντάπασι μὲν οὖν. Cf. Pol. lib. IV. p. 434. in. St.

Iam videtur in auxilium vocandus esse praeclarus ille Reipublicae locus, quo tam perspicue clareque de rerumpublicarum conservatione et interitu, ex musices diversis generibus repetendo, disseruit Plato, ut recte eo uti posse videamur, sicubi de eadem re obscurius dixerit. Tradit autem: Rempublicam quae semel bene currere coeperit, pergere quemadmodum orbes soleant, qui semper maiores fiant. Nam bonam educationem bona ingenia efficere, bonis vero ingeniis praeditos, si

bona educatione usi fuerint, meliores etiam prioribus evadere, cum in reliquis rebus, tum in generando. Videndum igitur esse summis reipublicae magistratibus, ne quid circa gymnasticam et musicam artem mutetur. Interire enim civitates, cum educationis ratio et musices praecipue, quae educationis multo maior pars est, (cf. lib. II. p. 377. St.) mutata fuerit. Nam paulatim se insinuare istam legis neglectionem in mores et agendi vivendique rationem; in commerciis iam maiorem deprehendi, tum prorumpere in leges atque respublicas cum multa licentia, *donec tandem omnia et privata et publica evertat.* Servari autem civitates et meliores fieri, si educatio bona fuerit. Cf. lib. IV. p. 424. St. *Καὶ μὴν, εἶπον, πολιτεία, ἐάνπερ ἅπαξ ὁρμήσῃ εὖ, ἔρχεται ὥσπερ κύκλος αὐξανομένη. τροφὴ γὰρ καὶ παίδευσις χρηστὴ σωζομένη φύσεις ἀγαθὰς ἐμποιεῖ, καὶ αὖ φύσεις χρηστὰὶ τοιαύτης παιδείας ἀντιλαμβανόμεναι ἔτι βελτίους τῶν προτέρων φύονται εἴς τε τἆλλα καὶ εἰς τὸ γεννᾶν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις. Εἰκός γ', ἔφη. Ὡς τοίνυν διὰ βραχέων εἰπεῖν, τούτου ἀνθεκτέον τοῖς ἐπιμεληταῖς τῆς πόλεως, ὅπως ἂν αὐτοὺς μὴ λάθῃ διαφθαρὲν, ἀλλὰ παρὰ πάντα αὐτὸ φυλάττωσι, τὶ μὴ νεωτερίζειν περὶ γυμναστικήν τε καὶ μουσικὴν παρὰ τὴν τάξιν, ἀλλ' ὡς οἷόν τε μάλιστα φυλάττειν, φοβουμένους, ὅταν τις λέγῃ, ὡς τὴν*

ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπιφρονέουσ' ἄνθρωποι,
ἥτις ἀειδόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται,

μὴ πολλάκις τὸν ποιητήν τις οἴηται λέγειν οὐκ ᾄσματα νέα, ἀλλὰ τρόπον ᾠδῆς νέον, καὶ τοῦτο ἐπαινῇ. δεῖδ' οὔτ' ἐπαινεῖν τὸ τοιοῦτον οὔτε ὑπολαμβάνειν· εἶδος γὰρ καινὸν μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον ὡς ἐν ὅλῳ κινδυνεύοντα· οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων, ὡς φησί τε Δάμων καὶ ἐγὼ πείθομαι. Καὶ ἐμὲ τοίνυν, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος, θὲς τῶν πεπεισμένων. Τὸ δὴ φυλακτήριον, ἦν δ' ἐγὼ, ὡς ἔοικεν, ἐνταῦθά που οἰκοδομητέον τοῖς φύλαξιν, ἐν μουσικῇ. Ἡγοῦν παρανομία, ἔφη, ῥᾳδίως αὕτη λανθάνει παραδυομένη. Ναὶ, ἔφην, ὡς ἐν παιδιᾶς γε μέρει καὶ ὡς κακὸν οὐδὲν ἐργαζομένη. Οὐδὲ γὰρ ἐργάζεται, ἔφη, ἄλλο γε, ἢ κατὰ σμικρὸν εἰσοικισαμένη ἠρέμα ὑπορρεῖ πρὸς τὰ ἤθη τε καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα· ἐκ δὲ τούτων εἰς τὰ πρὸς ἀλλήλους ξυμβόλαια

μείζων ἐκβαίνει· ἐκ δὲ δὴ τῶν ξυμβολαίων ἔρχεται ἐπὶ τοὺς νόμους καὶ πολιτείας σὺν πολλῇ, ὦ Σώκρατες, ἀσελγείᾳ, ἕως ἂν τελευτῶσα πάντα ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἀνατρέψῃ. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ· οὕτω τοῦτ' ἔχει; Δοκεῖ μοι, ἔφη. Οὐκοῦν ὁ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγομεν, τοῖς ἡμετέροις παισὶν ἐννομωτέρου εὐθὺς παιδιᾶς μεθεκτέον, ὡς παρανόμου γιγνομένης αὐτῆς καὶ παίδων τοιούτων ἐννόμους τε καὶ σπουδαίους ἐξ αὐτῶν ἄνδρας ἀὐξάνεσθαι ἀδύνατον ὄν; Πῶς δ' οὐχί; ἔφη. Ὅταν δὴ ἄρα καλῶς ἀρξάμενοι παῖδες παίζειν εὐνομίαν διὰ τῆς μουσικῆς εἰσδέξωνται, πάλιν τοὐναντίον ἢ ἐκείνοις εἰς πάντα ξυνέπεταί τε καὶ αὔξει ἐπανορθοῦσα εἴ τι καὶ πρότερον τῆς πόλεως ἔκειτο. Ἀληθῆ μέντοι, ἔφη.

Iam vero omitti non potest, quod vel in vulgi sermonem abiit: Miseriarum finem civitatibus futurum non esse, nisi philosophi imperium teneant, perfectam vero civitatem fieri aliter non posse, quam si philosophi imperium teneant. Cf. lib. V. 473 m. St. Ἐὰν μὴ, ἦν δ' ἐγὼ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔξι κακῶν παῦλα, ὦ φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσι, δοκῶ δὲ οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, οὐδὲ αὕτη ἡ πολιτεία μή ποτε πρότερον φυῇ τε εἰς τὸ δυνατὸν καὶ φῶς ἡλίου ἴδῃ, ἣν νῦν λόγῳ διεληλύθαμεν. Cuius effati sententia quo melius intelligatur, addere placet quae sexti libri initio leguntur: Non differre a caecis qui summas rerum species i. e. ideas ignorantes, ad illa exemplaria, tanquam pictores, se convertere non valeant, nec ad eorum normam leges de pulchro, iusto, bono ferre, si ferre necesse sit, aut latas conservare. Cf. Pol. lib. VI. In eandem sententiam scriptus est is locus, quo philosophos convenientem sibi rempublicam nactos omnia et privata et publica servare dicit. Cf. lib. VI. p. 497. in. St. Ἀλλά τοι, ἦ δ' ὅς, οὐ τὰ ἐλάχιστα ἂν διαπραξάμενος ἀπαλλάττοιτο. Οὐδέ γε, εἶπον, τὰ μέγιστα, μὴ τυχὼν πολιτείας προσηκούσης· ἐν γὰρ προσηκούσῃ αὐτός τε μᾶλλον αὐξήσεται καὶ μετὰ τῶν ἰδίων τὰ κοινὰ σώσει.

Haud minoris momenti videtur esse is locus, quo Plato

optima quaeque ingenia, quae male educentur, pessima evadere asserit. Nam *τὰ μεγάλα ἀδικήματα* extremamque nequitiam ex his procedere. Cf. lib. VI p. 491. St. *Λαβοῦ τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, ὅλου αὐτοῦ ὀρθῶς, καὶ σοι εὔδηλόν τε φανεῖται καὶ οὐκ ἄτοπα δόξει τὰ προειρημένα περὶ αὐτῶν. Πῶς οὖν, ἔφη, κελεύεις; Παντὸς, ἦν δ' ἐγὼ, σπέρματος πέρι ἢ φυτοῦ, εἴτε ἐγγείων εἴτε τῶν ζώων, ἴσμεν, ὅτι τὸ μὴ τυχὸν τροφῆς ἧς προσήκει ἑκάστῳ, μήδ' ὥρας μηδὲ τόπου, ὅσῳ ἂν ἐρρωμενέστερον ᾖ, τοσούτῳ πλειόνων ἐνδεῖ τῶν πρεπόντων· ἀγαθῷ γάρ που κακὸν ἐναντιώτερον ἢ τῷ μὴ ἀγαθῷ. Πῶς δ' οὔ; Ἔχει δὴ, οἶμαι, λόγον τὴν ἀρίστην φύσιν ἐν ἀλλοτριωτέρᾳ οὖσαν τροφῇ κάκιον ἀπαλλάττειν τῆς φαύλης. Ἔχει. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ Ἀδείμαντε, καὶ τὰς ψυχὰς οὕτω φῶμεν τὰς εὐφυεστάτας κακῆς παιδαγωγίας τυχούσας διαφερόντως κακὰς γίγνεσθαι; ἢ οἴει τὰ μεγάλα ἀδικήματα καὶ τὴν ἄκρατον πονηρίαν ἐκ φαύλης, ἀλλ' οὐκ ἐκ νεανικῆς φύσεως τροφῇ διολομένης γίγνεσθαι, ἀσθενῆ δὲ φύσιν μεγάλων οὔτε ἀγαθῶν οὔτε κακῶν αἰτίαν ποτὲ ἔσεσθαι; Οὐκ, ἀλλὰ, ἦ δ' ὅς, οὕτως. Ἦν τοίνυν ἔθεμεν τοῦ φιλοσόφου φύσιν, ἂν μὲν, οἶμαι, μαθήσεως πρυσηκούσης τύχῃ, εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀνάγκη αὐξανομένην ἀφικνεῖσθαι, ἐὰν δὲ μὴ ἐν πρυσηκούσῃ σπαρεῖσά τε καὶ φυτευθεῖσα τρέφηται, εἰς πάντα τἀναντία αὖ, ἐὰν μή τις αὐτῇ βοηθήσας θεῶν τύχῃ. Τὰ μεγάλα* autem *ἀδικήματα* sunt Platoni civitatum eversiones. Cf. lib. IV. p. 434. St.

Alio loco Plato civitatum salutem pendere dicit ab internis divitiis, vita bona et prudenti; interitum a penuria internorum bonorum, quae sit in rectoribus civitatum. Cf. lib. VII. p. 521. in. St. *εἰ μὲν βίον ἐξευρήσεις ἀμείνω τοῦ ἄρχειν τοῖς μέλλουσιν ἄρξειν, ἔξι σοι δυνατὴ γενέσθαι πόλις εὖ οἰκουμένη· ἐν μόνῃ γὰρ αὐτῇ ἄρξουσιν οἱ τῷ ὄντι πλούσιοι, οὐ χρυσίου, ἀλλ' οὗ δεῖ τὸν εὐδαίμονα πλουτεῖν, ζωῆς ἀγαθῆς τε καὶ ἔμφρονος· εἰ δὲ πτωχοὶ καὶ πεινῶντες ἀγαθῶν ἰδίων ἐπὶ τὰ δημόσια ἴασιν ἐντεῦθεν οἰόμενοι τἀγαθὸν δεῖν ἁρπάζειν, οὐκ ἔξι· περιμάχητον γὰρ τὸ ἄρχειν γιγνόμενον, οἰκεῖος ὢν καὶ ἔνδον ὁ τοιοῦτος πόλεμος αὐτούς τε ἀπόλλυσι καὶ τὴν ἄλλην πόλιν. Ἀληθέστατα, ἔφη.* Conferas, si placet, cum his ea quae lib. VIII. p. 547. St. leguntur.

Libro vero septimo p. 536. St. mente et membris integros

in philosophia educandos esse suadet. Id si fiat rempublicam conservari. Ἡμῖν δὴ, ἦν δ' ἐγὼ, πάντα τὰ τοιαῦτα διευλαβητέον, ὡς ἐὰν μὲν ἀρτιμελεῖς τε καὶ ἀρτίφρονας ἐπὶ τοσαύτην μάθησιν καὶ τοσαύτην ἄσκησιν κομίσαντες παιδεύωμεν, ἥ τε δίκη ἡμῖν οὐ μέμψεται αὐτὴ, τήν τε πόλιν καὶ πολιτείαν σώσομεν.

Iam deducta est oratio nostra ad eum locum, qui ipsi numero proxime praecedit, et vel ob eam causam gravissimus omnium. Cuius sententia haec fere est: Necesse esse ut tot sint hominum diversae species, quot civitatum. Non enim ex quercu aut rupe oriri civitates, sed ex moribus civium, qui quocunque vergant reliqua secum trahant. Quod si igitur civitatum quinque genera sint, quinque etiam esse hominum genera. Cf. lib. VIII. p. 544. extr. St. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι καὶ ἀνθρώπων εἰδη τοσαῦτα ἀνάγκη τρόπων εἶναι, ὅσαπερ καὶ πολιτειῶν; ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἃ ἂν ὥσπερ ῥέψαντα τἆλλα ἑφελκύσηται; Οὐδαμῶς ἔγωγ', ἔφη, ἄλλοθεν, ἢ ἐντεῦθεν. Οὐκοῦν εἰ τὰ τῶν πόλεων πέντε, καὶ αἱ τῶν ἰδιωτῶν κατασκευαὶ τῆς ψυχῆς πέντε ἂν εἶεν. His addi potest ,quod lib. VIII. p. 568. legitur. Dicit enim poëtas tragicos καλὰς φωνὰς καὶ μεγάλας καὶ πιθανὰς μισθωσαμένους εἰς τυραννίδας τε καὶ δημοκρατίας ἕλκειν τὰς πολιτείας. Cf. etiam quae libro X. contra poësin mimicam dicta sunt, inprimis quae p. 607. A. St. leguntur.

Iam vero omnia quae huc usque dicta sunt colligenda et breviter comprehendenda sunt, ut ne quid lectoris animum oculosve fugiat. Eorum igitur sententia haec est: Interitum civitatis repetendum esse a permistione trium classium civitatis, ita ut ii qui inferiorum classium sint vel esse debeant, impares tanto muneri, reipublicae gubernacula obtineant. Trium vero classium civitatis originem esse ex tribus animi nostri partibus. Nam singularum facultatum animi eam vim esse, ut ii in quorum animis una aliqua facultas reliquis antecellat, eundem animi statum etiam proli suae inserant. Repetendam ita permistionem trium classium civitatis eiusque interitum a permisto ac turbato animi statu cum eorum, qui reipublicae gubernacula manibus teneant, nec civitatem amplius ad ideas boni iusti pulchrique ordinent ac regant, tum civium

omnium. Turbari autem et permisceri rectum animi statum — ita vocat animum qui habeat quatuor virtutes cardinales, sapientiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam, oppositas quatuor vitiis cardinalibus, quae sunt ἀδικία, ἀκολασία, δειλία, ἀμαθία, iisque se regi sinat — si musicae studia rectaque educatio negligantur. Nam procedere eam perturbationem ad leges, totamque penitus civitatem evertere, Ita oriri diversas civitates, quarum originem Plato repetit ex hominum animis atque ingeniis.

Cum his dictis etiam congrua sunt, quae hoc loco de civitatum interitu traduntur. Nam accidere interdum tempora dicit, quae non apta sint ad procreandum, propter animarum corporumque tum temporis ἀφορίαν. Quod tamen ἀφορίας tempus non semper animadverti, et nasci ita qui sint οὐδ' εὐφυεῖς οὐδ' εὐτυχεῖς. Eos tamen, quoniam non supersint meliores, ad imperium venire, et negligi ab iis primum musicae tum gymnasticae studia. Ita fieri custodes qui discernere non recte possint tres civium classes, easque ita permisceri. Inde oriri bellum et inimicitias, per quas mutetur pristinus reipublicae status.

Platonis numerus explicatur.

Credibile non est Platonem numeris, quae sunt inania signa quantitatis, nec habent ullam vim neque gignendi neque interimendi, ipsam causam interitus civitatum inesse voluisse. Quod idem probatur Aristotelis testimonio, qui, postquam formulam mathematicam Platonis attulit, haec addit: ὡς τῆς φύσεώς ποτε φυούσης φαύλους καὶ κρείττους τῆς παιδείας κ. τ. ἑ. Ex eodem colligitur duas esse numeri partes, quarum prior ad causam, posterior ad tempus interitus civitatis pertineat. Prior exit verbis: ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται τρὶς αὐξηθείς, quae aperte respondent Aristoteleis: Φησὶ γὰρ αἴτιον εἶναι τὸ μὴ μένειν μηθὲν, ἀλλ' ἐν τινὶ περιόδῳ μεταβάλλειν, ἀρχὴν δ' εἶναι τούτων, ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται, λέγων, ὅταν ὁ τοῦ διαγράμματος ἀριθμὸς τούτου γένηται στερεός.

Consideranda primum verba: ἔχει δὲ θείῳ μὲν γεννητῷ περίοδος ἣν ἀριθμὸς περιλαμβάνει τέλειος, ἀνθρω-

πείῳ δὲ ἐν ᾧ πρώτῳ αὐξήσεις δυνάμεναί τε καὶ δυναςευόμεναι τρεῖς ἀποςάσεις, τέτταρας δὲ ὅρους λαβοῦσαι ὁμοιούντων τε καὶ ἀνομοιούντων καὶ αὐξόντων καὶ φθινόντων, πάντα προσήγορα καὶ ῥητὰ πρὸς ἄλληλα ἀπέφηναν. Est hic numerus *primus* seu *basis* totius computationis. Eum deinde πεμπάδι συζυγέντα τρὶς αὐξηθέντα duas harmonias efficere ait. Hanc esse vocis πρῶτος significationem hoc Nicomachi Geraseni loco probabimus: Παρατηρητέον δὲ τὸ παρεπόμενον πᾶσι τούτοις γλαφυρὸν, ὅτι οἱ μὲν πρῶτοι καὶ πυθμένες λεγόμενοι κ. τ. ἑ. Cf. locum quem iam totum exhibebimus. Synonyma igitur sunt vocabula πρῶτος et πυθμήν. Quae hic memorantur αὐξήσεις δυνάμεναί τε καὶ δυναςευόμεναι τρεῖς ἀποςάσεις, videntur eae significare *tres animi facultates procreantes ex se et moderantes tres civium classes, magno quodam intervallo a se distantes.* Nam vox αὔξησις adhibetur de repetita multiplicatione. Cf. lib. VII. p. 528. St. Ἄναγε τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, εἰς τοὐπίσω· νῦν δὴ γὰρ οὐκ ὀρθῶς τὸ ἑξῆς ἐλάβομεν τῇ γεωμετρίᾳ. Πῶς λαβόντες; ἔφη. Μετὰ ἐπίπεδον, ἦν δ' ἐγὼ, ἐν περιφορᾷ ὂν ἤδη στερεὸν λαβόντες, πρὶν αὐτὸ καθ' αὑτὸ λαβεῖν· ὀρθῶς δὲ ἔχει ἑξῆς μετὰ δευτέραν αὔξην τρίτην λαμβάνειν. ἔςι δέ που τοῦτο περὶ τὴν τῶν κύβων αὔξην καὶ τὸ βάθους μετέχον. Cf. etiam lib. IX. p. 587. extr. St. His adde Phaed. 71, B. St. De significatione vocis δύναμις cf. lib. IX. p. 587, C. St. et Schneider. vol. III. p. LXXXXVII. Ibi significare videbis radicem numeri quadrati aut cubi. Adde Theaetet. p. 148. A. Fries. l. l. p. 382, not.; inprimis vero, quod haec vocabuli significatio huc maxime facit, Philolai locum ex Stobaeo apud Böckhium p. 139. Θεωρεῖν δεῖ τὰ ἔργα καὶ τὰν ἐσσίαν τῶ ἀριθμῶ καττὰν δύναμιν, ἅτις ἐντὶ ἐν τᾷ δεκάδι· μεγάλα γὰρ καὶ παντελὴς καὶ παντοεργὸς καὶ θείω καὶ οὐρανίω βίω καὶ ἀνθρωπίνω ἀρχὰ καὶ ἀγεμὼν κοινωνοῦσα. — Δυναζεύεσθαι est moderari, regere. In civium vero classibus singulae animi facultates tanquam dominantur. Non videtur esse terminus technicus mathematicorum. Cf. Schneider. l. l. p. XX. Quod argumento potest esse, haec ἀλληγορικῶς accipi debet. Vox ἀπόςασις significat intervallum. Adscribere hic placet locum qui vocum αὔξη, δύναμις, ἀπόςασις explicationem continet.

Cf. lib. IX. p. 587. m. St. Ἀπὸ τοῦ ὀλιγαρχικοῦ τρίτος που ὁ τύραννος ἀφεις̣ήκει· ἐν μέσῳ γὰρ αὐτῶν ὁ δημοτικὸς ἦν. Ναί. Οὐκοῦν καὶ ἡδονῆς τρίτῳ εἰδώλῳ πρὸς ἀλήθειαν ἀπ' ἐκείνου ξυνοικοῖ ἄν, εἰ τὰ πρόσθεν ἀληθῆ; Οὕτω. Ὁ δέ γε ὀλιγαρχικὸς ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ αὖ τρίτος, ἐὰν εἰς ταὐτὸν ἀριςοκρατικὸν καὶ βασιλικὸν τιθῶμεν. Τρίτος γάρ. Τριπλασίου ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, τριπλάσιον ἀριθμῷ ἀληθοῦς ἡδονῆς ἀφέστηκε τύραννος. Φαίνεται. Ἐπίπεδον ἄρ', ἔφην, ὡς ἔοικε, τὸ εἴδωλον κατὰ τὸν τοῦ μήκους ἀριθμὸν ἡδονῆς τυραννικῆς ἂν εἴη. Κομιδῇ γε. Κατὰ δὲ δύναμιν καὶ τὴν τρίτην αὔξην, δῆλον δὴ, ἀπόςασιν ὅσην ἀφεςηκως γίγνεται. Δῆλον, ἔφη, τῷ γε λογιςικῷ. Οὐκοῦν ἐάν τις μεταςρέψας ἀληθείᾳ ἡδονῆς τὸν βασιλέα τοῦ τυράννου ἀφεςηκότα λέγῃ ὅσον ἀφέςηκεν, ἐννεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις ἥδιον αὐτὸν ζῶντα εὑρήσει τελειωθείσῃ τῇ πολλαπλασιώσει, τὸν δὲ τύραννον ἀνιαρότερον τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἀποστάσει. Adde Phaed. p. 111, B. St. De tota autem re conferas mythum, quem libro III, p. 414. sqq. St. narravit Socrates. Verba τέτταρας δὲ ὅρους λαβοῦσαι ὁμοιούντων τε καὶ ἀνομοιούντων καὶ αὐξόντων καὶ φθινόντων, πάντα προσήγορα καὶ ῥητὰ πρὸς ἄλληλα ἀπέφηναν *videntur dicta esse, de quatuor virtutibus cardinalibus, et de quatuor vitiis primariis, quae tres animi facultates tanquam definiunt et terminant, quippe ex quibus originem habent et in quibus nituntur.* Ἀλλὰ μέντοι πόλις γε ἔδοξεν εἶναι δικαία, ὅτι ἐν αὐτῇ τριττὰ γένη φύσεων ἐόντα τὸ αὑτῶν ἔκαςον ἔπραττε· σώφρων δὲ αὖ καὶ ἀνδρεία καὶ σοφὴ διὰ τῶν αὐτῶν τούτων γενῶν ἀλλ' ἄττα πάθη τε καὶ ἕξεις. Ἀληθῆ, ἔφη. Καὶ τὸν ἕνα ἄρα, ὦ φίλε, οὕτως ἀξιώσομεν, τὰ αὐτὰ ταῦτα εἴδη ἐν τῇ αὑτοῦ ψυχῇ ἔχοντα, διὰ τὰ αὐτὰ πάθη ἐκείνοις τῶν αὐτῶν ὀνομάτων ἀξιοῦσθαι τῇ πόλει. Πᾶσα ἀνάγκη, ἔφη. Cf. Pol. lib. IV. p. 435. St. Quatuor vero dicit esse terminos, non octo, quoniam tres animi facultates aut quatuor virtutibus, aut vitiis quatuor definiuntur, non simul utrisque; ob eandemque hanc causam alteros ὁμοιοῦντας et αὔξοντας, alteros ἀνομοιοῦντας et φθίνοντας nominat. *Nam virtutum ea vis est, ut ii quibus insunt prolem suam similem sibi reddant civitatemque augeant; vitiorum contraria vis est, dissimiles enim quibus insunt bonis procreant, civitatemque bonam interire faciunt.*

Sunt tamen hoc modo omnia respondentia sibi et aequaliter dimensa. Nam quatuor virtutibus cardinalibus respondent quatuor vitia primaria, iisque opposita sunt. — Non opus est ut longi simus in singulorum verborum explicatione. De significatione vocis ὅροι cf. lib. IV. p. 443. C. St., quo loco tres animi facultates ipsas ὅρους Plato vocat. *Τὸ δέ γε ἀληθὲς, τοιοῦτον μέν τι ἦν, ὡς ἔοικεν, ἡ δικαιοσύνη, ἀλλ' οὐ περὶ τὴν ἔξω πρᾶξιν τῶν αὑτοῦ, ἀλλὰ περὶ τὴν ἐντὸς, ὡς ἀληθῶς περὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ, μὴ ἐάσαντα τὰ ἀλλότρια πράττειν ἕκαστον ἐν αὑτῷ μηδὲ πολυπραγμονεῖν πρὸς ἄλληλα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γένη, ἀλλὰ τῷ ὄντι τὰ οἰκεῖα εὖ θέμενον καὶ ἄρξαντα αὐτὸν αὑτοῦ καὶ κοσμήσαντα καὶ φίλον γενόμενον ἑαυτῷ καὶ ξυναρμόσαντα τρία ὄντα ὥσπερ ὅρους τρεῖς ἁρμονίας ἀτεχνῶς, νεάτης τε καὶ ὑπάτης καὶ μέσης κ. τ. ἑ.* De tota re cf. antea nobis dicta, inprimis vero quarti libri locum, qui est p. 424. in. ed. St. *Καὶ μὴν, εἶπον, πολιτεία, ἐάνπερ ἅπαξ ὁρμήσῃ εὖ, ἔρχεται ὥσπερ κύκλος αὐξανομένη. τροφὴ γὰρ καὶ παίδευσις χρηστὴ σωζομένη φύσεις ἀγαθὰς ἐμποιεῖ, καὶ αὖ φύσεις χρηστὰι τοιαύτης παιδείας ἀντιλαμβανόμεναι ἔτι βελτίους τῶν προτέρων φύονται εἴς τε τἆλλα καὶ εἰς τὸ γεννᾷν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις. Εἰκός γ', ἔφη.* et p. 425. in. *Ὅταν δὴ ἄρα καλῶς ἀρξάμενοι παῖδες παίζειν εὐνομίαν διὰ τῆς μουσικῆς εἰσδέξωνται, πάλιν τοὐναντίον, ἢ ἐκείνοις, εἰς πάντα ξυνέπεταί τε καὶ αὔξει ἐπανορθοῦσα, εἴ τι καὶ πρότερον τῆς πόλεως ἔκειτο.* Inveniuntur ibi ipsae adeo voces quibus hoc loco usus est Plato. Eandem ibi vocis *αὐξάνειν* esse significationem, quam hoc loco, videbis; cf. praeterea p. 497. in. St. De voce ὁμοιοῦν cf. p. 425. m. St. *Κινδυνεύει γοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ Ἀδείμαντε, ἐκ τῆς παιδείας ὅποι ἄν τις ὁρμήσῃ, τοιαῦτα καὶ τὰ ἑπόμενα εἶναι. ἢ οὐκ ἀεὶ τὸ ὅμοιον ὂν ὅμοιον παρακαλεῖ;* Synonyma igitur esse apparet vocabula ὁμοιούντων — αὐξόντων et ἀνομοιούντων — φθινόντων, quorum haec addita sunt, ne de sensu vocabulorum ὁμοιούντων — ἀνομοιούντων dubius haereas. Hanc explicationem adiuvant ea quae sequuntur. Nam unde duae harmoniae originem haberent, nisi haec ita sint? Cur altera ἴση ἰσάκις, altera προμήκης diceretur, qui sunt termini Pythagoreorum de bonis malisque? In fine numeri eodem ducunt vocabula ἀμεινόνων τε καὶ χειρόνων γε-

νέσεων. Notum est *ῥητὰ* apud mathematicos proprie dici *rationalia.* Tropice hoc loco vocabulum accipiendum esse docet synonymum vocabulum *προσήγορα*, de quo confer Philolai locum apud Böckh. l. l. p. 141. *οὐ γὰρ ἦς δῆλον οὐθενὶ οὐθὲν τῶν πραγμάτων οὔτε αὐτῶν ποθ' αὑτὰ οὔτε ἄλλο ποτ' ἄλλο, εἰ μὴ ἦς ἀριθμὸς καὶ ἁ τούτω ἐσσία· νῦν δὲ οὗτος καττὰν ψυχὰν ἁρμόζων αἰσθήσει πάντα γνωστὰ καὶ ποτάγορα ἀλλάλοις κατὰ γνώμονος φύσιν ἀπεργάζεται.* De his Böckhius: »ohne sie (die Zahl) wäre kein Ding, weder im Verhältniss zu sich noch das eine im Verhältniss zum andern erkennbar: nun aber macht die Zahl, indem sie die Dinge mit der Seele harmonisch fügt, so dass eine Uebereinstimmung der Seele und der Dinge zu Stande kommt, und das Gleiche vom Gleichen erkannt werden kann, alles der Empfindung erkennbar, und die Dinge einander befreundet und entsprechend (*προσήγορα*) und zwar nach der Natur des Gnomon.« Nec abusus fueris opera tua, candide lector, si totum quartum librum, in quo loci explicatio praecipue nititur perlegere volueris.

Sed pergamus: *ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται τρὶς αὐξηθείς, τὴν μὲν ἴσην ἰσάκις, ἑκατὸν τοσαυτάκις, τὴν δὲ ἰσομήκη μὲν τῇ, προμήκη δὲ, ἑκατὸν μὲν ἀριθμῶν ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμπάδος, δεομένων ἑνὸς ἑκάσων ἀῤῥήτων δὲ δυεῖν, ἑκατὸν δὲ κύβων τριάδος.* Videamus igitur quae singulorum verborum sententia sit. Verba *ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν* ***significant rationem quae intercedit inter quatuor virtutes cardinales vitiaque primaria atque tres animi facultates.*** Cf. quae paulo ante ea de re dicta sunt. ***Esse vero ea sequentis computationis basin s. radicem, h. e. quae iam memorentur harmonias ex iis originem habere, si πεμπάδι coniunctae et ter auctae sint.*** Recte Friesius l. l. p. 380. »Hier ist nun *ἐπίτριτος πυθμὴν* von ganz sicherer Bedeutung, das Verhältniss $1^1/_3$ in seinen kleinsten ganzen Zahlen, also das Verhältniss $^4/_3$. Folglich sind 3, 4, 5 drei von den Grundzahlen«. Cf. et Göttling. ad Aristotel. pol. p. 412. extr., et Hermann. l. l. p. VI. not. 32.*) Quaeritur

*) Optime explicantur haec verba hoc Nicomachi Geraseni loco: *Ἐὰν δὲ ἐπισκέψασθαι θέλωμεν τὸ δεύτερον εἶδος τοῦ ἐπιμορίου, τουτέστι τὸ ἐπίτριτον — συνεχὲς γὰρ μέρος φυσικῶς μετὰ τὸ ἥμισυ ὑπάρχει*

igitur quid voce *πεμπὰς* significetur. *Quid vero propius quam de quinque civitatum principiis cogitare?* Cf. lib. VIII. p. 544, C.

τὸ τρίτον — ὅρον μὲν αὐτοῦ ἕξομεν τοῦτον, ἀριθμὸς ὁ ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὅλον τε τὸν συγκρινόμενον καὶ μέρος αὐτοῦ τρίτον πρὸς τὸ ὅλῳ· ὑποδείγματα δὲ αὐτοῦ εὔτακτα ληφθήσονται ἡμῖν οἱ ἀπὸ τετράδος συνεχεῖς τετραπλάσιοι, συνεζευγμένοι τοῖς ἀπὸ τριάδος τριπλασίοις, ὁμοταγεῖς ὁμοταγέσιν, οἷον ὁ δ τῷ γ, ὁ η τῷ στ, ὁ ιβ τῷ θ, ὁ ιστ τῷ ιβ, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐφ' ὅσονοῦν. Δῆλον δὲ ὅτι ὁ ἀνθυπακούων τῷ ἐπιτρίτῳ, λεγόμενος δὲ σὺν τῇ ὑπὸ προθέσει ὑπεπίτριτος, ἐστὶν ὁ ἐμπεριεχόμενος ἐκείνῳ ὅλος τε καὶ προσέτι αὐτοῦ τρίτον, ὡς ὁ μὲν γ τῷ δ, ὁ δὲ στ τῷ η, ὁ δὲ θ τῷ ιβ, καὶ οἱ ἀκόλουθοι τῶν ὁμοταγῶν. Παρατηρητέον δὲ τὸ παρεπόμενον πᾶσι τούτοις γλαφυρὸν, ὅτι οἱ μὲν πρῶτοι καὶ πυθμένες λεγόμενοι ἐγγύς εἰσιν ἐν τῷ φυσικῷ χύματι, οἱ δὲ δεύτεροι ἀπὸ πυθμένων ἕνα μόνον ἀριθμὸν διαλείπουσιν, οἱ δὲ τρίτοι δύο, οἱ δὲ τέταρτοι τρεῖς, οἱ δὲ πέμπτοι δ, καὶ ἀεὶ οὕτως, μέχρις οὗ βούλει. Ἔτι γε μὴν καὶ ὅτι τὸ μόριον, οὗ παρώνυμός ἐστιν ἕκαστος τῶν ἐπιμορίων, ἐν τοῖς ἥττοσι θεωρεῖται τῶν πυθμένων, ἐν δὲ τοῖς μείζοσιν οὐδαμῶς. Cf. Nicom. Geras. Introduct. arithmet. lib. I. c. 19. p. 95. ed. Ast. iam laudatus Schneidero p. 15. in: De numero Platonis disputatio. Vratislaviae. Repetivit ibi dicta in Platonis opp. Vol. III. p. XV.

Idem ut vocis *πυθμένος* significationem magis etiam illustraret ex *Θεολογουμένοις τῆς ἀριθμητικῆς* apud Astium p. 27. hunc locum commode attulit: *Εἴ τις τοίνυν ἀριθμὸς ἰσάκις ἴσος ἐστὶν, οὕτως δικαιοσύνης εἰδοποιὸς καὶ ἐπιδεκτικὸς ἂν εἴη. πᾶς δὲ τετράγωνος ἰσάκις ἴσος ὑπάρχει, ἀλλ' οὐ πᾶς μεσότητος δεκτικὸς, ἀλλὰ μόνος δηλονότι ὃς ἂν περισσὸς εἴη· καθόλου γὰρ ἀρτίου ἀριθμοῦ μεσότης οὐ φαίνεται· περισσῶν δὲ προσεχέστατος καὶ οἰκειότατος ἂν εἴη ὁ πυθμὴν, εἰ καὶ τῶν αὐτοῦ λόγων ἐπιδεκτικὸς ὁ μετ' αὐτόν.* (apparet ex istis etiam recte nos supra definivisse vocis *πρῶτος* significationem.) *Ἐπιστημονικαὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι ἀποδείξεις ἀεὶ τοῖς πυθμέσιν ἐλαχίστοις ἔτι καὶ ἄν . . πόστοις ἐπιχρῶνται καὶ ἐνορῶσιν ἐν αὐτοῖς ὡς ἐν παραδείγμασί τισι τὰς ὁμοιότητας τῶν ὁμογενῶν, οἷον διπλασίων μὲν ἀπείρων φύσει ὄντων, ἐν δυάδι μᾶλλον πρὸς μονάδα, ἡμιολίων δὲ ἐν τριάδι πρὸς δυάδα· ὥστε ἡ τῆς δικαιοσύνης ἔννοια καὶ φύσις ἐν ἰσάκις ἴσῳ δεικνυμένη ἀριθμῷ, τουτέστι ἐν τῷ τετραγώνων, ἐν ἀρτίῳ μὲν οὐκ ὀρθῶς δειχθείη ἂν μεσότητος ἀμοιροῦντι, ἀλλ' ἐν περιττῷ δηλονότι καὶ τῶν περιττῶν ἐν πυθμενικωτάτῳ καὶ οἱονεὶ σπέρματι τῶν ἄλλων, διὰ τὸ ἐπιστημονικόν. ἐν ἄρα πρωτίστῳ τῷ θ· οὗτος γὰρ καὶ ἀπὸ πρώτου περισσοῦ ἀριθμοῦ τοῦ γ πυθμὴν τετράγωνος συνίσταται, τρὶς τρία ὤν, πλευρισμοῦ μεσότητα πρώτου ἔχοντος τετράγωνος καὶ αὐτὸς μεσότητα πρῶτος ἔχων.* Cf. II. cc. p. 14. et XIIII.

Οὐκοῦν εἰ τὰ τῶν πόλεων πέντε, καὶ αἱ τῶν ἰδιωτῶν κατασκευαὶ τῆς ψυχῆς πέντε ἂν εἶεν. et lib. IV. p. 445, C. *Ὅσοι, ἦν δ' ἐγὼ, πολιτειῶν τρόποι εἰσὶν εἴδη ἔχοντες, τοσοῦτοι κινδυνεύουσι καὶ ψυχῶν τρόποι εἶναι. Πόσοι δή; Πέντε μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, πολιτειῶν, πέντε δὲ ψυχῆς. Itaque ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς basin totius computationis efficit.* Quas vero *δύο ἁρμονίας* Plato intelligit? Non capiendam esse vocem de ipso instrumentorum musicorum vocum cantuumque concentu per se patet. Cf. lib. X. p. 617, C. Sed habet vox aliam quoque significationem apud Platonem. Cf. lib. IV. p. 443. St. Quo loco significare videbis eam vocem diversarum virium concentum. Eadem est vocabuli significatio apud Pythagoraeos. Cf. Philolai locum ex Nicom. apud Böckh. l. l. p. 61. *Ἵνα δὲ καὶ ἐναργῶς πεισθῶμεν περὶ τῶν λεγομένων, ὅτι ἄρα ἐκ μαχομένων καὶ ἐναντίων συνέστη τὰ ὄντα καὶ εἰκότως ἁρμονίαν ὑπεδέξατο· ἁρμονία δὲ πάντως ἐξ ἐναντίων γίνεται· ἔστι γὰρ ἁρμονία πολυμιγέων ἕνωσις καὶ διχᾶ φρονεόντων σύμφρασις·* His adde alium locum ex Stobaeo ib. p. 62. *ἐπεὶ δέ τε ἀρχαὶ ὑπᾶρχον οὐχ ὁμοῖαι οὐδ' ὁμόφυλοι ἔσσαι, ἤδη ἀδύνατον ἦς ἂν καὶ αὐταῖς κοσμηθῆμεν, εἰ μὴ ἁρμονία ἐπεγένετο, ᾧτινι ἂν τρόπῳ ἐγένετο. τὰ μὲν ὢν ὁμοῖα καὶ ὁμόφυλα ἁρμονίας οὐθὲν ἐπεδέοντο· τὰ δὲ ἀνομοῖα μηδὲ ὁμόφυλα μηδὲ ἰσοτελῆ, ἀνάγκα τὰ τοιαῦτα ἁρμονία συγκεκλεῖσθαι, εἰ μέλλοντι ἐν κόσμῳ κατέχεσθαι.* quo loco etiam vocabulorum *ὁμοιούντων — ἀνομοιούντων* explicatio, quam antea dedimus, firmatur. Duo igitur harmoniae quas innuit, sunt duo diversa civitatum genera, tempore decurrentia, bonum malumque, cuius prioris una, posterioris vero quatuor formae sunt, prodeuntia *ἐξ ἐπιτρίτου πυθμένος πεμπάδι συζυγέντος τρὶς αὐξηθέντος.* cf. lib. IV. p. 445. C. *Καὶ μὴν, ἦν δ' ἐγὼ, ὥσπερ ἀπὸ σκοπιᾶς μοι φαίνεται, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἀναβεβήκαμεν τοῦ λόγου, ἓν μὲν εἶναι εἶδος τῆς ἀρετῆς, ἄπειρα δὲ τῆς κακίας, τέτταρα δ' ἐν αὐτοῖς ἅττα, ὧν καὶ ἄξιον ἐπιμνησθῆναι. Πῶς λέγεις; ἔφη. Ὅσοι, ἦν δ' ἐγὼ, πολιτειῶν τρόποι εἰσὶν εἴδη ἔχοντες, τοσοῦτοι κινδυνεύουσι καὶ ψυχῆς τρόποι εἶναι. Πόσοι δή; Πέντε μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, πολιτειῶν, πέντε δὲ ψυχῆς. Λέγε, ἔφη, τίνες; Λέγω, εἶπον, ὅτι εἷς μὲν οὗτος, ὃν ἡμεῖς*

διεληλύθαμεν, πολιτείας εἴη ἂν τρόπος, ἐπονομασθείη δ' ἂν καὶ διχῆ. ἐγγενομένου μὲν γὰρ ἀνδρὸς ἑνὸς ἐν τοῖς ἄρχουσι διαφέροντος βασιλεία ἂν κληθείη, πλειόνων δὲ ἀριστοκρατία. Ἀληθῆ, ἔφη. Τοῦτο μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἕν εἶδος λέγω· οὔτε γὰρ ἂν πλείους οὔτε εἷς ἐγγενόμενος κινήσειεν ἂν τῶν ἀξίων λόγου νόμων τῆς πόλεως, τροφῇ τε καὶ παιδείᾳ χρησάμενος ᾗ διήλθομεν. Οὐ γὰρ εἰκός, ἔφη. et libri quinti initio: *Ἀγαθὴν μὲν τοίνυν τὴν τοιαύτην πόλιν τε καὶ πολιτείαν καὶ ὀρθὴν καλῶ, καὶ ἄνδρα τὸν τοιοῦτον· κακὰς δὲ τὰς ἄλλας καὶ ἡμαρτημένας, εἴπερ αὕτη ὀρθή, περί τε πόλεων διοικήσεις καὶ περὶ ἰδιωτῶν ψυχῆς τρόπου κατασκευήν, ἐν τέτταρσι πονηρίας εἴδεσιν οὔσας.* Diversae autem vires quae in iis harmonice ordinatae sunt, sunt ipsae tres animi facultates cum quatuor virtutibus et vitiis primariis et principiis quinque civitatum, quarum elementa in utroque harmoniae genere supersunt. Verba *τρὶς αὐξηθεὶς* significant toties repeti multiplicationem *πυθμένος πεμπάδι συζυγέντος* donec multiplicatio perfecta videatur. Nam plures non sunt corporum dimensiones, quas vocant, quam tres. Ter igitur aucta basi multiplicatio perfecta est. Cf. lib. IX. p. 587, D. *Κατὰ δὲ δύναμιν καὶ τρίτην αὔξην, δῆλον δή, ἀπόστασιν ὅσην ἀφεστηκὼς γίγνεται. Δῆλον, ἔφη, τῷ γε λογιστικῷ. Οὐκοῦν ἐάν τις μεταστρέψας ἀληθείᾳ ἡδονῆς τὸν βασιλέα τοῦ τυράννου ἀφεστηκότα λέγῃ ὅσον ἀφέστηκεν, ἐννεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις ἥδιον αὐτὸν ζῶντα εὑρήσει τελεωθείσῃ τῇ πολλαπλασιώσει, τὸν δὲ τύραννον ἀνιαρότερον τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἀποστάσει.* Ad quem locum Schneiderus ita: »in quibus *τρίτην αὔξην* per epexegesin ad *δύναμιν* additum est. Scilicet quadratum quoque *κατὰ δύναμιν* exsistit; cuius mentio si non obiter tantum facta esset, fieri sic poterat, ut *κατὰ δύναμιν καὶ δευτέραν αὔξην* oriri ex longitudinis numero diceretur. Nunc quasi cubi demum in effectione potentiam suam longitudo exserat, hinc nascens differentia *κατὰ δύναμιν καὶ τρίτην αὔξην* nasci dicitur.« Cf. lib. VII. p. 528. St. Itaque *τρίτη αὔξη* et *τελεωθεῖσα πολλαπλασίωσις* eadem sunt, et tyranni miseria tum numeris plene exprimitur, si longitudinis numerus *ter auctus fuerit.* Ita igitur etiam diversa civitatum genera, harmonias, ad finem suum pervenisse statuendum, si *ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς* ter auctus fuerit,

τρὶς αὐξηθείς. Ob eandem causam in Timaeo p. 35, B. μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ. παντὸς μοῖραν, μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης, τὴν δ' αὐ τρίτην ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης, τετάρτην δὲ τῆς δευτέρας διπλῆν, πέμπτην δὲ τριπλῆν τῆς τρίτης, τὴν δ' ἕκτην τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν, ἑβδόμην δὲ ἑπτακαιεικοσιπλασίαν τῆς πρώτης. duplex cubus reperitur. Nam hae partes cubice ordinatae hos numeros efficiunt: 2; 2. 2; 2. 2. 2. — 3; 3. 3; 3. 3. 3. — His adde 1. Ad quem locum Böckh: Ein so grosses System war bei den Griechen in keiner Zeit gebräuchlich, sondern ist eine blosse Speculation, und ohne Zweifel ist man bis zu der dritten Potenz der ersten graden und ungraden Zahl fortgegangen, weil die Seele ja ebenfalls bis in die Körper vordringen muss. ct. Cf. Studien v. Daub und Creuzer T. III. p. 76. Cf. porro legum librum decimum p. 894, St. γίγνεται δὴ πάντων γένεσις, ἡνίκ' ἂν τί πάθος ᾖ; δῆλον ὡς ὁπόταν ἀρχὴ λαβοῦσα αὔξην εἰς τὴν δευτέραν ἔλθῃ μετάβασιν καὶ ἀπὸ ταύτης εἰς τὴν πλησίον, καὶ μέχρι τριῶν ἐλθοῦσα αἴσθησιν σχῇ τοῖς αἰσθανομένοις. His addatur Aristoteles de anim. I, 2, p. 404, b. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λεγομένοις διωρίσθη, αὐτὸ μὲν τὸ ζῶον ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας καὶ τοῦ πρώτου μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους. Ut nos locum cepit Aristoteles. Nam verbis λέγων, ὅταν ὁ τοῦ διαγράμματος ἀριθμὸς τούτου γένηται στερεὸς, quae verbis τρὶς αὐξηθεὶς respondent, haec addit explicationis causa: ὡς τῆς φύσεώς ποτε φυούσης φαύλους καὶ κρείττους τῆς παιδείας. τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ λέγων ἴσως οὐ κακῶς· ἐνδέχεται γὰρ εἶναί τινας, οὓς παιδευθῆναι καὶ γενέσθαι σπουδαίους ἄνδρας ἀδύνατον. His exit numeri ea pars quae causas interitus civitatum continet, quod aperte docet locus Aristotelis.

Eam quae sequitur numeri partem continere definitionem temporis Aristotelis verba probant: Καὶ διά τε τοῦ χρόνου, δι' ὃν λέγει πάντα μεταβάλλειν, κ. τ. ἑ. De vocabulorum ἴσος ἰσάκις et προμήκης apud mathematicos significatione cf. Plat. Theaet. p. 147, E. sqq., Theol. l. l. Illa de quadrato, hoc de oblongo numero usurpatur. Quae sit horum vocabulorum apud Pythagoraeos significatio docent Theol. l. l. Εἴ τις τοίνυν ἀριθ-

μὸς ἰσάκις ἴσος ἐστὶν, οὕτως δικαιοσύνης εἰδοποιὸς καὶ ἐπιδεκτικὸς ἂν εἴη. πᾶς δὲ τετράγωνος ἰσάκις ἴσος ὑπάρχει. Adde Brandis. histor. phil. p. I. p. 473. ubi hunc Alexandri locum affert: τῆς μὲν γὰρ δικαιοσύνης ἴδιον ὑπολαμβάνοντες εἶναι τὸ ἀντιπεπονθός τε καὶ ἴσον, ἐν τοῖς ἀριθμοῖς τοῦτο εὑρίσκοντες ὄν, διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἰσάκις ἴσον ἀριθμὸν πρῶτον ἔλεγον εἶναι δικαιοσύνην. His adde Plut. de Isid. et Osir. p. 370, quem laudavit Brandis. ib. p. 503. οἱ μὲν Πυθαγορικοὶ διὰ πλειόνων ὀνομάτων κατηγοροῦσι, τοῦ μὲν ἀγαθοῦ τὸ ἓν, τὸ πεπερασμένον, τὸ μένον, τὸ εὐθὺ, τὸ περισσὸν, τὸ τετράγωνον, ... τοῦ δὲ κακοῦ τὴν δυάδα, τὸ ἄπειρον, τὸ φερόμενον, τὸ καμπύλον, τὸ ἄρτιον, τὸ ἑτερόμηκες, κ. τ. ἑ. Cum his consentit Aristotel. met. A. 5. ὅτι τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν πάθος δικαιοσύνη, κ. τ. ἑ. et Met. N, 4 p. 1091, b 35. οἱ δὲ λέγουσι τὸ ἄνισον τὴν τοῦ κακοῦ φύσιν. Vocabulis igitur ἴσην ἰσάκις et ἰσομήκη μὲν τῇ, προμήκη δὲ indicatur proprietas quaedam numeri, non ipse numerus, porro oblongum numerum unum latus cum priore commune habere. »Ἴσην ἰσάκις,« secundum ea quae diximus, pertinet ad civitatem bonam, προμήκη ad malarum civitatum seriem, quae item unam harmoniam efficiunt. Numerus ipse prioris harmoniae s. bonae continetur verbis ἑκατὸν τοσαυτάκις, quibus indicatur *centum centies* annos eam duraturam. Ne mireris, quod tam diu hanc civitatem durare velit Plato, quum civitatem, quae est descripta in legibus, proxime immortalitatem esse dixerit, ἣν δὲ νῦν ἡμεῖς ἐπιχειρήκαμεν, εἴη τε ἂν γενομένη πως ἀθανασίας ἐγγύτατα. Cf. legg. lib. V. p. 739. extr. Cur vero civitatem perfectam annos *centum centies* durare voluerit, id ita explicamus. Libro X. p. 615 in. St. aetatem hominis centum annos durare statuit, τοῦτο δ' εἶναι κατὰ ἑκατονταετηρίδα ἑκάστην, ὡς βίου ὄντος τοσούτου τοῦ ἀνθρωπίνου. Cf. et Tac. dial. c. 17. Itaque haud absonum videbitur, quum vita hominum centum annos duret, civitatem bonam centum aetates hominum durare. Est haec definitio arbitraria.*) Non negamus. At vero ita intelliguntur Platonis

*) Ut alia multa. Nam cur animorum migrationem per loca caelestia aut inferna decies centenos annos durare sumit? Cf. p. 615, B.

verba: *καὶ φῶμεν αὐτὰς τραγικῶς, ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας καὶ ἐρεσχηλούσας, ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας ὑφηλολογουμένας λέγειν*; Non absimili ratione I. P. Richterus in Hespero: da wir setzen dürfen, dass das Menschengeschlecht so viele Jahrtausende lebe, als der Mensch Jahre. Videntur eodem trahenda esse haec: *οὐ μόνον φυτοῖς ἐγγείοις ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπιγείοις ζώοις φορὰ καὶ ἀφορία ψυχῆς τε καὶ σωμάτων γίγνονται, ὅταν περιτροπαὶ ἑκάστοις κύκλων περιφορὰς ξυνάπτωσι, βραχυβίοις μὲν βραχυπόρους, ἐναντίοις δὲ ἐναντίας.* Cf. lib. VIII. p. 546. St. Alteram harmoniam, s. civitatum malarum seriem 7500 annos durare Plato iudicat. Est hic quoque arbitrarius numerus, sed conveniens priori. Nam si normalem hominis, in perfecta civitate viventis, aetatem centum annos esse statuas, septuaginta quinque annos tribuas hominibus in civitatibus, ut plerumque sunt, vitam degentibus, si alteri harmoniae s. civitati bonae 10,000 annos assignes, tum recte 7500 annos civitatum depravatarum seriei assignabis. Sed expendamus verba singula, in quibus explicandis antea erravimus. Diametrum alicuius numeri Schneiderus eum numerum dici docuit, cuius quadratus duplex sit quadrati alius numeri. Cf. praef. ad vol. III. p. XXVI. Idem addidit: »Quoniam nullus sit numerus quadratus, qui duplex sit quadrati alius, diametri nomen arithmeticos iis numeris indidisse, quorum quadrati non amplius monade differrent a duplicatis quadratis. Ita *septenarium, diametrum quinarii effabilem esse.*« Porro *ἀριθμοὺς ἀπὸ διαμέτρων* dici constat numeros ab ipso diametro profectos, h. e. diametrorum quadratos. Schneiderus ut id probaret hunc Menonis locum attulit: *ἀπὸ τῆς διπλασίας οὐ διπλάσιον, ἀλλὰ τετραπλάσιον γίγνεται χωρίον.* Cf. p. 83, B. St. *Ἀριθμοὶ ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμπάδος δεόμενοι ἑνὸς ἕκαστοι* sunt igitur *undequinquagenarii*, quibus singulis unum deest, h. e. *duodequinquagenarii*, ut recte vidit Schneiderus. Cf. l. l. p. LXXXXI. »Iam quum diameter effabilis quinarii septenarius sit, cuius quadratus undequinquagenarius est, unumquemque centum illorum numerorum, quippe cui monas ad quadratum deesse dicatur, duodequinquagenarium esse consequitur.« Verbis *ἀῤῥήτων δὲ δυεῖν* eandem rem significari Hermannus intellexit. Cf. l. l. p. VI.

Nam *ἀριθμοὶ ἀπὸ διαμέτρων ἀῤῥήτων πεμπάδος* sunt *quinquagenarii;* quibus si singulis duo auferas, item *duodequinquagenarii* prodeunt. Itaque verbis: *ἑκατὸν ἀριθμῶν ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμπάδος δεομένων ἑνὸς ἑκάστων, ἀῤῥήτων δὲ δυεῖν* indicatur

numerus	4800
Nam 100 × 48 = 4800. His si addantur *ἑκατὸν κύβοι τριάδος*, = 3^3 = 27 × 100 = . . .	2700
tunc lucrabimur numerum alterius harmoniae .	7500

unum latus commune habentem cum priore harmonia, numerum centenarium. — Verba *ξύμπας δὲ οὗτος ἀριθμὸς γεωμετρικὸς, τοιούτου κύριος, ἀμεινόνων τε καὶ χειρόνων γενέσεων*, post ea quae antea diximus explicari facile possunt. *Debent ea intelligi de factorum, quos supra nominavimus, repetita multiplicatione*, (cf. Schneider l. l. p. XXVIII.) *eamque rem causam esse indicatur utriusque harmoniae, sive ἀμεινόνων τε καὶ χειρόνων γενέσεων, a quibus bonarum malarumque civitatum origo repetitur.* Nam recte vidit Schleiermacherus p. 589. l. extr. et p. 593. l. 5. verba *ξύμπας δὲ οὗτος ἀριθμὸς γεωμετρικὸς* pertinere ad ea omnia quae inde a verbis *ἀνθρωπείῳ δὲ* huc usque dicta sint.

Epimetrum.

Quod antea p. 114. not. de lectione codicis Parisini A. coniecimus, id nunc ipsius codicis testimonio mirabiliter confirmatur. Eum *C. Kempfius* Berolinensis, rogatus a nobis, quum Parisiis esset, non solum inspexit, sed charta oleo infecta superimposita accurate exscripsit. Hac descriptione et imagine literarum tria simul patescunt: primum 1) variantem lectionem appictam esse ei versui, in quo vocabulum *φαίνονται* scriptum exstat, eique vocabulo ipsi punctum superimpositum, (de qua re cf. Bastii comment. palaeogr. p. 855.) id neglexisse Bekkerum, vere tradere Faehsium; secundo 2) variantem lectionem esse non *λέγονται*, quod Faehsius falso tradidit, sed *λέγοντες*, quod Bekkeri, viri in legendis codd. mss. exercitatissimi, auctoritate constabat; tertio 3) recte retulisse Bekkerum variantem lectionem

λέγοντες ad vocabulum λέγεται, idque ipsum significare duas lineolas transuersas huic vocabulo in margine appictas. Cf. etiam de hac re Bastium l. l. p. 855. Quae ut vere a nobis tradi nec fingi intelligeretur, ipsas codicis literas, quod est unicum in eiusmodi locis veri confirmandi auxilium, hic assimilavimus et expressimus.



μὸς ἰσάκις ἴσος ἐστὶν, οὕτως δικαιοσύνης εἰδοποιὸς καὶ ἐπιδεκτικὸς ἂν εἴη. πᾶς δὲ τετράγωνος ἰσάκις ἴσος ὑπάρχει. Adde Brandis. histor. phil. p. I. p. 473. ubi hunc Alexandri locum affert: τῆς μὲν γὰρ δικαιοσύνης ἴδιον ὑπολαμβάνοντες εἶναι τὸ ἀντιπεπονθός τε καὶ ἴσον, ἐν τοῖς ἀριθμοῖς τοῦτο εὑρίσκοντες ὄν, διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἰσάκις ἴσον ἀριθμὸν πρῶτον ἔλεγον εἶναι δικαιοσύνην. His adde Plut. de Isid. et Osir. p. 370, quem laudavit Brandis. ib. p. 503. οἱ μὲν Πυθαγορικοὶ διὰ πλειόνων ὀνομάτων κατηγοροῦσι, τοῦ μὲν ἀγαθοῦ τὸ ἓν, τὸ πεπερασμένον, τὸ μένον, τὸ εὐθὺ, τὸ περισσὸν, τὸ τετράγωνον, ... τοῦ δὲ κακοῦ τὴν δυάδα, τὸ ἄπειρον, τὸ φερόμενον, τὸ καμπύλον, τὸ ἄρτιον, τὸ ἑτερόμηκες, κ. τ. ἑ. Cum his consentit Aristotel. met. A. 5. ὅτι τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν πάθος δικαιοσύνη, κ. τ. ἑ. et Met. N, 4 p. 1091, b 35. οἱ δὲ λέγουσι τὸ ἄνισον τὴν τοῦ κακοῦ φύσιν. Vocabulis igitur ἴσην ἰσάκις et ἰσομήκη μὲν τῇ, προμήκη δὲ indicatur proprietas quaedam numeri, non ipse numerus, porro oblongum numerum unum latus cum priore commune habere. »Ἴσην ἰσάκις,« secundum ea quae diximus, pertinet ad civitatem bonam, προμήκη ad malarum civitatum seriem, quae item unam harmoniam efficiunt. Numerus ipse prioris harmoniae s. bonae continetur verbis ἑκατὸν τοσαυτάκις, quibus indicatur *centum centies* annos eam duraturam. Ne mireris, quod tam diu hanc civitatem durare velit Plato, quum civitatem, quae est descripta in legibus, proxime immortalitatem esse dixerit, ἣν δὲ νῦν ἡμεῖς ἐπικεχειρήκαμεν, εἴη τε ἂν γενομένη πως ἀθανασίας ἐγγύτατα. Cf. legg. lib. V. p. 739. extr. Cur vero civitatem perfectam annos *centum centies* durare voluerit, id ita explicamus. Libro X. p. 615 in. St. aetatem hominis centum annos durare statuit, τοῦτο δ' εἶναι κατὰ ἑκατονταετηρίδα ἑκάστην, ὡς βίου ὄντος τοσούτου τοῦ ἀνθρωπίνου. Cf. et Tac. dial. c. 17. Itaque haud absonum videbitur, quum vita hominum centum annos duret, civitatem bonam centum aetates hominum durare. Est haec definitio arbitraria.*) Non negamus. At vero ita intelliguntur Platonis

*) Ut alia multa. Nam cur animorum migrationem per loca caelestia aut inferna d e c i e s c e n t e n o s annos durare sumit? Cf. p. 615, B.

verba: *καὶ φῶμεν αὐτὰς τραγικῶς, ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας καὶ ἐρεσχηλούσας, ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας ὑφηλολογουμένας λέγειν;* Non absimili ratione I. P. Richterus in Hespero: da wir setzen dürfen, dass das Menschengeschlecht so viele Jahrtausende lebe, als der Mensch Jahre. Videntur eodem trahenda esse haec: *οὐ μόνον φυτοῖς ἐγγείοις ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπιγείοις ζώοις φορὰ καὶ ἀφορία ψυχῆς τε καὶ σωμάτων γίγνονται, ὅταν περιτροπαὶ ἑκάστοις κύκλων περιφορὰς ξυνάπτωσι, βραχυβίοις μὲν βραχυπόρους, ἐναντίοις δὲ ἐναντίας.* Cf. lib. VIII. p. 546. St. Alteram harmoniam, s. civitatum malarum seriem 7500 annos durare Plato iudicat. Est hic quoque arbitrarius numerus, sed conveniens priori. Nam si normalem hominis, in perfecta civitate viventis, aetatem centum annos esse statuas, septuaginta quinque annos tribuas hominibus in civitatibus, ut plerumque sunt, vitam degentibus, si alteri harmoniae s. civitati bonae 10,000 annos assignes, tum recte 7500 annos civitatum depravatarum seriei assignabis. Sed expendamus verba singula, in quibus explicandis antea erravimus. Diametrum alicuius numeri Schneiderus eum numerum dici docuit, cuius quadratus duplex sit quadrati alius numeri. Cf. praef. ad vol. III. p. XXVI. Idem addidit: »Quoniam nullus sit numerus quadratus, qui duplex sit quadrati alius, diametri nomen arithmeticos iis numeris indidisse, quorum quadrati non amplius monade differrent a duplicatis quadratis. Ita *septenarium, diametrum quinarii effabilem esse.*« Porro *ἀριθμοὺς ἀπὸ διαμέτρων* dici constat numeros ab ipso diametro profectos, h. e. diametrorum quadratos. Schneiderus ut id probaret hunc Menonis locum attulit: *ἀπὸ τῆς διπλασίας οὐ διπλάσιον, ἀλλὰ τετραπλάσιον γίγνεται χωρίον.* Cf. p. 83, B. St. *Ἀριθμοὶ ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμπάδος δεόμενοι ἑνὸς ἕκαστοι* sunt igitur *undequinquagenarii*, quibus singulis unum deest, h. e. *duodequinquagenarii*, ut recte vidit Schneiderus. Cf. l. l. p. LXXXXI. »Iam quum diameter effabilis quinarii septenarius sit, cuius quadratus undequinquagenarius est, unumquemque centum illorum numerorum, quippe cui monas ad quadratum deesse dicatur, duodequinquagenarium esse consequitur.« Verbis *ἀῤῥήτων δὲ δυεῖν* eandem rem significari Hermannus intellexit. Cf. l. l. p. VI.

UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LIBRARY

This is the date on which this
book was charged out.
DUE 2 WEEKS AFTER DATE.

1 Apr'65C

REC'D LD
MAY 10 '65-9 AM

JUL 28 1985

RECEIVED
MAY 11 1985
CIRCULATION DEPT.

[30m-6,'11]

λέγοντες ad vocabulum λέγεται, idque ipsum significare quas lineolas transuersas huic vocabulo in margine appictas. Cf. etiam de hac re Bastium l. l. p. 855. Quae ut vere a nobis tradi nec fingi intelligeretur, ipsas codicis literas, quod est unicum in eiusmodi locis veri confirmandi auxilium, hic assimilavimus et expressimus.



UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LIBRARY

This is the date on which this
book was charged out.
DUE 2 WEEKS AFTER DATE.

1 Apr'65C

REC'D LD
MAY 10 '65-9 AM

JUL 28 1985

RECEIVED
MAY 11 1985
CIRCULATION DEPT.

[30m-6,'11]

YC 31815

GENERAL LIBRARY - U.C. BERKELEY

B000811178

25507
B383
R4